tra Maledicentes, ac Principum detractores, sunt videnda plena Consilia *Iasonis cōs. 167. lib. 4. Decij cons. 256. Ruin. cons. 145. vol. 5.* qui omnes consuluerunt pro quodā Paride, qui accusabatur, Maledixisse Principi, & in consimilibus casibus alias excu-
sationes cumulant, *Roland. cons. 11. per tot.* 35
vol. 3. Natt. cons. 592. etiam *per tot.* de quibus meminit *Laderch. de Imola cons. 199. nu. 1.* ex quibus omnibus deducitur, quod
si plures extiterint causæ delictum inferē- 36
tes, præsumatur delinquens motus ab ea, quæ leuior est, & minus iniqua iuxta doctrin. *Bald. in L. 9. num. 19. C. de seru. fugitiu.*
& in specie criminis Læsę Maiestatis *Ruin.* 37
cons. 1. nu. 3. lib. 5. vbi ex hoc excludit animum turbandi statum Ecclesiæ, & quod circa hanc animi declarationem, stetur assertioni illius, qui deliquit, quod tamen est dubium ex his quæ dicit *Laderch. d. cons.*
195. nu. 1. Verba enim non sunt iniuriosa, 38
si animus iniuriandi desit, nec possunt dici contra honorem Principis, quando ad hoc principaliter non sunt ordinata, optimè *Ruin. d. cons 145. ex num. 14. cum plurib. seqq. lib. 5.* vbi acritèr defendit quendam, qui contra Principem clamauerat
RVINA, RVINA, ex quo ista verba vti ęqui 39
uoca, habere poterant plures interpretationes, & quod his casibus debeat omninò probari, quod in Proferente verba maledica, concurrerit animus, & intentio con-
uiciandi Principem, vel illi timorē incu- 40
tiēdi, aliàs non intrat pæna *Roland.* qui latissime

tiſſimé materiam exagitat *conſ.* 1 1. *per tot.*
ſignanter *ex nu.* 1 1 *lib.* 3. vbi ponit modum,
quomodo probetur talis animus, & quo-
modo in ſuo caſu defendi poterant quædã
41 verba in Epiſtolis ſcripta, quæ Principi vi-
debantur iniurioſa, puta ſi diceretur, quod
Princeps nõ poſſet grauare ſubditos, quod
42 illi ſint taxandi de Iniuſtitia, quando mili-
tes ad ſupplicium in aliquas partes mittũt,
43 vt erat caſus, ſuper quo conſuluit *Natt. d.*
conſ. 592. *ex num.* 7. *cum ſeqq.*, vbi defendit
quendam Petrinum Bellum, qui ſcripſerat,
antiquos Marchiones Montisferrati co-
natos eſſe tollere, & minuere priuilegia
Ciuitatis, ſubdendo poſtmodum verba, &
timore, & exortatione plena ergá eundem
44 Principem, quod quidem, vt *Natta* ait, non
erat trahendum ad delictum, dum præten-
ſus delinquens, animum ſuum in bonam
partem declarauit, nec Principem appel-
lauerat Tyrannum, Priuilegiorum euerſo-
rem, vel aliorum bonorum inuaſorem, &
45 cõſequenter ſemper ſit facienda interpre-
tatio, ſimiles maledicentias remanere in
terminis iniuriæ verbalis, quæ iuxta iſtam
46 Legem non punitur.

Ratio autem, quarè hæc lex fuerit con-
dita, deduci poterit, tùm ex dictis, tùm ex
infrà dicendis, illa vero ſemper mihi pla-
cuit, quod cùm amiſſa Populi Romani
libertate, eſſet omnium poteſtas ad Impe-
ratores translata, vt dicit *Iur. Conſul. in L.* 2.
ff. de Orig. Iur. Ijdemq; Imperatores non
multum deferrent Maledicorum vocibus,
vt fecit *Auguſtus*, & *Veſpeſianus*, qui in
numero bonorum computantur, hæc res
in abuſum excreuerat; At mali Imperato-
res, qui vel Imperium vſurpabant, vel di-
47 uerſo itinere ingrediebãtur, poſtquam Im-
perij redditus conſumpſerant, egeſtate co-
acti, ad rapinas locupletum fortunis inſi-
diabantur, conſtitutoq; magno delatorum
numero, illud delationis genus frequentius
erat, quod duobus, aut tribus comparatis
Teſtibus, accuſabantur ſummi Viri, & Di-
uites, quod Imperatori Maledixiſſent, &
Imperij Maieſtatẽ læſiſſent; Hinc alij de-
portabantur in Inſulis, alij necabãtur, om-
nium fortunarum ſpolio præcedente, quæ
res tantum omnium animis timorem in-
cuſſerat, vt Maieſtatis iudicio plecterentur
etiam mulieres, quæ lugebant virum ſimili
ſupplicio affectũ, cognitoq; negotio, quod
ſimilibus medijs ſæpè ſæpius viri innocẽtes 48
puniebantur. *Theodoſius*, & *Arcadius*, vt
ſupra dictum eſt, primi inter Chriſtianos
Imperatores connumerati, hanc legẽ con-
didere, abrogando ea, quę ſuperiori ſęculo
ab alijs fuerant obſeruata, vt etiam teſtatur 49
Imperator *Alexand. in L.* 9. *C. ad L. Iul. Ma-*
ieſt. ibi *etiam ex alijs cauſis Maieſtatis cri-*
mina ceſſant meo ſæculo, de qua re meminit
Natt. d. conſ. 592. *num.* 23. *vſq; ad fin.* vbi
ex contextu iſtius noſtræ legis concludit,
in dubio eſſe iudicandum, quem non pro-
tuliſſe maledica verba contrà ſtatum, ac
Principis dignitatem, & faciunt laté tra- 50
dita per *Almontem Ciazzium* in Conſilijs
impreſſis poſt ſuas diſceptationes Crimi-
nales *conſ.* 9. *ex num.* 206. *cum ſeqq.*

Si veró verba eſſent tantùm minatoria 51
maximè prolata à vilibus perſonis, non
ſufficerent ad torquendum, etiam ſi eſſent
probata per duos teſtes *Gomez de delictis* 52
cap. 12. *num.* 11. *Peguer. deciſ. crim.* 17. *n.* 11.
Bertazol. conſ. 176. *nu.* 6. ex quo præſumitur
per lubricum linguæ, vt allegata hac no-
ſtra lege nouiſſimè *Ciazz. diſcept. Criminal.*
65. *n.* 9. *&* 2. quia multi ſolent magna mi-
nari, nihil autem exequi *Natt. conſ.* 42. *n.* 2. 53
idemq; eſt dicẽdum de verbis prolatis ex
perturbatione animi ex iracũdia in genere
tamen, ſed non in ſpecie, quia tunc non eſ-
ſent punibilia, licèt ſecùs eſſet, quando ver- 54
ba eſſent prolata à viro minas exequi ſoli-
to in illo genere mali, de quo minatur,
quia tunc hoc eſſet indicium ad torturam
dummodò tamen concurrant multa, de 55
quibus per *Ciazz. d. diſcept. Crim.* 65. *ex n.* 9.
& ſeqq. vbi ad materiam meminit *de Fari-*
nacc. & alijs.

Si quis autém inſtituerit alterum hære- 56
dem, vel alicui legauerit cum conuicijs, ac
verbis iniurioſis, ſeu contumelioſis, velcum
eiſdem verbis Pater Filium exhęredauerit,
quid hoc caſu agendum, & an verba ipſa
reijci debeant, & conuicia habeantur pró
non ſcriptis, vide *Duran. de Conditionib.* &
modis impoſſibilibus 2. *par. cap.* 9. *ex nu.* 19. 57
vſq; ad 25. vbi multa iura ad propoſitũ in
terpretatur, & in ſpecie *tex. in l.* 3. *ff de lib.*
& poſthum.

An

An verò scribens Epistolam zelo seruitij Principis, & ob publicam vtilitatem ad
57 affectum, vt arceantur à Regimine plura inconuenientia, incurrat pœnam criminis Lœsæ Maiestatis discutit *Valenzuel. cons. 162 per tot. lib. 2.* vbi negatiuè concludit, quià Læsæ Maiestatis crimen non imputatur carenti dolo, & ad hunc effectum requiritur, quod Vassallus copulauerit ami-
58 citiam cum alio in damnū Principis, hocq; factum hostili animo *L. si quis C de re militari lib. 12 Decian. tom. 2. tract. crim lib. 7. cap. 5 num. 4* cum alijs per *Valenzuel. d. cons. 162. num. 98. cum plurib. seqq. lib. 2.* Quod si ex illa epistola esset reuelatum secretum Principis, & talis reuelatio non
59 esset cum inimico, vel eùm ipsius Principis damno, nec etiam intraret punitio *l. omne delictum §. exploratores ff de re militar. Anton. de Nigr. ad cap. Regni Neap. tit. de pæna, & vindicta Proditorum rubrica 7. num. 39.* Idemq; est dicendum, si reuelatio fuisset
60 vtilis, & facta animo, & zelo inseruiendi Principi, & esset scripta non hosti, sed Coniunctò optimè *Gigas de Crimine Læsæ Maiest. part. 5. quæst. 1. in princ. Decian. Tom. 2 lib. 7. tractat Criminal. cap. 13. n. 15. Afflict. decis. 265. num. 42. Grammat. decis.*
61 15. *nu. 6.* quia tunc non consideratur dolus, vel animus peruersus scribentis, prout ad effectum puniendi requiritur, & maximè, quandò scribens esset persona proba, & non seditiosa, ac ex illustri descendens familia, vt latè per *ValenZuel. d. cons. 162. ex num. 21. cum plurib. sequentib. lib. 2.*

ARGVMENTVM.

In quibus casibus ob maledicentiam in Principes committatur crimen Læsæ Maiestatis, & in quo capite ad effectum Confiscationis bonorum, & quid si illa fuerint Fideicomisso subiecta.

SVMMARIVM.



ALEDICENS in Principem prauia tamen scriptura, Reus Læsæ Maiestatis in primo capite constituitur, secùs verò Maledicens verbaliter, quia voces faciliè Princeps obliuiscitur, num. 1. 2. & 3.

Maledicentia in scriptis quando retineat naturam iniuriæ verbalis, et quando dicatur esse libellus famosus, num. 4.

Libellus famosus quid sit, num. 5.

Maledicentia aduersus Principem in scriptis redacta, & publicata, punitur pœna Læsæ Maiestatis, secus verò cùm non est publicata, num. 6. contrarium, n. 7.

Exemplū de eo cui simpliciter Proregi memoriale contumeliosum porrexerat, cui caput obtruncatum fuit, refertur, n. 8.

Iurans occidere Principem etiam corám vno, Læsæ Maiestatis crimen incurrit, n. 9. ampliatur, n. 10.

Text. in L. 2. ff ad L. *Iul. maiest. declaratur, n 11. 12. & 13.*

Iniuria verbalis contra Principem prolata, præcipuè non ab insano, vel ebrio, meretur confiscationis pænam, & alias de quib. DD. in L. quisquis C. ad L. Iul. Maiest. n. 14. 15. & 16. contrarium n 21.

In crimine Læsæ Maiestatis in 2. capite, cùm memoria delinquentis est damnata, intrat confiscatio, secus verò si non est damnata n 17. & 18.

Confiscatio, quæ in delicti consequētiam non venit, non habetur pro expressa, si in sententia non exprimatur, n. 19.

Confiscatio, quæ nō fit viuo delinquente, multò minus fieri potest eo mortuo. n. 20.

Simplex iniuria, præcipuè in priuata scriptura redacta contra Principem, non est crimen Læsæ Maiest. nu. 22 & 23, nisi alter geminatus actus interuenerit. n. 24.

Statutū loquens in verbali maledicentia, extenditur etiam ad maledicentiam in scriptis, num. 23.

Maledicens in Principem cum ignominia, & publicatione, Reus est in p. capite, præcipuè si contra eum conspirauerit, in quo est attendenda delinquentis qualitas num. 25. 26. 27. & 28.

Maledicentia de Principe etiam cum aliqua circumstantia, non est crimen in p. capite, num. 29. & 32. nisi fiat ad prouocandam seditionem, num. 30. & 31.

In Maledicentia, vt dicatur in p. capite, requiritur dolus, n. 33.

Manifestans vni maledicentiam, non est delinquens in p. capite. nu. 34. secus si manifestauerit

festauerit pluribus ineundo factionem cum hostibus machinãdo contra Principem nu. 35. limita si manifestauerit subditis, qui non dicuntur hostes, num. 36.
Delinquentis fauore, vt tantùm inciderit in secundum caput, est facienda benignior interpretatio num. 37. & 38.
Fisco incumbit onus probandi, inquisitum incidisse in primum caput num. 39. & 60.
Dispositio Textus in l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. habet locum in maiestate læsa in 1. capite, in quo admittitur cõfiscatio, num. 40. & 44., & non in 2. capite, num. 41.
Menoch dicens contrarium, reprobatur, num. 42. 43. & 45.
Publicatio cessat, quandò crimen non est in 1. capite, nu. 46 & 47.
DD. distinguentes inter damnationem memoriæ, & publicationem bonorum reijciuntur, quia damnatio memoriæ tantùm fit in delictis primi capitis, & quomodò, nu 48. & 49.
Menoch reprobatur à pluribus DD. circà hanc materiam, nu. 50.
Crimen, quod non est in primo capite, morte delinquentis extinguitur, n. 51.
Crimen in primo capite dicitur, quando contra Principem & Consiliarios proditio immediatè attentatur, nu. 52.
Quid si attentatur contra Regnum, vel Rempublicam, nu. 53., & 55.
Pœnæ l. quisquis C. ad l. Iul. maiestat. in quibus casibus non applicentur, neque respectu filiorum, num. 54.
Confiscatio non intrat in præiudicium filiorum, si Pater fuerit inquisitus de proditione contra Regnum, etiamsi homagium ligium præstiterit inimico, num. 55. & de ratione, n. 56 & 57.
Priuilegium, nè confischentur bona, excepto crimine læsæ Maiestatis, debet intelligi de eo, quod est in 1. capite, num. 58. & 59.
Ciuitas Beneuentana potitur eisdem priuilegijs concessis Ciuitati Bononiæ, cũ qua semper reperitur in Pontificijs diplomatibus, vel expressa, vel priuilegiata, vel exclusa, num. 60.
Confessio inquisiti, quod contractum gesserit post Crimen commissum non præiudicat creditoribus, num. 61.
Dominium bonorum delinquentis, an ipso iure transeat in Fiscum, num 62.
Dini, & Bartoli opiniones in hac materia inter se contrariæ conciliantur num. 63. & 64.
Delinquenti in crimine læsæ Maiest. in primo capite ipso iure, & absque Iudicis declaratione interdicitur bonorum administratio, num. 65.
Delinquens, facta publicatione perdit omnia iura, num. 66. nec potest succedere, num. 67.
In crimine læsæ Maiestatis pœnitentia non excusat, num 68.
Delinquens, licèt à Principe restituatur, bona confiscata non recuperat n. 69 nisi aliter forma restitutionis Principis suadeat, num. 70.
Bona fideicomissi maximè à transuersali instituti, & cum prohibitione alienationis non confiscantur ex crimine læsæ Maiestatis siuè Diuinæ, siuè humanæ in primo capite nu. 71. & 72. amplia quod Fiscus fructus dictorum bonorum etiam durante vita delinquẽtis, capere nequeat, nu. 73. & quarè, num 74.
Maioratus fundati ex bonis Regijs, quia illi concessi videntur sub tacita conditione fidelitatis, subiacent confiscationi, nu 75. & quando secùs. n. 76.
Decisio Sac. Rot. Rom super hac materia refertur, num. 77.
Decisionis factum narratur, nu 78.
Fideicomissum inducitur ex vocatione perpetua, num. 79.
Fideicomissum cõceptum, tàm in casu mortis naturalis, quàm delicti ab aliquo ex vocatis patrati, purificatur delicto sequuta, nu 80. amplia, vt prædicta bona, auocari possint à quocumq; possessore, penes quem ante delictum distracta fuere, nu. 81.
Delictum, quod fuerit comissum, probatur in Rota per sententiam Iudicis Criminalis, & per Testes ibi examinatos, num. 82.
Confiscatio fit in homicidijs appẽsatis. n 83

Confiscatio in Rota probatur per sententiã Iudicis Criminalis, nu. 84.

Filij quando sunt tres, vel plures, recuperãt omnia bona confiscata propter delictũ Patris, num. 85.

Priuatio supponit habitũ, n. 86. 87. *&* 88.

Sententia lata in contumaciam non probat delictum contra tertium nu. 89. *fallit si cum sententia concurrant etiam testium depositiones, nu.* 90. *&* 91.

Alienatio facta de bonis fideicomissi per subhastationem pro are alieno fideicomissarij, substinetur eius vita durante, nu. 92. *amplia, nu.* 93.

Bona subhastari nequeunt stante prohibitione alienationis. nu 94.

Clausula, quauis alia causa, est comprehẽsiua cuiuslibet causa excogitabilis alienandi, num. 95. *amplia, quod neque vsusfructus alienari potest. nu.* 101.

Prohibitio alienationis facta à Testatore, quando extendatur ad alienationem coactam, & qua in materia dicatur coacta venditio, num. 96 97. *&* 98.

Conditio in fine posita sub eadem ratione post vtrumque casum exceptuatum, ad vtrumque refertur, num. 99.

Testatoris voluntas circà conseruationem bonorum in agnatione. quando est enixa, censetur etiam prohibita alienatio fructuum. nu. 100 *&* 101.

Alienatio voluntaria facta contra expressam voluntatem Testatoris, potest reuocari, & ad reuocationem admittuntur, qui non alienarunt, nec alienationi consenserunt, num 102. *etiam non expectata die fideicomissi nu.* 103., *quia habetur, ac si delinquens esset realiter mortuus, num* 104:

Venditio bonorum alienari prohibitorum, vt substineatur, debet exaduerso probari non existentia aliorum bonorum, ex quibus debita solui possint, num. 105. *&* 106.

Quando à Testatore non est facta specialis substitutio in casu alienationis, licitũ est, purificato casu delicti, reuocare bona prius distracta à tertijs possessorib. aquè, ac si delinquens esset mortuus, quia mors Ciuilis comparatur morti naturali, nu. 107. 108., *&* 109.

Substitutus statim admittitur non expectata morte naturali delinquentis, quando bona sunt expresse confiscari prohibita, num. 110.

Testator priuans delinquentem per verba vniuersalia, eueniente casu confiscationis, omnia bona deuehuntur ad substitutum, etiam ante distracta, nu. 111., *&* 112.

Intellige conclusionem procedere, quando est facta expressa substitutio vniuersalis in casu confiscationis, & in hunc sensum conciliantur auctoritates contraria, nu. 113. 114., *&* 115.

Factum haredis, quomodò noceat emptoribus, dum praiudicium primariò non nascitur ex delicto eiusdem haredis, sed ex dispositione Testatoris, num. 116., *&* 117.

§. SECVNDVS.



T licèt maledicentia in decus Principis, seú Reipublicæ in scriptis redacta, velint nonnulli DD. quod sit crimẽ læsæ Maiestatis in primo capite, vt tenere videntur post alios *Farinacc qu.* 105 *num.* 418. *Caball. cas.* 235. *num.* 25. idem *Farinacc. cons.* 123. *num.* 7. vbi quod scribens in Epistola priuata, Imperatorem esse depositione dignum, fit reus criminis læsæ Maiestatis & *cons.* 145. *num.* 10. vbi distinguit inter maledicentiam merè verbalem, & maledicentiam in scriptis redactam aduersus Principem, & in prima dicit, procedere dispositionẽ nostræ legis vnicæ, in secunda verò intret pœna capitalis, quod sequitur *Nouar. ad Franc. decis.* 533. *vers. & maledicens*, eandemque distinctionem approbat *Peguera decis.* 77. *num.* 1., qui subdit rationem, quia voces facilè Princeps obliuiscitur. 1 2 3

Vel etiam, vt alij distinguunt, aut maledicentia in scriptis redacta, est simplicitèr contumeliosa, vt quod Princeps sit luscus, spurius, & similia, & tunc retinet naturam iniuriæ verbalis; vel continet aliquid famosum, turpe, & illicitum 4

& tunc

& tunc dicitur libellus famosus, ità post
Bertazzol., & alios Greuens ad Gaill. lib.
5 2. conclus. 104. ex num. 3. cum seqq. quia
reuera libellus famosus aliud non est,
quàm iniuria per scripturam illata, Farinac. cons. 130. n. 101. nec refert, quod
versibus, aut prosa, vel hystoria aliquid
dictum sit Euerard. cons. 40. num. 6. lib.
primo.

Vel, ut alij volunt, puta si maledicentia contrà Principem in scriptis redacta
6 est publicata, & tùnc committitur crimen læsæ Maiestatis, vt volunt DD. allegati per Francum d. decis. 533. num. 4.
vel non est publicata, & tunc intret dispositio nostræ legis, licèt Farinacc. indistinctè teneat, in Principe non requiri
7 publicationem, vel affixionem, sed sufficere, quod cum aliquo scriptura sit
communicata, vt ipse firmat cons. 30. nu. 129., & meliùs cons. 145. num. 7., & cons. 123. num. 7. vbi loquitur in epistola priuata continente verba contra Imperatorem, Nouar. ad Franc. d. decis. 533., vbi testatur, fuisse caput obtruncatū cui-
8 dam, qui simpliciter Proregi memoriale contumeliosum porrexerat, Muscatell. in prax. Crimin. num 21. tit. de his, qui Imperatori maledix. Thor. in suo compēd. decis. Regni par 1. verbo maledicens Principi, & in verb. miles, Caball d. casu 235. ex num. 38. vsq ad fin., vbi contrarijs respondet præcipuè Natta, & ponderādo Text. in l. vnica C. de famos. libell., aut nulli confiteatur, Peguera d. decis. 77.,
9 & quod iurans occidere Principem, sufficiat, quod hoc iuret coràm vno, vt intret læsæ Maiestatis crimen, Farinacc.
10 post alios qu. 116. nu. 168. cum seqq., licèt exindè nullum damnum ex tali iuramento, vel singulari patefactione, Principi obuenerit.

Minimè secundùm aliquos obstante
11 Text. in l. 2. ff. ad l. Iul. Maiest., vbi quod scribens, aut legens falsum in tabulis publicis aduersus Principem, vel Rempublicam, dicitur committere læsæ Maiestatis in primo capite, quasi é conuerso non committatur hoc crimen, nisi in tabulis publicis sit scriptum, vel lectum,
12 quia non admittitur argumentum à cō-
trario sensu, vbi agitur de læsione famæ Principis, dedecore, & ignominia Reipublicæ, vt ponderant DD., qui hanc opinionem sequuntur subdentes, his casibus, nec etiam requiri, quod sit deuentum ad actum facti, vt per Afflict. in tit. 13
quæ sint regalia verbo, & bona committentium num. 86. cum alijs per Farinac. d. quæst. 116. à nu. 168. maximè si verba prolata fuerint non ab insano, vel 14
ebrio, vt ait Fachine. cons. 15. num. 22. lib. 1.; ita quod secundùm istos reputetur sufficiens, vt quoquo modo, siuè solis verbis, siuè facto machinetur contrà Principem, vt intret confiscatio bono- 15
rum, & alia de quibus per DD. in l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest., & simpliciter absque vllo requisito facti contrà Principem loquitur Text. in l. penult. C. ad l. Iul. Maiest. Bart. in tit. qui sint rebelles verbo tenore ex num. 4. quinimò diceretur actus facti, dum scriptura habet tractum successiuum, & permanet, quod Philosophi distinguunt per modum facti 16
permanentis, & facti transeuntis, & cōsiderat Gaill. dicta conclus. 104. lib. 2. ex num 3. cum seqq, & consonat de Ponte cons. 90. ex num. 18. cum seqq. lib 1. Fab. de Ann. cons. 12. ex num. 25. lib. 1. nouissimè Capic. latr. consul. 6. ex num. 86. cum plurib. seqq.

Alij tandem ad effectum confiscationis bonorum distinguunt, quod, etiàm si delictum non esset in primo capite, sed 17
in secundo, si tamen memoria delinquētis sit damnata, tùnc intret confiscatio, secùs si memoria non sit damnata, vt dicunt Peregrin. de iure fisci lib. 4. tit. 5. num. 20. cum seqq. Farinac. quæst. 10. ex num. 45., licèt existente crimine in se- 18
cundo capite, illud non operetur quoàd pænas constitutas in filios, quæ tantum obtinent in specie Text. in l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest., pro qua conclusione videantur Menoch. cons. 99. ex nu. 166. cum seqq. vbi multos cumulat, Facchine. d. cons. 15. num. 20. vers. postremò lib. primo latissimè Censal. in obseruat. ad Peregr. de fideicomiss. fol. 309. in prima impressione, & quod confiscationis 19
pæna pro expressa haberi non possit, si in

in sententia non exprimatur, dummodò in delicti consequentia non veniat, & quomodò, explicat *Giurba cons. 58. ex n. 20. vsquè ad 26.*, & quod si confiscatio,
20 quæ viuo delinquente fieri potuit, & nō fuit facta, neutiquàm, ipso mortuo, fieri valeat, idem *Giurb. cons. crim. 67. n. 21.*

Verùm iuxta facti circumstantias, cōtraria opinio tanquàm verior, atq; cōmunior, & æquior suaderi posse videtur
21 ex dictis per *Palenzuol. d. cons. 164. per tot. lib. 2.*, vbi materiam latè exagitat, sed vt distinctè procedatur, nonnullas obseruationes pōderabo, ex quibus plurium casuum veritas circà hanc materiā erui poterit.

Primò, quod simplex iniuria, seù ma-
22 ledicentia contrà Principem, seù Rempublicam in scriptis redacta, non sit crimen læsæ Maiestatis *l item apud §. conuiciū ff de iniur.*, *Roman cons 378 nu. 1. Maceratens. var. lib 3. resol. 1. num. 70.*, *Facchine controuers. iur. lib. 9. cap. 9 per tot.*, vbi contrarijs respondet, *Fa-*
23 *rinac qu 105. ex nu. 9 & 439*; eò magis si scriptura sit priuata, idem *Farinac. cons. 113. num. 5., & 6 vol. 2.*, & quod Statutum loquens in verbali maledicentia, extēdatur ad maledicentiam in scriptis, quæ specie non differunt, firmat *Bursatt. cons. 94. n 5 & seqq*; & quod ad efficiendum aliquem rebellem, vltra
24 scripturam, requiratur cōcomitantia alicuius alterius actus *D. Vermigliol. cons. 6 num. 13*, *& cons. 7. num. 14.*

Secundò maledicentia in Principem cum ignominia, & publicatione, alijsq;
25 circumstantijs, est crimen læsæ Maiestatis in primo capite, & in his terminis loquuntur *Farinac quæst. 105. nu. 418., & cons. 113. num. 7. & cons. 145. n. 10. Caball cas. 235. nu. 25. Peguer. decis. 77. ex num. 1. Nouar. ad Francum decis. 533.*
26 *vers. & maledicens*, qui omnes supponūt dolum ex proposito in libello famoso, ad effectum subtrahendi aliquem ab obedientia Imperatoris, vel Principis, lędēdo eius existimationem, & contra ipsum rebellandu, & in hoc esse inspiciendam qualitatem scribentis, monet *Farinac. d. q. 116. num. 170.* Et quod requiratur conspiratio in Principem, vel eius Collaterales *Odd. cons. 27 num. 17.* 27
& secundùm hanc conclusionem loquitur etiam de *Ponte cons. 90. ex num 18. ad 26. lib. 1. Fab de Anna d. cons 12. ex num. 25.*, & latissimé de coniurante, vel conspirante contra Principē *Capyc. latr.* 28
d. consult. 6. ex num. 86. cum plurib. seqq. Cyriac. controuers. 26. ex num. 56 vsq, ad finem.

Tertiò, quod maledicentia de Principe, etiam cum aliqua circumstantia propriè non sit crimen læsæ Maiestatis in 30
primo capite, sed impropriè, & in secūdo *Gigas de crimine læsæ Maiestatis quæst. 40. num. 1. & 9. Natta cons. 592. per tot. Decian. lib. 7. tract criminals cap. 50 ex num. 1. Muscatell. in prax. rubrica de crimine læsæ Maiestatis tit. si quis Imperatori maledixerit num. 4. in fin eum seqq Caball cap. 235. num. 13. & seqq. & cons. 123 num. 4., & per tot. Foller in prax.* 31
verbo Item quod commisit num. 86., vbi quod ad effectum, vt dicatur propriè crimen læsæ Maiestatis in primo capite, requiratur factum *Perez ad ordination Hyspania lib. 8. tit. 7. cap. 1. §. est prætereà*, vbi in specie, quandò maledicentia non sit ad effectum concitandi Populū ad seditionem, *Rouit. in pragm. 5 de abolitionib. n. 20. & seqq Molina de iust. et iur. tract 2. disput. 658. n. 5. Odd cons. 27. ex n. 70.*, *Bursatt. cons. 147 ex n. 2 cum seqq.*, *Giouagnon. cons. 94. n. 2. & seqq. Aldobrandin cons. 123. n. 3 & seqq. lib. 2 Petrus de Theodor. de delict. disput 5. de crimine læsæ Maiestatis § sed nū maledictio, Farinace. quæst. 105. num. 417., & quæst. 118 nu. 167, & cons. 123. num. 4.* nouissimè *D. Vermigliolus consil. 6. per tot.* signātèr *ex num. 7 cum seqq., & cons. 7. ex num. 14. cum seqq.* vbi quod non incurrat cri- 32
men læsæ Maiestatis in primo capite is, qui maledicit Papæ, vel in libro priuato scripserit, iniurias contrà Principem.

Quartò, quod si in scriptis redigatur maledicentia contrà Principem, non 33
odio ipsius, sed incidentèr, & ad alium finem, non dicatur probatus dolus ex proposito, qui requiritur ad inducendū crimen læsæ Maiestatis, *Salicetus in l fal-*

laciter

laciter nu. 2. *C. de Abolitionib. Crauett.*
cons. 6. *num.* 79. *Decian. tract. Criminali*
lib. 9. *cap.* 27. *num.* 6, *Burſatt. cons.* 94.
num. 8: *& seqq. Plotus cons.* 131. *num.* 7.
& seqq. Peguer. decis. 77. *num.* 8. *vers.*
Quarto denique, Ruin. conſ. 145. *ex num.*
14. *cum seqq. lib.* 5.
Quintò, quod nõ ſufficiat manifeſtaſ-
ſe voi, quia verbum, *manifeſtauerit*, de
34 quo in *L.* 1. *C. de famos. libell.* refertur
ad plures *Cephal. cons.* 341. *nu.* 28. *Bur-*
satt. d. conſ. 94. *nu.* 17. *Peguer. d. decis.*
77. *num.* 6., *& seqq. Farinacc. quaſt.* 21.
num. 4. *& seqq.*, *& quaſt.* 105. *nu.* 462.
& ſeqq. D. Vermigliol. conſil. 4. *num.* 10.
35 11. *&* 12., vbi quod communior ſit
opinio, requiri manifeſtationem, & tra-
ctatum cum pluribus, ineundo v. g. fa-
ctionem cum hoſtibus, & machinando
contrà Principem, quicquid in contra-
rium dicat *Farinacc. d. qu.* 116. *nu.* 148.
& nu. 150. *& ſeqq.* qui tamèn cum no-
ſtra opinione accedit *quaſt.* 146. *n.* 149.
36 *&* 152. Nec ſufficeret ſcripſiſſe quid
malum de Principe ſubditis eiuſdẽ Prin-
cipis, cùm tales non poſſint dici hoſtes,
vt per eumdem *D. Vermigliolum d. cons.*
4. *ex num.* 9. *cum plurib. seqq.*
Sextò, quod quià plures DD. non di-
ſtinguunt in hac materia, an per maledi-
37 centiam incurratur in primò, vel ſecun-
do Capite, ſemper ſit ſumenda benignior
interpretatio, vt nempè videatur, tantũ
delinquentem incidiſſe in ſecundum Ca-
put *Bero. conſ.* 194. *num.* 11. *lib* 3. *Hon-*
ded. cons. 99. *num.* 41. *lib.* 1. *Surd. conſ.*
132. *num.* 55. *Farinacc. quaſt.* 85. *nu.* 5.
& 19. *Giurb. conſ.* 4. *num.* 8. *&* 9. præ-
38 cipuè in odioſis odio irrationabili, qualis
eſt iſta materia, in puncto *Mandell. de*
Alb. cons. 770. *num.* 9. *lib.* 4. *Dec. d. cons.*
410. *num.* 28. *in fin.*, & quod ſpectet
ad Fiſcum demonſtrare, inquiſitum inci-
diſſe in primum Caput læſæ Maieſtatis
39 firmat *D. Vermigliol. cons. Crimin.* 6. *n.* 14.
Septimò, quod ſpecialia *L. quisquis*
40 *C. ad L. Iuliam Maieſtat.*, de quibus per
Decian. tract. Crimin. lib. 7. *cap.* 40. *per*
tot., procedunt tantùm, quandò Maie-
ſtas lęditur in primo Capite, ita tenet
Capic. decis. 130. *ex n.* 20., *Decius cons.* 410
n. 28. *Grammat. decis.* 6. *ex n.* 15. *Decian. d.*
lib. 7. *cap.* 41. *num.* 35. *Menoch. conſ.*
99. *ex num.* 60. *& num.* 109. vbi lo-
quitur de publicatione bonorum, quæ
non admittitur in ſecundo Capite læſę 41
Maieſtatis, ſed tantùm in primo *Roland.*
conſ. 9. *num.* 15. *& ſeqq. lib* 1. *Crauett.*
conſil. 859. *per tot. lib.* 5. *Facchineus conſ.*
15. *num.* 4. *& ſeqq. lib.* 1. *Fab. de Anna*
cons. 12. *num.* 10. *Oddus cons.* 27. *num.*
18. *&* 27. *Farinac. d. quaſt.* 116. *num.*
127. *& ſeqq.* vbi reprobat *Menoch. d.*
cons. 99. *num.* 18. quatenùs firmat con- 42
cluſionem, quòd etiam in ſecundo Capi-
te læſæ Maieſtatis, intret publicatio bo-
norum, quia reuera D. D. ſupra adducti
loquuntur indiſtinctè, etiam quandò
eſſet damnata memoria, quia, & idem
Menoch. d. con. 99. *num.* 166. *& ſeqq.* 43
reprobatur nouiſſimè à D. *Vermigliola in*
ſuo Criminal. cons. 7. *ex num.* 7. *cum ſeqq.*
vbi dicit, quod Menochius loquitur ſine 44
vlla authoritate, immò contra gloſam
in *L. ex iudiciorum*, *verbo Maieſtatis ff.*
de accuſat. per quam probatur, quòd pu-
blicatio bonorum obtineat tantùm in
primo Capite, & quod magis ſit gloſæ
credendum, quàm Menochio, cuius di- 45
cta licèt fulciri videantur ex traditis per
Franc. de Ponte cons. 90. *ex num.* 18. *ad*
26. *lib.* 1. *& Fab. de Anna cons.* 12. *ex*
num. 25. *Capic. latr. d. Conſult.* 6. *ex*
num. 86. *cum ſeqq.* tamen quilibet ex præ- 46
dictis, ſi benè perpendatur, loquitur in
caſu, quo intrabat primum Caput læſæ
Maieſtatis, vt benè per eundem D. *Ver-*
migliolum vbi proximè; Quinimò, &
idem *Fabius de Anna* expreſſe concedit,
ceſſare publicationem, quandò Crimen 47
non eſt in primo Capite, vt in eius *conſ.*
67. *ex num.* 3. *& per tot.* nec D. *Vermi-*
gliolo aduerſatur diſtinctio *DD.* qui di-
ſtinguunt inter damnationem memorię,
& publicationem bonorum, tanquàm 48
diuerſa, quia diuerſitas iſta eſt nominis,
non effectus, & damnatio memoriæ de-
functi, ſolùm procedit in primo Capite,
quo caſu habet locum publicatio bono-
rum ipſo iure cum retrotractione ad
diem commiſſi delicti, vt contrà *Me-* 49
noch. d. conſil. 99. ſentit *Roland. cons.* 1.

nu. 14. 32. *& ſeqq lib.* 3. qui ex aduer-
ſo ſcripſit in eadem cauſa, & contrá
Menoch. etiam ſcripſit *Crauett. d. conſ.*
859. *lib.* 5. proùt cootrá eundem *Me-
noch.* concludit D. *Vermigliolus* vbi ſu-
50 prá, *& num.* 11. vbi etiã examinat, quid
dicendum circà confiſcationem, ſi con-
demnatio non ſit ſequuta io vita delin-
quentis, de qua re etiam *Peregrin. de
iure fiſci lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 22. *Menoch.
eodem conſ.* 99. *nu.* 40. *& ſeqq. & num.*
74. qui in hac parte etiam reprobatur à
Facchine. controuerſ. iur. lib. 9. *cap.* 34.
per tot., cùm crimẽ læſæ Maieſtatis quòd
51 non eſt in primo Capite, morte delin-
quentis extinguatur, vt ſunt verba *Text.
in l. finali ff. ad l. Iul. Maieſtat.*

Et dicitur tantúm in primo Capite,
quandò immediatè proditio attentatur
52 contrá vitam Principis, & eius Conſilia-
rios, D. *Vermigliol. conſ.* 6. *num.* 15. *&
ſeqq.* quando verò contrá Regnum, vel
53 Rempublicam, licèt poſſit dici io primo
Capite, non tamen dicitur in primo gra-
du huius primi Capitis, *Molin. de Iuſtit.
& iur. tract.* 2. *disput.* 658. *ſub num.* 52.
litt. B. & C. optimè *Cenſal.* qui alios re-
ferr in *obſer. ad Peregrin de fideicomiſſ.
fol.* 309. *col.* 1. *vers. prima concluſio, &
54 col.* 2. *in prima impreſſ.*, *Veneta fol.* 199.
col. 2. Ideoque pænę, & ſpecialia illius le-
gis non applicantur in alijs caſibus, ne-
que reſpectu filiorũ, vt ibidem *Cenſal.
& Gratian. cap.* 368. *ex num.* 6 *&* 7. &
in fortioribus terminis de Patre inquiſi-
to in Regno, nedùm de proditione con-
55 tra Regnum, ſed etiam quiá ligium Ho-
magium præſtiterat Regi Francorum, vt
reſpectu filiorum non fuerit iudicatum
crimen in primo Capite, dicit deciſum
56 *Grammat. decis.* 6. qui proiodè bonorum
confiſcationem non fuerunt paſſi, quià
ad illam requiritur præcisè, vt crimen
propriè committatur in primo Capite,
non autem impropriè, & fictè, ſicuti eſt,
57 quandò committitur extra perſonas im-
mediatas Principis, & Collateralium, *Sa-
licet. in l. quiſque in princip. C. ad l. Iul.
Maieſtat. Capyc. decis.* 130. *in princ. &
num.* 8. 11. *&* 17. cum alijs per D. *Ver-
migliol. conſ.* 1. *num.* 11. *& conſ.* 6. *ex
num.* 6. *cum ſeqq.* & hoc idem firmat *Odd.
conſ.* 27. *num.* 21. *Fab. de Anna conſ.* 67.
per tot. ſignantèr *num.* 19. *Farinac. conſ.*
48. *num.* 13. *& quæſt.* 112. *num.* 14. *&*
17. *Rot. apud Seraph. decis.* 820. *num.* 3.
adeò vt Conſtitutio Sixti V. 75. *in nou.
Bullar. tom.* 2. *fol.* 618. *§.* 3. & priuile- 58
gium conceſſum à Rege Ciuitati Nea-
politanę, nè bona confiſchentur, excepto
crimine læſæ Maieſtatis, intelligi debe-
at de crimine læſę Maieſtatis verè, &
ſic in primo Capite. *Afflict. in conſtit.
Regni Feriudicotorum lib.* 2. *rubric.* 6. *de
fiſco ſuccedente num.* 14. *& ſeqq. D. Ver-
migliol. d. conſ.* 1. *num.* 12. *& ſeqq.* licèt
ſub num. 14. alitér reſpondere conetur 59
prædictæ Conſtitutioni Sixtinæ tolleoti
omnem fictionem, ac hominis interpre-
tationẽ circá reatum læſæ Maieſtatis in
ordine ad priuilegia Ciuitatis Booniæ
circá confiſcationem, quæ poſſunt etiã
applicari quòad priuilegia noſtræ Ciui-
tatis Beneuentanæ, quæ vna cum Bono- 60
nia ſemper reperitur in Pontificijs di-
plomatibus ſpecialiter, vel expreſſa, vel
priuelegiata, vel excluſa, & quod onus
fiſci ſit docere, quod crimen læſę Maie-
ſtatis commiſſum ſit in primo Capite,
firmat idem D. *Vermigliol. d. conſ.* 6.
num. 14. *& ſeqq.* vbi, & multas alias egre-
gias concluſiones ad materiam conge-
rit.

Adnota inſupèr quod confeſſio io-
quiſiti, quod cõtractus fuerint geſti poſt
crimen commiſſum, non præiudicet cre- 61
ditoribus, ſed hoc debeat aliundè pro-
bari, vt detegatur fraus *Sanchez ad præ-
cepta decalogi lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 77.
vers. ſed exiſtimo incutere, & fuit Do-
ctrina *Bart. in l. edicto* 13. poſt principiũ
*ff. de iur. fisc. vers. iſta enim confeſſio, D.
Vermigliol. conſ.* 6. *num.* 18. *& conſ.* 7.
ex num. 1. *&* 2. vbi, àn in crimine læſæ 62
Maieſtatis dominium bonorum delin-
quentis ipſo iure tranſeat in fiſcum, qua 63
in re licèt inter ſe pugnauerint *Dinus*, &
Bartol. in l. Imperator 43. *ff. de iur. fisc.*
diſtinctionis fędere opiniones concilian-
tur, vt opinio affirmatiua obtineat in
crimine læſæ Maieſtatis in primo Capi- 64
te, ſecùs in ſecũdo, & ità ſunt conciliãdi
DD.

DD. hinc indé allegati per *Farinac. quæst.* 116. *n.* 14. 15.66. *&* 67. vbi *Farinac. quæstionē* indecisā relinquit, & tantùm in crimine læsę Maiestatis in primo
65 Capite censetur delinquenti ipso iure interdicta administratio bonorum, idem Farinacc. *d. quæst.* 116. *num.* 37. *&* 43. & in crimine hæresis est, *Text. in cap. cum secundum de Hæretic. in 6. cap.* 1. *§. Gazaros de Statu, & consuetud. contrà Eccl. Surd. decis.* 247. *ex num.* 1. etiam absquè alia iudicis declaratione, *Menoch. cons.* 99. *num.* 371. *Peregr. de iure fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 52. *Surd. vbi proximè num.* 2.
66 & facta publicatione, perdit omnia iura, *Gratian. cap.* 423. *num.* 10. nec aliquid ampliùs possunt facere, etiàm si essent re-
67 conciliati *Bursatt. cons.* 14. *num.* 1. *Surd. d. decis.* 247. *num.* 3 nec possunt succedere *Graff. in decis. Casuum conscientiæ par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 11. *ex num.* 7. *ad* 17. quià in crimine læsæ Maiestatis, pœniten-
68 tia non excusat, in puncto *Capic. latr. consult.* 6. *num.* 139. *cum seqq.* adeò quód si taliter delinquens à Principe resti-
69 tueretur, nec etiam bona confiscata recuperaret *Giurb. cons. cril.* 44. *ex num.*
70 53. sed hoc pendet ex forma restitutionis à Principe concessæ, de quo vide egregiam decisionem apud bon. mem. *Merlin.* inter nouitèr impressas *decis.* 188. *num.* 25. *& seqq. & par.* 5. *tom.* 2. *recent. decis.* 449. *per tot.*

Octauò, quod ex crimine læsæ Maiestatis in primo Capite, non sit locus con-
71 fiscationi bonorum fideicōmisso subiectorum, siuè Maiestas offensa sit Diuina, siuè humana, maximè si fideicōmissum fuisset institutum à transuersali, *Igneus in l. final. num.* 44. *&* 45. *ff. ad Syllanian. Bart. in l. Imperator ff. de fideicomissar. libert. Molina de Hyspanorum primogenit. lib.* 4. *cap.* 11. *ex num.* 51. *Palēz de maioratu tom.* 2. 4. *partis quæst.* 23. *ex num.* 4. *Farinac. in prax. quæst.* 25. *ex num.* 22. nouissimè *Capic. latr. cons.* 6. *ex num.* 176. *cum pluribus seqq.* & latiùs *Censal. in obser. ad Peregr. de fideicomiss. fol.* 312. *col.* 2. *& fol.* 313. *& fol* 320. *col.* 1. *circà med. in prima impress.* vbi videtur di-
72 stinguere inter fideicomissum conditum in Testamento, & fideicomissum conditum in contractu, iuncta præcipuè alienationis prohibitione, *Peregrin de iure fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *Rubric. de publicat. bonorum num.* 98. *Petra de fideicomiss. quæst.* 8. *num.* 110. & in speciè criminis læsæ Maiestatis *num.* 289. adeò vt, nec etiam his casibus, posset fiscus capere 73
fructus bonorum sub fideicomisso existentium, ac alienari prohibitorum, delinquentis vita durante, cùm statim se- 74
quuto delicto, illa transeant ad alium nō delinquentem, qui dicitur venire ex persona propria ad *text. in l. Statius florus §. Cornelio felici ff. de iure fisci,* cum alijs per *Paleaz de maioratu* 4. *parte quæst.* 23. *num.* 27. licèt contrarium sentire videatur *Salgad. in tractatu Laberynth. credi-* 75
tor. part. 3. *cap.* 15. *num.* 7. *& per tot.* & in terminis læsæ Maiestatis egregiè, & latissimè *Censal. d. fol.* 313. *cum plurib. seqq.* vbi etiam distinguendum putat in maioratibus fundatis ex bonis Regijs, qui dùm concessi videntur sub tacita conditione fidelitatis, subiacent confis- 76
cationi, secùs in maioratibus fundatis ex proprijs bonis illius, qui maioratum instituit, de qua re vide *Salgad.* vbi suprà, qui latè exagitat, & quia ad conclusionē principalē mirificè arridet aurea decis. 77
S. Rotæ Rom. *in Romana fideicomissi de Crispoldis* 4. *Maij* 1646. *coràm Reu. Royas,* ideò operæ pretium existimaui, vt hìc imprimeretur.

DECIS. S. ROTÆ ROMANÆ.

CÆsar Crispoldus in Testamento, sub quo decessit, hæredem scripsit Scipionem Iorium ex Sorore Nepotem, cui substituit eius descendentes in infinitum, nempè
primogenitum masculum cum expresso 78
onere assumendi nomen, cognomen, & Arma ipsius testatoris, prohibuitq; alienationem, & casu quo aliquis ex his hæredibus committeret delictum, ex quo intraret confiscatio bonorum, voluit, quod à die delicti ipso iure intelligeretur, & esset priuatus, & incapax successionis, mādauitq;

dauitq; succedere alium successiuè vocarum, quo Scipione primo hærede vita functo, hæreditas peruenit ad Cæsarem filium, qui ob homicidium fuit condemnatus in pænam ordinariam, quibus stantibus dubitaui hodie, àn constaret de fideicomisso d. q. Cæsaris Crispoldi, purificati ad fauorem Scipionis Cæsaris Iorij de Crispoldis filij delinquentis, & Domini affirmatiuè responderunt, quià ex
79 publico instrumento Testamenti constitit de perpetuo fideicomisso ad fauorem primogenitorũ successiuè descendentium á Scipione Nepote Cæsaris Testatoris, qualem se probauit dictus Scipio Cæsar, ex qua vocatione perpetua remansit inductum fideicomissum perpetuũ *l. final. C. de verb signif. l. Titia seia* 87. *§. seia libertis*, *& l. Titia cum Testamento* 34. *§. Titia ff. de legat. & fid.* 2. *Natt. cons.* 675. *num.* 1. *Riminald. Iun. cons.* 564. *num.* 14. *& seqq. Ruin. cons.* 22. *num.* 14. *lib.* 2. *Peregrin. de fideicomiss. art.* 11. *num.* 25. *Fusar. de subflit. quæst.* 318. *num* 77. cumquè fuerit con-
80 ceptum tàm in casum mortis naturalis, quàm delicti ab aliquo ex vocatis patrati, propter quod bona venirent confiscanda, indè fuit dictum, fuisse purificatum fideicomissum obrale delictũ á Cæsare iuniore commissum *ad l. Imperator* 12. *ff. de fid. libert. Alex. cons.* 23. *num.* 3. *& per tot. lib.* 1. *Ruin. cons.* 129. *num.* 4. *lib.* 2. *Rimin. Iun. cons.* 50. *num.* 95. *Roland. cons.* 56. *n.* 11. *lib.* 1. *Odd. cons.* 53. *per tot. Gabr. cons.* 184. *num.* 2. *& 3. lib.* 1. *Clar. in §. final. quæst.* 78. *sub num.* 10. *Cyriac. controuers.* 346. *num.* 18. *&* 19. itá, & taliter, vt bona possint á tertijs
81 possessoribus auocari, pęnes quos ante delictum distracta fuere, vt per *Peregr. cons.* 40. *in* 1. *dubio num.* 3. *& 4. lib.* 4. *latè Cyriac. d. controuers.* 346. *num.* 47. *vsque ad finem*, *Fusar. de subflit. quæst.* 584. *num.* 4.

Præfatum verò delictum homicidij probatum fuisse in præsenti, deductum fuit, ne dùm per sententiam Iudicis Criminalis, verùm etiam per testes formitèr
82 in Rota examinatos plené dictum delictum probantes summario *Scipionis n.* 6. *Felin. in cap. ex litteris num.* 20. *vers. nisi constaret de delicto, de cõstit. Rot. decis.* 165. *n.* 2. *post* 2. *volum. consil. Farinac.*, *& in Ianuen. iuris Patronatus* 25. *Iunij* 1607. *coràm Lancellotto*, *& in Maccraten. hæreditatis* 16. *Nouembr.* 1609. *coràm Patriarcha Manzanedo*, quodq; etiam homicidium præfatum fuerit appensatum, & sic dignum pęna confiscationis, vt extat Statutum in *Constit. Aegid. lib.* 4. *cap.* 54., quæ renouat antiquum ius Ciuile, de quo in *L. eiusdem* 3. *§. legis Corneliæ* 5. *ibi* (& omnium bonorum adéptio) *ff. ad L. Cornel. de Sicar.*, & comprobat Bulla Sixti V. la 6. prouť paritèr de confiscatione apparet, iám per dictã sententiam, quàm de ordine Sac. Con- 83
sultę directo Gubernatori Reatis, adhec vt bona confiscata dimitterei filijs delinquentis, eo quòd erant numero octo, iuxiá dispositionem *Text. in L. final. § si plures ff. de bon. damnat. Tob. Non. cons.* 95. *num.* 12. *Honded. cons.* 110. *num.* 7. *& seqq. lib.* 1. *cum alijs latè congest. per Farinac. de delict. & pæn. quæst.* 24. *num.* 39. *Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 29. *num.* 4. Quæ dimissio sic facta a fisco in casu, quo præcesserat sententia confiscationis, & ex indulgentia *D. Adriani Imperatoris* ob numerum filiorum probat in necessarium antecedens, quod bona fuerant fisco incorporata, cùm priuatio supponat habitum, vt in terminis cessionis hæreditatis *Surd. cons.* 136. *nu.* 41. *vers. priuatio*, *Tex. in l. dotem ff de verb: oblig. Crauett. cons.* 200. *nu.* 1. *Castrens. cons.* 135. *col.* 2. *lib.* 1. *Gratian discept.* 568. *num.* 64. *Rot. in Callien hæreditatis prima Februarij* 1638. *coràm Emin. Card. Hieronymo Verospio §. & ex his.* 84 85 86 87 88

Non obstat, quod dicta sententia lata fuerit in contumaciam, nec propterea probet delictum, præsertim contra tertium *Laderch. cons.* 6. *nu.* 4. cum alijs in 89
contrarium adductis; Nec sat est delictum fuisse commissum, nisi sequatur actualis confiscatio, cum Testator id vnum respexerit, nè scilicet bona ad fiscum deuenirent, vt per bellé ponderatum fuit in *Senogallien. fideicomissi* 9. *Maij* 1594. corám bon. mem. *Card. Arigo-*

Arigonio impress. apud Marches. de Cōmiss. par. 1. fol. 1298. num. 2., & 3.; Nám fuit animaduersum in præsenti nō
90 versari in terminis simplicis sententiæ contumacialis, dùm in actis constat de delicto per testes formiter examinatos ex prædictis, in quibus terminis sententia etiam contumacialis, probat contra omnes, *Abb. in cap. penult. num. 20. in*
91 *fi. de sent., & re iudic.*, *Rot. decis. 6. nu. 3., & decis. 303. num. 8. post 2. volumē cons. Farin.*

Minus obstat, quod bona controuersa fuerint subhastata iudicialitèr prò soluendo ære alieno eiusdem Scipionis
92 primi hæredis grauati, quo viuente regularitér alienatio substinetur iuxtà *Text. in l. Peto 69. §. prædium ff. de legat. 2. l. Statius Florus 48 § Cornelio Felici de Iur. fisci. Petr. de fid. quaest. 8. nu. 319. Peregr., eod. tract. art. 40. sub num. 20. Odd. de fideic. ex prohib. alien. quaest. 32. num. 8.*, itá, & talitèr, vt ante mortem naturalem dicti Scipionis hæredis
93 grauati, bona distracta non possint auocari, quamuis aliqua mutatio status cōtigerit in eodem grauato, *Bald cons. 280. lib. 1. Deeian. respons. 31. num. 23. lib. 5. Peregrin. de fideicom. art. 28. num. 10., idemq; de iure Fisci lib. 3. tit. 5. num. 20. circa fin. vers. sinè enim.*

Quiá dicto obiecto fuit multiplicitèr per Dominos responsum, & primò fuit præmissum, quòd dicta subhastatio bonorum nequeat dici facta ex permissione
94 Testatoris fideicommittentis, dùm imò ille expressè prohibuit omnibus vocatis, nē bona alienare, aùt obligare valerent, etiám ex causa dotis aliàs priuilegiata, aùt quauis alia causa, ponderando verbum (*quauis*) comprehensiuum cuiuslibet causæ excogitabilis alienandi *Cra-*
95 *uetta cons. 294. sub num. 3. vers. ad idem, Roland. cons. 27. num. 15. & seqq. lib. 4. Rot. decis. 440. sub num. 4. par. 1. diuers. decis. 36. num. 3. & seqq. par. 5. recent.*, & licèt enim in testamēto subdatur ibi, *eccetto, che venendo il caso, che fussero forzati à vendere*, hoc tamen non potest referri ad alienationem coactam ex causa æris alieni Vocatorum, nē detur repugnantia verbis immediatè præcedentib. prohibitiuis obligationis bonorum ob huiusmodi æs alienum, sed bené ad aliā solam distractionem coactiuam prouenientem ex facto Principis, vel legis, nempè ad publicum ornatum, vel publicum 96
bonum, quandò videlicèt possessor cogeretur vendere, recepto pretio, vt patet, nedúm ex supradicta præcedēti pro- 97
hibitione, verùm etiám ex verbis subsequentibus, dùm Testator excepit à prohibitione casum venditionis coactæ, & voluntariæ ad vtilitatem fideicomissarij, addendo incontinenti conditionem, 98
(*dūmodò pretium reinuestiatur in alijs stabilibus, quæ succedere debeant loco distractorum, sintque supposita fideicomisso in perpetuum*) quæ conditio, tanquàm in fine posita sub eadem oratione post vtrumque casum exceptuatum, ad vtrumque venit referenda ad *Text. in* 99
l. talis scriptura in fi. & ibi Bart. ff. de legat. 1., l. 3. §. filius, & ibi DD. de Lib. & Posthum. cap. inquisitionis, & c. 2. requiris, de appellat., *Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 13. num. 6. in fin. cum alijs congestis in Romana electionis Puellarum 27. Nouembr. 1624. coràm bo. mem. Pirouano*; Præsertim inspecta enixa mente Te- 100
statoris conseruandi bona perpetuò in fideicomisso cum arctissima prohibitione alienationis *ex quauis causa*, quo casù cēsetur prohibita etiám vsusfructus alie- 101
natio *L. fin. C. de reb. alien non alien.*, *vbi Bart. Bald., & communitèr scribentes, Molina de Hispan. Primogen. lib. 1, cap. 20. nu. 8.* itá, & talitèr, vt sequens successor, etiám in vita possessoris admittatur *L. cum Pater 77. §. libertis 27. iuncta gloss. verb. nè id alienarent ff de legat. 2. per quem Text. dicit Paul. de Castr. in proprio loco num. 4. & 7.*, quòd aliena- 102
tio voluntaria, facta contra expressam voluntatem Testatoris, potest statim reuocari, & ad reuocandum admittuntur, qui non alienarunt, nèc alienationi con- 103
senserunt, non expectata die fideicomissi, idem sequitur *Ripa nu. 47. Claud. de Leysel ibid. nu. 12. Cratt. num. 36. Ant. Gomez l. 40. Tauri nu. 88. Ant. de Padilla in Auth. resqua num. 2. C. Comm. de*

legat. Zanch. in L. hæredes mei §. cum
ità ff. ad Trebell. num. 405. *Grat. conſ.*
104 21. *num.* 34. *lib.* 2. ac ſi delinquens eſſet
realitèr mortuus *Bellon Iun. conſ. ij. num.*
17., *Fuſar. quaſt.* 683. *num.* 16. *Rot. in*
Bonon. fideicomiſſi de Bologninis 26. *No-*
uembris 1644. *corã R.P D meo Ghislerio*:
Secundò reſponſum fuit, ſubſcriptam
105 concluſionem in contrarium adductam,
eſſe intelligendam iuxtà DD. allegatos
nempè, quandò probatum fuit, quòd nõ
106 extabant alia bona, ex quibus æs alienũ
ſolui poſſet, quod eſſet ex aduerſo pro-
bandum *Peregrin. de fideicomiſſ. art.* 40.
ſub num. 22., & quandò non eſt facta à
Teſtatore ſpecialis ſubſtitutio in caſum
107 mutationis ſtatus, vel confiſcationis; At
vbi, vt in præſenti, fideicomiſsũ reperitur
relictum, ſiuè in caſum mortis, ſiuè de-
licti capitalis digni confiſcatione bono-
108 rum, qui eſt caſus noſter, licitum eſt, pu-
rificato caſu delicti, reuocare à tertijs
poſſeſſoribus bona prius diſtracta, non
ſecùs, àc liceret, ſi ſolùm in caſum mor-
tis naturalis fuiſſet facta ſubſtitutio, & ca
ſus mortis naturalis eueniſſet, dũ teſtator
vtrũq; caſũ in verbis ęquiparauit, ibi, *co-*
109 *me ſe foſſe morto*; Mors enim ciuilis æqui-
paratur naturali, quandò fuit á Teſtatore
vtroque caſu diſpoſitum, paritque effe-
ctum purificationis fideicomiſſi, *L. actio-*
ne 65. *§. publicationem ff. pro ſoc.*, *Ioann.*
Lopez in rubr ff. de donat. inter Vir., *et*
Vxor. §. 71. *num.* 2. *Riminald Iun. conſ.*
416. *lib.* 4., *Menoch. conſ.* 227. *nu.* 45.,
& 388. *num.* 23. *Honded. conſ.* 63. *num.*
40 *lib.* 1. quos refert, & ſequitur *Fuſar.*
de ſubſtit quaſt. 430. *num.* 14., *&* 18.,
& Addent ad Buratt. deciſ 64. *nu.* 14.,
& 15., & dùm bona non poſſunt con-
110 fiſcari ob expreſſam Teſtatoris prohibi-
tionem, certè ſubſtitutus ſtatim admit-
titur, non expectata morte naturali, *Soc.*
Iun. conſ. 49. *cap.* 3. *nu.* 3., *& ſeqq. lib.*
3., *Menoch. conſ.* 482. *num.* 17., *Petr.*
de fideicomiſſ. quaſt. 3. *num.* 11., *Fuſar.*
de ſubſtit. quaſt. 442. *num* 11., *&* 683.
num. 16 *Rot in d. Bononien. fideicomiſſi*
de Bologninis 26. *Nouembris* 1644. *coràm*
R. P. D meo Ghislerio.
Tertiò quia dictus Teſtator in caſum
delicti, & confiſcationis bonorum, non
priuauit delinquentem per verba parti-
cularia directa ad res particulares, ſed 111
per verba vniuerſalia reſpicientia totam
hæreditatem, ibi, *e ſia priuato di detta*
heredità; Indè, purificato caſu confiſca-
tionis, omnia bona deuoluuntur ad dictũ 112
Scipionem Cæſarem ſubſtitutum, quæ
ad hæredem grauatum peruenere, &
conſequentèr etiám omnia alia bona iã
priùs diſtracta, & in puncto *Cyriac. con-*
trouers. 246. *per tot. & ſignantèr n* 13.,
& ſeqq. vbi adducit concordantes, cui
nullus ex DD. in contrarium adductis
contradicit in hoc caſù, dùm omnes lo-
quuntur, quandò non reperitur facta ex- 113
preſſa ſubſtitutio vniuerſalis in caſum cõ
fiſcationis, ſic etiám *Peregrin. conſ.* 40.
ſub num. 4. *lib.* 4. Minùs applicatur *de-*
ciſ. 714. *num.* 11. *par.* 4. *recent. tom.* 2., 114
quiá loquitur de bonis non delatis delin-
quẽti tempore confiſcationis; At in præ-
ſenti caſù iàm bona fuerant ipſi delata,
ſed idem delinquens alienauerat, indè 115
alienatio reuocatur, eueniente caſù fidei-
comiſſi, ex ſupradictis.
Demùm non obſtat, quòd factum
hæredis non debeat nocere emptoribus,
quiá hoc præiudicium non naſcitur pri- 116
mariò ex delicto hæredis, ſed ex diſpo-
ſitione Teſtatoris fideicommittentis, qui
in caſum delicti, alterũ ſubſtituit in om-
nibus bonis, proùt in ſimili *Sarmient. ſe-* 117
lect. interprat. l. 1. *cap.* 8. *num.* 4. *&* 5.,
Laderch. conſ. 23. *num.* 21. *& ſeqq. Rot.*
deciſ. 319. *n.* 8. *& ſeqq. par.* 5. *recent.*
Et ità reſolutum vtraque parte in-
formante.

ARGVMENTVM.

In quibus caſibus procedat Textus in L. Quiſquis C. ad L. Iuliam Maieſtatis.

SVMMARIVM.



EXT. in L. quiſquis C. ad L. Iul Maieſt. interpraetatur n. 1. *Lucrum dotale àn ſpectet ad filios rebellis n.* 2. *vel ad Fiſcum num.* 3.

Text.

Text. in L. quisquis comprahendit fæminas, non ipsarum filios nu. 4., vbi de nonnullis alijs quæstionibus remissiuè.

Text. in L. quisquis non obtinet in conditionalibus, & suspensiuis iuribus n. 5.

Quid si successor crimen cōmittat ante fideicomissi, vel maioratus declarationem num. 6.

Confiscatio, àn fiat de bonis alibi sitis n. 7. cōtentio super hoc inter DD. n. 8.

Confiscatio, quæ fit de iure cōmuni, quilibet fiscus capit bona in suo Territorio sita num. 9.

DD. in hac materia distinguentes referuntur nu. 10.

Confiscatione sequuta, bona sub alio Territorio existētia infeudata, à tamē Baroni, vel alteri Principi inferiori, spectāt ad Principem Dominantem, seù ad illius fiscum nu. 11.

Fiscus tenetur satisfacere creditoribus condemnati in suo Territorio, non autèm alijs, in alieno Territorio existentibus nu. 12. & 13. fiscus non tenetur creditoribus ad vsuras debitas ex mora, sed ad illas debitas ex contractu n. 14. & num. 17.

Fiscus habetur loco hæredis, qui tenetur ad ea, quæ ex contractu tenebatur Auctor n. 15. & de ratione nu. 16.

Fiscus non potest impugnare donationes, & alios contractus factos ante delictum num. 18 Amplia, quòd neque post delictum, dummodò fuerint facti ante condemnationem n. 19. contrarium tenet Farinac. considerata fraude, quæ posset fieri in fraudem fisci nu. 20.

Text. in L. quisquis an, procedat in offendēte Episcopum, vel Cardinalem n. 21.

Reus læsæ Maiestatis non gaudet Immunitate Ecclesiastica nu. 22., quod intellige in crimine commisso in personam ipsius Principis nu. 23.

Officialem offendens in odium sui Principis Immunitate Ecclesiastica non gaudet num. 24. Secùs si offensio esset ex odio priuato, vel alia de Causa nu. 25.

Resistentia facta Officialibus Principis, non est crimen læsæ Maiest., nisi fiat in cōcernentibus Statum Reip. nu. 26.

Tumultus excitatus ob priuatam causam, non autèm in odium Principis, non est crimen læsæ Maiest. nu. 27.

Rebellis non est, qui vocatus ab Imperatore, ob interesse priuatum renuit obedire n. 28 Sed esset punienda temeritas inobedientiæ nu. 29.

Exemplum Antistij Labeonis, qui vocatus à Plebis Tribuno, non obeduit, recensetur nu. 30.

Antistius Labeo pro insano habitus nu 31. & 37. ab insania defenditur nu. 32.

Iudices pedanei iurisdictionem non habent in nobiles nu. 33.

Antistij, Romæ non fuerunt Patritij n. 34.

Delicta habent sua sydera nu. 35.

Stellarum cursus, in infligendis pænis, inspici debet nu. 36.

Text. in L. quisquis, insania, & lingua lubrico ignoscit nu. 37.

Sacrilegum est, Imperatorum mandatis non obedire, ac Supremorum Magistratuum Authoritatē contemnere n. 38.

Exemplum de quodam Maboden, qui cùm vocatus non iuisset ad Regem, interfectus fuit num. 39., & alia exempla num. 40.

Alexandri Macedonis generositas refertur nu. 41.

Non tenetur obtemperare, qui priuilegijs gaudet vel circà forum vel circà alia, de quibus excusaretur vocatus non accedere nu 42.

Contumax, qui post cōtumaciam contractā comparuit, àn declinet forum nu. 43.

§. TERTIVS.



Æterùm in terminis L. 1
quisquis C. ad L. Iuliā
Maiest. vltrà ordinari-
os interpretes, videan-
tur *Danza ad Grāmat.*
decis. 6 per tot. vbi la-
tissimè *Marta vot.* 200. *Pascal. de pat. po-*
test. parte 4 cap. 5. n. 14. Merlin de leg. lib.
3. tit. 1. q. 30. num. 1. cum seqq. Merlin.
Pignatell. Cons. 21. nu. 1. lib 2. Vermi-
gliol. cons. 7. per tot. Vrsill. ad afflict. decis.
127. *ex nu. 4.*, vbi, quid dicendum de 2
lucro dotali, àn spectare possit ad filios
Rebellis, de qua re etiā *Anna singul.* 526.

Regen.

Regen Renerter. dicif. 83. *vol. mibi* 2.
3 *de Franch. deciſ.* 689. *ex num.* 14., qui
omnes potiùs videntur inclinare ad fa-
uorem fiſci; licèt *Laratha tom.* 2. *ſui*
Theatri feudalis part. 10. *dilucid.* 46.
caſ. 39. *ſub nu.* 8. dicat,text. in *L. quiſ-*
4 *quis* comprȩhendere benè fæminas, ſed
non filios ipſarum. Verùm videas ad ma-
teriam, quȩ nouiſſimè ſuo leganti metho
do congerit *Seraphin. Maſſin. tract. de*
confiſcatione bonorum quæſt. 4. *à nu.* 65.
vſq; ad finem, vbi latè declarat *tex. in d.*
l.quiſquis, in quibus nā caſibus locū ſibi
vēdicet, & an procedat contrà filias fȩ-
minas, quas dotādas eſſe firmat ſub *n.* 78.
& *ſub n.* 79. quanta dicta dos eſſe debeat,
& Trientem eſſe totius hæreditatis, nul-
la habita conſideratione filiorum; Quic-
quid alij contrarium velint, & malè; &
ſub *nu.* 80. poſſe ipſas, ex bonis maternis
legitimā detrahare *ex Farinac. qu.* 116. *n.*
94., *& idē Maſſin. n.* 81. ipſas, ſucceſſione
paterna excepta, non priuari commodo
aliarum ſucceſſionum, quomodocunque
deferendatum ex opinione, quam ſeruat
Rota Rom. corā Coccino, et poſt Vinianū &
alios. Et an filijs Rebellis debeantur ali-
mēta, *idem Maſſinus vbi ſupra num.* 75.
vbi affirmatiuam exiſtimat veriorem ex
opinione R. Romanæ; Quòd *text in d.*
L. quiſquis non obtineat in conditionali-
5 bus, & ſuſpenſiuis iuribus, & quòd pȩna
illa non intret, ſi ſucceſſor crimen com-
mittat antè fideicomiſſi, vel maioratus,
declarationem, vide *Capyc. Galeot. in*
6 *addit. ad Camill. de Medic. conſ.* 168. *ex*
nu. 32. *cum ſeqq.*, quòd confiſcatio bo-
norum non comprȩhendat bona alibì
7 ſita, diſcutit *Molfeſ. ad conſuetud Neap.*
p. 4. *de ſucceſ. ab inteſt. quæſt.* 47. *n.* 14.
& in crimine lȩſæ Maieſtatis loquitur *De*
Ponte. deciſ. 23. *per tot.*, licèt in hoc ad
8 ſit conteoſio inter DD. án confiſcatio-
nes bonorum alibi ſitorum, ſpectent ad
Baronem, vel Principem inferiorem lo-
ci, vbi bona ſunt ſita, de qua re vide D.
Vermigliolum conſ. 50. *ex nu.* 4., *& per*
tot. & oportet videre, án cōfiſcatio fiat
9 iure ſpeciali, vel iure cōmuni, vt ſecundo
caſù quilibet fiſcus capiat bona in ſuo
Territorio ſita, quandò etiam Iuriſdictio-
nes ſunt ſeparatæ, ſicúti relata doctrina
Bart. deducit *Boſ. tractat de publicat.*
bonorum ex nu. 62 *Peregrin. de Iur. fiſc.*
lib. 5. *tit. primo ex num.* 134. *Afflict. in*
cap. 1. *§. Deniq; nu.* 35. *tit. quæ fuit pri-*
ma cauſa, idem Afflict. deciſ. 282. *nu.* 16.
Menoch. conſ. 147. *nu.* 54.

Sed in materia diſtinguenter videas 10
Boer. deciſ 263. *ex nu.* 1., *& deciſ.* 264.
nu. 3. *Guid. Pap. deciſ.* 76., *&* 341. *An-*
nam in repetitione *cap p. de Vaſſallo de-*
crepita ætatis ex nu. 203. *cum ſeqq. Faber.*
in C. lib 9. *tit.* 27. *defenſ. prima de bonis*
damnatorum, Bellamer. conſ. 15. *Roſental.*
de feud. cap 11. *concluſ. prima.* Clarum
in §. feudum quæſt. 72., & lariſſimè facit
egregia *Rota deciſio* 449. *ex nu.* 9. *ad* 38.
parte 5. *tom.* 2. *recent.*, vbi exploſa opi-
nione nonnullorum, tandèm concludit, 11
quod ſequuta cōfiſcatione, bona ſub alio
Territorio exiſtentia, infeudata tamen
Baroni, vel alteri Principi inferiori, ſpe-
ctent ad Principem directum dominan-
tem, ſeú ad illius fiſcum.

Rurſús obſerua, quod ſi bona confiſ- 12
cata duobus Fiſcis applicentur, & diui-
dantur per Regiones, & loca vnius cu-
iuſquæ fiſci, licèt quilibet fiſcus de bonis
confiſcatis in ſuo Territorio, teneatur ſa-
tisfacere creditoribus debitoris condem-
nati, id tamèn ſit intelligendum, vt qui- 13
libet teneatur ſatisfacere creditoribus ſui
Territorij, non autem alijs ſub altero
Territorio exiſtentibus, iuxta ſententiam
Cyni, Baldi, & Angeli in L. ex facto ff.
de hæred. inſtituend., quorum opinionem
reprobant *Imola, & Ancharan.* tenet
Addit. ad Angel. de malefic. verb., &
eius bona publicamus nu 9. *Clar. in prax.*
Ciuil. quæſt. 78. *verſ. ſed quero.* Farinac.
tom. 1. *in prax. quæſt.* 25. *n.* 173. Salgad.
in tract. Laberynth. Credit. parte 2. *cap.*
12. *num.* 14. *&* 15.

In caſibus verò, in quibus fiſcus te- 14
neretur ſatisfacere Creditoribus ęs alie-
num, non poſſet adſtringi ad vſuras de-
bitas ex mora, ſed tantùm ad illas, quæ
debentur ex contractu *L. cum quidam §.*
Fiſcus ff. de Vſur. Conſtantius *ad tres li*
bros C. de vſur. Fiſcalibus L. 2. *num.* 21.
& in L. prima C. de pænis Fiſcalibus nu-
16.

16. *Fab. de Anna conf. 93. ex nu. 4. vol.*
2. Staiban. Iun. resol. Forens. cap. 69. ex
15 *nu. 16. cum seqq. lib.* 1. Fiscus enim ca-
piens bona delinquentis, habetur loco
hæredis, qui tenetur ad omnia, ad quæ
ex contractu tenebatur Author, Farinac.
16 *de delict., & pœnis quæst. 25. num. 169.,*
& seqq. ex ratione quia, quãdò obligatio
per contractum est in esse deducta ante
condemnationem inquisiti, non potest
ampliùs á fisco impugnari *Alban conf.*
19. nu. 5. Staiban. Iun. vbi supra ex nu.
17 20., & in puncto distinguendo inter
vsuras debitas ex mora, & ex contractu
Peregrin. de Iur. fisc. lib. 6. tit. 7. ex nu.
18 4., sicùti nec etiam fiscus posset impu-
gnare contractus, vel donationes factas
19 antè delictum, nec etiam factas post de-
lictum, sed ante condemnationem, in
puncto *D. Vermigliol. conf.* 8 *ex nu.* 1 *per*
Text. in L. post contractum 25. ff. de do-
nat., & respondet ad contraria ponde-
rata per *Farinacc. quæst. 164. ex nu. 46.*
20 *cum seqq* circá fraudem, ob quam in fisci
præiudicium tales cõtractus fieri solent.
21 Cæterùm, quod pœna *L. Quisquis C.*
ad L. Iul. Maiest. obtineat in offendente
Episcopum, vel Cardinalem *Farinacc.*
quæst. 116. nu. 119., discurit elegantèr
Lodouic. Bolognin. conf. 75. per tot., vbi
multa de præstantia Episcopatus, & Car-
22 dinalatus, & licèt olìm ob crimen læsæ
Maiestatis indistinctè inquisiti extrahi
consueuerint ab Ecclesijs ex latè tradi-
tis per *Giga. de crimen læsæ Maiest. lib. 3.*
quæst. 3. per tot. Farinacc. in prax quæst.
23 *28. nu. 72.* id tamen hodiè per Bullam
Gregorij super Immunitate Ecclesiasti-
ca, est restrictum tantùm ad crimen læsæ
Maiestatis commissum in personam ipsi-
usmet Principis, vt multis relatis, probat
Alexand. Sperel. decis. for. Ecclesia. 102.
num. 48. tom. 2.
24 Idem tamen esset, si quis offenderet
Principis officialem in odium ipsiusmet
Supremi Principis, secùs verò si offensio
25 esset ex odio priuato, vel alia causa, quià
tunc non incurritur crimen læsæ Maie-
statis *Aym. conf. 6. n. 79 Roland. conf. 1. n.*
32. lib 3. Farinac. quæst. 17. nu. 40.
26 Pariterq; quod per resistentiam fa-

ctam Officialibus Principis, non incurra-
tur crimen læsæ Maiestatis, nisi resisten-
tia fiat in concernentibus Statum Rei-
publicæ, firmat *Bartol. in tit qui sint Re-*
belles, & latè Gabriel. conf 179. nu. 3. &
4. vol. 1. Gratian. discept. forens. cap. 54. 27
ex nu. 1. cum seqq. vbi latè de tumultibus
excitatis facto alicuius ob priuatam cau-
sam, non autem in odium Principis, vel
prò turbando eius Statu, vt non possint
puniri pœna criminis læsæ Maiestatis
Surd. conf. 10. num 28. ad med. lib. 1.
Ruin. conf. 145. num. 20., & 21. lib. 5.
Peregrin. de Iur. Fisci tit. 8. lib. 3. ex nu. 28
primo cum seqq, Qua etiam ratione, nec
diceretur Rebellionẽ incurrere, qui vo-
catus ab Imperatore, renuit obedire, vel
comparere, quando vocatio concerne-
ret interesse priuatum *Peregrin vbi pro-*
ximè nu: 8. Natta conf. 596. nu. 6. vers.
ex his deducitur, Bald. conf. 271. num. 1.
vers. in contrarium deducitur lib. 2.
Esset verò his casibus punienda te- 29
meritas subditorum inobedientium,
quos non fallat *Antistij Labeonis* exem- 30
plum, iste enim quàmuis vir doctissimus
fuerit, latinarumque vocum origines, ra-
tionesque percallens, & singularis ad
enodandos difficilium legum laqueos, vt
post Aulum Gellium, Rutilium, & alios,
nouissimè meminit *Annecchin. de Præ-*
nentione cap. 1. quæst 2. nu. 72., & cap.
2. quæst. 3. nu. 17. & seqq. tamen á Por-
tio Plebis Tribuno vocatus, noluit obe-
dire, & inobedientia impunè processit.
Quæ in re multa diei possent, & 31
præcipuè quod non fuit in Antistiũ ani-
maduersum, cum quandoq; fuerit prò
insano habitus, deducitur ex Horatij
Flacci Carminibus, licèt eum ab insania
vindicet Rutilius in eius vita, asserens, 32
Flaccum notasse insania Labeonem in
gratiam Octauij Cæsaris, cui erat sum-
moperè infensus; Alij asserunt hoc pro-
cessisse, quia Antistius Labeo erat Vir
Patritius, quasi his casibus sit Nobilibus
ignoscendum, præsertim cùm in Iudici- 33
um vocantur á Iudicibus pedaneis, qui
regularitèr in Nobiles iurisdictionem
aliquibus in locis non exercent, vt olim
Plebis Tribunum Romæ fuisse, hystorijs

est traditum apud *Gellium lib. 3. cap. 27.*
Sed hoc mihi non probatur, quia Bernardi Rutilij in vitis Iuris Consultorum adnotaui diligentiam, asserentis Antistios, Romæ, non fuisse Patritios, sed in-
34 ter plebeos connumeratos, quod etiam notat *Pamuin. de Antiqu. Romanor. nominibus fol. mihi 45.*, licèt post. tempore August. Cæsaris, Antistiæ Familiæ, Consulares, & præclari viri matrimonia cõtraxerint cum Pompeo Magno, quem duxisse Antistiam in primis nuptijs, Author est *Rutilius vbi supra fol. mihi 143. sub num. 29.*
35 Vtcumq; tamen sit, habent sua sydera etiam delicta, itaut non mirum, quod quandoque facta punibilia impunita remaneant, nec dubites, quia mirabiliter
36 *Bald. in rubr. decretalium num. 4* ait, in infligendis pęnis, stellatum cursum inspici debere; puto tam.ẽn nimio periculo se subiecisse Labeonem, cum Imperatori, aut maledixit, aut nimia cum liberta-
37 te alloquutus est, qua forsitan ratione, notatus legitur, & insania, & vecordia, cum Text. noster, & insaniæ, & linguæ lubrico ignoscat, & latè probat *Vegetius lib. 2. de re milit. in prologo*, quo loci scribit, plenum sacrilegij videri, & peri-
38 culi, Imperatoris non obedire mandatis, eodemq; Iure existimandos, & periculò se subijcere omnes, qui Supremorum Magistratuum contemnunt authoritatẽ, prætextibusque innixi, vocationi non parent, memorentq; Cosrois Persarum Regis exemplum, qui, vt Autor est Petrus Herodius *lib. 3. rerum iudicatarum tit. de in ius vocando cap. 1.* iussit quendam
39 Maboden, interfici, quod vocatus non iuisset; idemq; seruasse Seruum Tullum ex primis Romanorum Regibus, qui
40 Martios aqua, & igne interdixit, eò quod citati non responderunt; præualeat tamen Alexandri Macedonis genero-
41 sitas, qui Mandani Gimnosophistæ pepercit, cum ab illo tanquàm à Iouis filio vocatus, ire recusauerit, quod maximum facinus poterat existimari, dum Alexandro, Iouis filiatio fortè contendebatur, vt elegantèr Herodius *vbi supra lib. 7. tit. 2. Si quis Principi attentauerit.*

Quæ omnia velim intelligas, tunc 42
pænæ obnoxium esse, qui vocatus non obtemperauerit, quando nulla priuilegij causa roboratur, secùs si aliquibus gauderet priuilegijs, vel circà forum, vel circà alia, vt deducitur per *Castrens. cons. 432. vers. si verò lib. 1. Tusch. in suis Conclusionibus litt. C. conclus. 244. n. 12. & 1027. nu. 3.*, & de materia latè discurrũt *Merlin. Pignatell. lib. 1. cõtrouers. 81 signan. n. 13.*, vbi de Cõtumace, qui 43
post contumaciam contractam comparuit, an declinet forum *Nouar. de Elect. for. part. 2. quæst. 27. nu. 7. Caracciolus Doctor Siculus in nouissimo tractat. de fori priuilegiatorum remissione quæst. 45. per tot. signanter ex nu. 3.*

ARGVMENTVM.

Explicatur doctrina Bartoli in L. vtrum ff. de Patricidijs in quæstione, an ob non reuelationem conuiciorum, & machinationum contrà Principem, incurratur crimen læsę Maiestatis.

SVMMARIVM.

In crimine læsæ Maiestatis nõ punitur affectus, nisi sequuto effectu, secundùm veriorem opinionem contra Bartol. nu. 1. & 5.

Anima Bart. cruciatur in Inferno ob opinionem, quòd in crimine læsæ Maiestatis ad pœnam capitalem, sufficiat sola voluntas. num. 2.

Iudices sectantes opinionem Bartoli circa præfatam propositionem, occidunt animas suas num. 3.

Opinio Bartoli, quatenus esset vera, esset intelligẽda de pœna extraordinaria n. 4.

Qualitas personæ, & alia circumstantiæ, debent attendi, vt dignoscatur, àn in crimine læsæ Maiestatis debeat puniri affectus nu. 6.

Qui præstiterunt seruitia Reip., si incidant in crimen læsæ Maiestatis, quomodò liberari debeant, exemplo Sacra Scriptura deducitur nu. 7. 8. & 9.

Apud Gothos, Apes Regem significant, quià cum

cum Iustitia aculeo, debet clementia mel esse commixtum nu. 10.

Consilium ad puniendum non debet esse celere, sed maturum nu. 11.

Maledicentia in Principem non est punibilis, si ex leuitate, & ex lubrico lingua processerit, quod exemplis Dionisij Syracusani, & aliorũ, deducitur n. 13. & 14.

Incidens in primum caput lasa Maiest. si sit condemnatus ad perpetuum carcerẽ, remanet inhabilis ad succedendum, & de ratione nu. 15: *amplia etiam si delinquens fuisset absolutus nu.* 16.

Declaratoria, quandò requiratur in hoc crimine num. 17.

Quandò imponitur pœna mortis, inspicitur pœna, & non causa, quandò verò imponitur relegatio, inspicitur pœna, & causa num. 18.

Perpetui carceris pœna, est peior morte num. 19.

§. QVARTVS.



ET ex prędictis nunquàm mihi probata fuit opinio *Bartoli in L. vtrum ff. de Parricidijs*, asserentis ob nõ reuelationem conuitiorum, vel ma-
1 chinationum contrà Principem, posse procedi ad pænam ordinariam, quasi puniri debeat in crimine læsæ Maiestatis affectus, non etiàm sequuto effectu, proùt, sequendo Bart., tenẽt innumeri congesti nouissimè *per Regentem Capyclatr. consult. 6. ex num.* 105. *cum seqq. lib.* 1. non enim hæc opinio est vera, & illam confutat *Roland. à Vall. cons.* 88. *per tot.* signantèr *ex nu.* 20. *vol.* 2., subdens ex aliorum opinione, propter hoc animam
2 Bart. cruciari in Inferno, *& relato Marsilio in suo singul.* 164. *num.* 2. *&* 3. hoc idem asserit *Franc. Censal. in obser. ad Peregrin. de fideicomiss. fol. mihi* 320. *col.*
3 2. *vers. Marsil. in prima impress.*, & quòd Iudices illam sequentes, occidant animas suas, dixit *Salycet. in L. prima C. de raptu Virgin.*, & pro hac sententia aliàs fuisse iudicatum refert *Afflict. in cap.* 1. *§. præterea ex num.* 3. 6. *& seqq. tit. qua sit prima causa Beneficij amittendi, Gigas de crimine læsæ Maiestatis quæst.* 2. *nu.* 5. *Osasch. decis.* 80. *nu.* 5. *Farinacc. in prax. quæst.* 51. *nu.* 70., *&* 73., & latissimè hanc partem defendit *modern. scriptor Ioannes Maria Campana in quæst. vnica tit. de pœnis non reuelantis crim. læsæ Maiest. impress. post resolution. ad materiam foriudicationis ex nu.* 10. *cum pluribus seqq. vsq; ad finem*, vbi elegantèr etiàm demonstrat, quòd quatenùs Bartoli opinio esset vera, foret tamèn intelligenda quòad pęnam extraordinariam, non autèm quoad pęnam ordina- 4
riam, ad quam requiritur actus consumatus, *Gram. decis.* 2. *ex num.* 14. *cum pluribus seqq.* Nec quis tenetur prodere seipsum, reuelando, quod probare non potest, ad *Text. in l. nostris in fi. C. de calumniantibus*, *Capyc. decis.* 155. *ex nu.* 10. *Decian. tract. criminal. lib.* 7. *c.* 34. *ex nu.* 16. *Foller. in prax. criminal* 2. *par* 2. *partis rubrica Item quòd commisit crimen læsæ Maiestatis nu.* 10. 17. *&* 18. *Petrus Henriquez consil.* 43. *ex num.* 6. *vers.*, *& primo*, *Peguer. decis.* 7. *nu.* 13. *cum alijs per Campan. vbi supra*, quibus adde *D. Vermigliol. consil. criminal.* 4., *ex nu.* 10. *cum pluribus seqq. & consil.* 6. *nu.* 9. *& seqq.*, vbi quòd hoc crimen non 5
faciat comminatio, sed opera, cùm delictorum in solius intellectus terminis restrictorum genera, impunita aliquandò relicta sint non sine felici successu, *& post Sueton. Senec.*, *& alios relatos, Decian. tract. criminal. dicto lib.* 7. *cap.* 35. *ex num.* 14.

Quæ maximoperè obseruari debent, inspectis personarum qualitatibus, *D. Vermigliol. consil.* 4. *num.* 20., vbi quòd debeat inspici etiàm, àn potuerit facere, 6
àn sanæ mentis fuerit, àn lubricum linguæ, *& cons.* 6. *ex nu.* 8. *cum seqq.*, & ampliùs non derogatur Iustitiæ, si pæna legalis remittitur delinquenti, qui forsi- 7
tàn alia seruitia Principi præstitit *L.* 1. *§. hoc quoq; ff. ad Syllanian. Riminald. in L. si vnus §. pactus ne peteret ff. de pact.*, vbi ponderat, quòd Ionatas filius Regis Saul, qui contra ipsius ędictum ante vesperam comederat, fuit liberatus, quia ipsa

8 ipsa die Philisteos vicerat, ût *in primo Regum cap.* 14., & habetur *in cap. final. quæst.* 2. *cum alijs congest. per Tyraquell. de pœnis temperandis causa* 49. *ex nu.* 10., *& causa* 51 *n.* 150., & solum, & vnicum Mardochei seruitium Regi Idolatrę pręstitum, Populum Israëliticum ab inter-
9 nicione liberare sufficiens fuit, *Ester cap.* 6. *&* 7. Ideoquè dicebat *Amianus Marcellin. L.* 19., quòd quærendæ sint ignoscendi causę, non puniendi occasiones, quod Iudicis consideratì, est proprium, ex quo lenitas cum seueritate, est commiscenda, vt *Diuus Gregorius rectè ponderat lib.* 2. *in Iob. c.* 8., & elegantèr etiam discutit *Egidius Romanus de Regimine Principum lib.* 3. *part.* 2. *cap.* 29. *Olaus Magnus lib.* 1. *de Gentibus septentrionalibus, cap. vlt.*, vbi quòd apud ve-
10 tustissimos Gotos Apis, Regem significabat, quià Moderatorem Populorum oportet cum Institiæ aculeo, clementiæ mel habere commixtum *Simanco lib.* 5. *de Republica cap.* 17. *Plutarch. in quæstionibus Centuriatis Romanis pag. mihi* 628. vbi quòd virgæ erant alligatæ securibus,
11 vt Magistratus sensim, dum virgæ soluentur, consilium ad acritèr puniendum maturare potuissent, & ex nostris ad materiam latè cumulat *Castill. decis. Sycilia* 138. *nu* 17. *tom.* 2. *Valenzuol. dicto cons.* 164. *ex nu.* 69. *vsq; ad fin. lib.* 2.

Ad tē igitur nostram regrediendo, poterit, cùm casus occurrerit, cum distinctione controuersia dirimi, vt nempè si
12 ex lenitate fuerit Principi maledictum, ignoscatur, secùs si ex proposito, vt deducitur ex exemplis relatis à *Plutarco in*
13 *Græcorũ Apotegmatibus*, vbi dicit, *Dionisium Stracusanũ Tyramnum vni pepercisse, quià in ebrietate os suum maledicentia impleuerat, alteri verò mortem intulisse, quià idem præstiterat, cùm parum bibisset*, & Memnon Darij exercitus Dux
14 morte mulctanit militem, quià Alexandrum conuiciabatur, asserens, *illi nomen militis indictum, quò præliaretur, non quò malediceret*, & Spactianus idem refert de Antonino Caracalla, poteruntq; hinc indè alia videri apud *Marquez, Bonadill., Cornelium Tacit., Iustum Lypsium Bellarmin. de officio Princip, &c.* qui cùm sint notissimi Auctores, politicam moralem optimè etiàm docent.

Non est tamen omittendum, quòd si quis propriè incideret in crimen perdu-
ellionis, vel in primo capite læsæ Maie- 15
statis, & non esset ad mortem condemnatus, sed tantùm per sententiam ad perpetuum carcerem, adhùc remaneret inhabilis ad succedendum, quià in his delictis attenditur factum, & non sententia *de Ponte decis.* 122. *nu.* 7. *& decis. Sacri Consilij* 24. *num.* 27., *& cons.* 73. *nu.* 23., *&* 24. *vol. primo* post alios *Farinac. quæst.* 116. §. 2. *ex num.* 54., & consonat *Text. in l. palàm* §. *quæ in adulterio ff. de ritu nuptiarum*, quem ad propositum ponderat *Capyc. latr. consult.* 6. *ex n.* 143. *cũ seqq.*, & signanter *n.* 145. & 161. *cum seqq.*, vbi idem dicit, etiam si
delinquens fuisset absolutus, quià in his, 16
In quibus lex, ipso iure pænam imponit, alia non requiritur declaratoria latè *Fa-*
rinacius quæst. 116. *à nu.* 14. *Vermigliol.* 17
cons. 7. *per totum* vbi reassumendò dicta & DD. per Farinac. adductos, dicit hæc omnia procedere in delicto primi Capitis, secùs in secundò; quicquid aliud esset, si crimen non fuisset notorium *Decian. tract. Criminal. lib.* 7. *quæst.* 40. *nu.* 20. *Farinac. dicta quæst.* 116. §. 2. *num.* 54. quo casù declaratoria esset necessaria, & prosequitur idem *Capic. latr. vbi supra, qui sub num.* 175. statuit ex Bald. regulam, quòd quandò imponitur
pæna mortis, inspiciatur pæna, & non 18
causa, quandò verò minor pæna, vt potè relegatio &c., & tunc vtrunq; inspicitur, Carceris autèm perpetui pæna, est peior morte, Idem *Capyc. latr. eadem Consult.*
6. *ex num.* 187. noui- 19
ssimè *Scannarol. de visit. carcerator.* §. 2. *cap.* 1. 2. *& seqq.*

***

AR-

ARGVMENTVM.

Explicantur sigillatim verba Textus nostræ Legis vnicæ, & elucidatur detractionum materia, ac de pęnis eiusdem.

SVMMARIVM.

Ebrius maledicens in Principem, non punitur, nu. 1., *&* *quarè nu.* 2.
Adducuntur quædam responsa, per ebrios data, quæ aliquandò Principum iras mitigarunt n. 3 *&* 4.
Ebrietatis tres species apponuntur, nempè leuissima, leuis, & magna nu. 5.
Ebrietas leuissima an minuat pœnam eorũ nu. 5., *& quid de leui num.* 6. *& quid de magna nu.* 8. *&* 9.
Delictorum 3. *genera explicantur nu.* 7.
Ebrietas, quandò possit esse causa priuationis beneficij in Clerico nu. 10.
Vinum qualiter sit bibendum, & quot vicibus bibere sit permissum nu. 11., *&* 12., *& quandò Ebrius peccet mortaliter num.* 14.
Ebrietatis vitium turpius est in Clericis, & militibus nu. 15.
Magistratibus apud Athenienses vinum bibere non licebat & quarè nu. 16.
Vinum nouum mentis alienationem citiùs inducit nu. 17.
Vini noui potatio incipit Calendis Nouembris, de quo tempore vinum vetus deseri solet nu. 18.
Tutor an teneatur actione tutelæ, dando vinum vetus familiæ de tempore, quo dare potest vinum nouum, nu. 19.
Vinum apud Romanos Mulieribus interdicebatur nu. 20.
Venus sine Baccho frigescit, nu. 21.
Mulieres bibentes plus solito, si delinquant, est illis ignoscendum, nu. 22., *& quandò secùs, nu.* 23.
Ebrietatis effectus adducuntur, nu. 24.
Exempla Loth, & Noe recensentur, qui ex ebrietate aliqua obscena commisere runt nu. 25. *&* 26.
Clerici vitare debent ebrietatem, quæ omnium peccatorum est radix. nu. 27.
Propertij carmina super hac materia n. 28.
Ebrij maledicentia in Principes est probanda per Testes omni exceptione maiores num. 29.
Testis qui tempore examinis erat ebrius, fidem non facit, nu. 30.
Ebrius quandò quis præsumatur nu. 31.
Ebrius maledicens in Principem, licèt non in dolo, est tamèn in culpa, & quomodò nu. 32., *quo casũ pœna erit extraordinaria, nu.* 33. *declara, vt nu.* 34.
Maledicens Principi ex leuitate, punitur arbitrio nu. 35.
Linguam suam custodiens, animam suam ab angustijs custodit nu. 36.
Linguam non custodire, multa mala gignit nu. 37.
Amicos multiplicat verbum dulce, ac inimicos mitigat nu. 38.
Multa Sanctorũ monita recensentur n. 39.
Fausti carmina num. 40.
Pauca loqui, & plura audire debemus num. 41.
Equo effreni potiùs est fidendum, quàm verbo incomposito nu. 42.
Garruli, & linguæ lubrici, quibus assimilentur nu 43. *&* 44.
Insanus maledicens Principi, non punitur nu. 45., *licèt Imola dixerit intrare pœnas Iudicis arbitrio nu.* 46.
Insanus comparatur furioso nu. 47
Correctio apud Prudentes plùs proficit, quàm verbera apud Stultum, nu. 48.
Insipienti non est danda libertas loquendi, num. 49. *Ciceronis dictum refertur, num* 50.
Senes bis pueri dicuntur nu. 51.
Iniurians Principẽ, illius arbitrio punitur, quod arbitriũ extendi potest etiàm vsq; ad mortem, consideratis facti circũstãtijs nu. 52. 53., *&* 54. *declara ut nu.* 58.
Delicti qualitas crescit, attenta qualitate personæ offensæ nu. 55.
Princeps, & facto, & verbis, maximè est venerandus, nu. 56. *amplia vt nu.* 59.
Iniuriam proferens erga Deum, B. Virginem, & Sanctos, acritèr punitur, n 57.
Princeps bonis præmia, & malis supplicia impartiri debet, nu. 60. *& in priuatis hominibus etiàm obseruatur, nu.* 61.
Nomen bonum melius est, quàm vnguenta

pretiosa, nu. 62. ad quod plures sententia SS. Patrum referuntur, ibid.
Crudelis est, qui suam famam negligit nu. 63., vbi de honoris, & famæ encomijs.
Honor, & vita æquiparantur nu. 64.
Sacerdoti Missam celebranti licet interficere suum Aggressorem, & postea ad sacrum perficiendum reuerti, absq; peccati, & irregularitatis labe. n. 65. amplia vt nu. 66. declara, vt nu. 67.
Nobilitas Generis non ammittitur per ingressum in religionem nu. 68.
Religiosus suam famam tuendo, patientiæ præceptum non lædit, nu. 69.
Principes supplicio petulantes cohibere debent, nè eorum leges desuescant, n. 70.
Leges non condere melius est, quàm conditas sinere in desuetudinem abire nu. 71. & 72.
Pæna atrocior esse debet in facientibus conuenticulas, ad effectum Calumniandi Principem nu. 73.
Conuenticula quæ sint licita nu. 74.
Congregatio Sancti Iuonis Aduocati Pauperum, fuit erecta Neapoli ad formam, quæ reperitur erecta in Alma vrbe, vbi præsidet Eminentiss. Sacchettus nu. 75.
Æmulatio in operibus pietatis, quomodò dignoscatur nu. 76.
Conuenticula præsumuntur fieri ad malum finem nu. 77.
Collegia quandò constitui possint absque licentia Superiorum nu. 78.

§. QVINTVS.



SED nè ex tàm pio nostræ legis responso audaciam potiùs desumant petulantes, plures sigillatim ex eiusdem legis verbis erunt obseruandi casus.
1 Primus est, quandò quis temulentia, & ebrietate impulsus, Principi maledixerit, & hoc casû nullam pænam infligi, deducitur ex *Text. in cap. à Crapula de vit. & honest. Cleric.*, quià per
2 ebrietatem vitiatur aliquo pacto intellectualis ratio, vt obseruat *Plutarch.* in Pittho Epirotarum Rege, qui cùm aliquandò duos sui detractores audiuisset, ad eius adducti conspectum, & interrogati, 3
vnus respondit, *plus dixisse, si plus bibissent*, secundus verò, vt ait *Quintilian. lib. 7. Institution. oratoriæ cap. 4.* magis lepidè respondit, *ni vinum nos fefelisset, te* 4
mortuum dixerimus, ira Regis ex hoc in risum conuersa, à supplitio immunes ipsos dimisit, aliumq; consimilem casum, & exemplum Pisistrati refert *Tyraquel. de pænis legum temperandis caus. 6. nu. 7. Marcus Mantua lib. 12. Encheridij rerum singularium cap. 179. per tot.*
Verum hic sunt obseruandæ plures 5
ebrietatis species, leuissima, leuis, & magna; Prima est, quę mentem non impedit, sed tantùm hominem exhilarat, eumq; promptiorem reddit, & de hac agit *Bald. in L. 1. nu. 40. C. vnde vi.* & ob istam non minuitur pæna *Rip. in L. fin. nu. 29. C. de reuocand. donat. Blanc. in prax criminal. verb. ebrius nu. 23.*
Leuis dicitur, quãdo calor vini mentem turbat, & in hac dolus aliquis inest, 6
ùt ait *Bald. in L. data opera num. 6. C. qui accusar. non poss., & in l. respiciendum §. delinquũt ff. de pæn. vbi* I.C. ex eodem *Baldo* triplex delictigenus explicat, 7
nempè ex proposito, ex impetu, & ex casù, & in hac ebrietate idem *Bald.* tenuit, pænam læniri, cùm perfectè non attigerit mentis exilium, licèt aliqua extiterit causa exhilarationis animi.
Magna denique ebrietas est, quæ furori assimilatur, & omninò mentis alie- 8
nationem inducit, & hæc delictũ prorsùs diluit, sicuti etiàm dicitur de magna ira, ùt benè demonstrat *Laderch. de* 9
Imola cons. 207. per tot., quòd si huic magnæ ebrietati insit culpa, tunc intrare pænam delicti, tenet *Decius*, *Abbas*, & alij per eundem *Laderchium* adducti, quibus additur *Plaza in epitome delictorum lib. 1. cap. 30. num. 3.* vbi latè de speciebus ebrietatis disserit, & latiùs *Marianus Soccin. in cap. si constiterit de Accusationibus ex num. 16. cum pluribus seqq.* vbi quandò ebrietas possit esse 10
causa priuationis beneficij in Clerico,
& num. 19. vbi qualitér Vinum sit bi- 11
bendum ad interpetrationem *Text. in d. cap. à Crapula* subdens, esse bibendum, aqua

aqua mixtum, niſi ſit Vinum leue, vt ſunt
12 vina Ferrariæ; Quod non ſit permiſſum
in prandio vltra tres vices bibere, eſt
Text. in cap. quandò il 2. 44. diſtinctione,
quòd ebrietas accepta prò immodera-
to vsù vini potati, data opera, ſit etiám
peccatum mortale, & quandò hoc pro-
4 cedat, vide *Gloſſ. in cap. 3 § aliàs 25. di-*
ſtintione, Sperell. deciſ. for. Eccleſiaſt. 113.
num. 37. par. 2., & ſecundùm has cir-
cumſtantias eſſe diudicanda ebriorum
delicta, proſequitur idē *Marianus Socin.*
15 vbi proximè loquens in terminis Clerici
ebrij, vel militis, in quibus hoc magis vi-
tio tribuitur; Quinimò, & olim apud
Athenienſes, etiám Magiſtratibus vi-
16 num bibere non licebat, ùt turpitudine,
& ſordibus vacarent, refert *Diodorus Si-*
culus lib. 2. cap. 3. Alexander ab Alexan-
dro lib. 3. cap 9. Surgens de Neapoli Illu-
17 *ſtrata cap. 17. num. 9.*, præcipuè ſi bi-
berent vinum nouum, quod citiùs men-
tis alienationem inducere ſolet, licèt
non dicatur nouum abſolutè, ſi incipia-
18 tur bibi prima Nouembris, de quo tem-
pore debet deſeri potatio vini veteris,
ùt eſt *Text. egregius*, & ſingularis in *L.*
iubemus 10. C. de Erog militar. annon.
lib. 12., quem refert *Roman. ſing. 376.*
aliàs 380. incipiens ſcires mihi, vbi ità di-
cit reſpodiſſe *Baldum* Duci Mediolani,
qui hoc interrogauit, & refert etiàm *Rip.*
in tract. de remed. ad conſeruandam vber-
tatem remedio 105. num. 143. vbi etiám
19 ex *Bart.*, *& Ioanne de Platea* ſubdit,
quòd Tutor dando familiæ vinum ve-
tus Kalendis Nouembris, cùm poſſit
dare nouum, teneatur actione tutelæ, &
20 licèt quandoq; apud Romanos vini po-
tus mulieribus fuerit interdictus, ùt re-
fert *Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. de*
inſtitutionibus Antiquis ad libidinis in
temperantiam compeſcendā, cúm iuxta
21 *Terentij* ſententiam, Venus abſq; Bac-
cho frigeſcat, & viros, ob hanc cauſam,
vxoribus mortem inferentes, fuiſſe á
ſupplicio immunes, de qua relatiſſimé,
& elegantèr *Tyraquell. in 9. lege connu-*
biali ex num. 152. vſq; ad. 158.; Hodie
tamen regulariter non ſeruatur, quiá ab
Incunabulis mulieres vino aſſueſcunt, &
dúm aliquandò plus ſolito bibunt, ſi in 22
aliquid del querint, eſt illis ignoſcendū,
dummodò tamèn data opera, id non
egerint, úr ſi ſal cum Vino, vel dentem 23
Caballinum, vel quid ſimile, eidem vi-
no miſcuerint, ùt per *Marian. Socin. lo-*
co citato.

Cæterum ebrietatis vitia, incommo-
da, cæteraq; eruditionis argumenta, vi-
deri poterunt apud *diuum Bernardum* 24
lib. de Contemptù mundi, vndè eruditus
lector facultatem defacili aſſequetur ſua-
dendi, quantum obſit temulentia, quàm
Deo diſplicear, & quomodò ſenſus, in-
tellectuſque ideò hebetentur, excitan-
do libidinem, ac ſanguinem corrum-
pendo, & ex noſtris reperit idem *Maria-*
nus Soccin. in cap. dilectus de ſponſalib.
quaſt. 10. inſi; ſufficiatque dicere ex
Diuo Auguſtino contrà Fauſtum, quòd
Loth non fuit culpandus, in quantum 25
ille inceſtus, ſed in quantum illa ebrietas
meruit, & *Diuus Hieronymus in Epiſtola*
ad Ocean., quòd Noe ad vnius horæ
ebrietatem, nudauit fæmora ſua; quæ per 26
ſexcentos annos contexerat, quia in viuo
luxuria eſt, & vbi eſt ebrietas, ibi eſt li-
bido, ùt per eundem D. *Hieronymum in*
epiſtola ad Titum, ideoq; illam eſſe præ-
cipuè vitandam à Clericis, cùm ſit De- 27
monis opus, & omnium peccatorum ra-
dix, *Chriſoſtomus ſuper Mattheo, & Pro-*
pertius Cecinit.

Vino forma perit, Vino corrūpitur ætas. 28
Vino ſepè ſuum neſcit amica virum.

& de hoc latè habes exempla in Sacra
Scriptura, ùt *in Eccleſiaſtico cap. 26.*
& 31.

Quòd autèm quis verba maledica in
ebrietate protulerit contrá Principem, 29
eſt probandū Teſtibus omni exceptio-
ne maioribus, út firmat *Valenzuol d. con-*
ſil. 164. num. 46. & in puncto, quòd
ebrietas auferat fidem teſtibus, ſi tamèn
probetur, quòd de Tempore examinis
erant ebrij, firmat *Crauett. conſ. 169. n.* 30
5. & Maſcard. de probat. concluſ. 579.
num. 6. Rot. deciſ. 45. num. 27. par. 6.
recent., & quòd probato, quòd aliquis
in prandio biberit nouiés, præſumatur
inebriatus. *Laderch. d. conſ. 207. verſ.* 31
con-

considero enim, ideòque sit crimini, his casibus, ignoscendum.

Vndè inferri potest ad materiam, de qua agitur, lubricum linguæ non puniri in specie nostræ Legis in leuissima ebrie-
32 tate, secùs in leui, in qua licèt absit aliquando dolus, non tamen abest culpa, si cognoscens propriam complexionem, quasi ex proposito se inebriauerit, ùt te-
33 net *Menchacha controuers. Illustr. cap. 96. ex num. 31.* sed hoc casu pæna erit extraordinaria *Tyraquell. de pænis legum causa 6. n. 11.* dummodò tamen ebrius in se reuersus, non ratificauerit idem, quod
34 in ebrietate dixerat, ùt tenet *Rip ind. L. vlt. num. 29. vers. 2. intellige C. de reuocand. donat. Bald. in L. 1. num 4. C. vndè vi, Tyraquell. Angel.*, *&* alij vbi supra.

Secundus Casus est in verbis Textus,
35 ibi, *cùm quis ex leuitate Principi Maledixerit*, & hoc casû arbitrio puniatur, ùt in hac lege sancitur, & probat *Crauett. cons. 6. num. 4. & 71. Eugen. cons. 79. n. 36. & 37. lib. 1.* ex quo lubricum linguæ ad pęnam facilè trahendum nō est, nouissimè *Ciazzius discept. Criminal. 65. nu. 3. & per tot.*, vbi de verbis minatorijs ex leuitate, & linguæ lubrico prolatis, intellige ad pænam ordinariam, ùt ibidem tenet *Angel. Gigas de crim. læsæ Maiest. quæst. 40 ex num. 4.*, & habetur *Exodi cap. 18.*
36 Aduerte tamèn, quòd mors, & vita, in manibus linguæ est, & qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab Angustijs animam suam, *Prouerbior. cap. 18. & 21. & sapientiæ 1. Custodite ergò vos*
37 *à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ, quoniàm os mentiens occidit animam, & Beatus dicitur ille, qui non est lapsus verbo ex ore suo, & odibilis, qui procax est ad loquendum, & non coherces linguam suam à malo, & labia sua, nè loquantur dolum*
38 *Ecclesiast. cap. 14. 19. 20. & 22. verbum enim dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, ùt Prouerb. 6.* & multa de lingua dicebat *Dauid Psalm. 55. & 139.*
39 & alibi, & passim Sancti Patres, ùt *Augustin. de natura, & gratia, cibos iniquitatis das lingua tua maligna & in cap. quoties 22. quæst. 5. alliga Sermonem tuum, nè luxuriet, nè lasciuiet, & Ambrosius lib. 1. de Officijs, sapiens priùs quàm loquitur, multa considerat, quid dicat, cui dicat, quo in loco, & tempore, alijsque omissis liceat dicere cum Fausto.*

Nil melius lingua, lingua nil peius eadē, 40
Tristia cum dulci, toxica melle gerit.

Ex quo, ideò Deus nobis os vnum, binasque aures dedit, ùt pauca loqui, plura audire debeamus, nèc lingua de- 41
bet præcurrere animum, nescit enim vox missa reuerti, ùt ait *Laertius lib. 1. cap. 4. & lib. 5 cap. 2.* vbi quod potiùs sit fidendum effreni equo, quàm verbo incomposito, & licèt isti Garruli & lin- 42
guę lubrici morbo curatu admodùm difficili, laborare dicantur, ùt ait *Plutarc. in lib. aduersus Garrulos*, sunt tamèn ha- 43
bendi iuxtà adagiū, vti Architę crepitaculū & Muscarum aues, quorum proindè finis est infortunium pessimum, & eleganter *Alciat. Emblemate 70. & Euripides* illos vocat testudinem volaticam, indè *Haratius Cecinit*.

Sed Tacit⁹ pasci si passet coruus, haberet 44
Plus dapis, & rixæ multò min⁹ inuidiaq;

Tertius Casus Text. ibi, si *ex insania* &c. Principi enim maledicens ex Insania, pę- 45
nam non meretur, nàm quid tales velint aùt nolint, exprimere nesciunt, vel non possunt, ùt sunt verba *Text. in cap. Pastoralis de Clerico ægrotante in 6.* & cōparantur furiosis *L. Diuus ff de officio Præsidis,* 46
Bartol. in L. ex facto col. 6. ff. de vulg. Grāmatic. cons. 16. n 19 et 20. licèt *Imola in c. Raynutius de Testā.* dicat, esse puniendum 47
iudicis arb. sed veriùs est, nullā pænā mereri argumento *Text. in L. infans ff ad L. Cornel. de Sycar.*, *& L. illud §. sanè ff. de iniur.* & cōtra *Imol. Tyraquell. &* alios, tenet in specie *Menoch de Arbitrar. cētur. 4. lib. 2. cas. 325. ex num. 9.* plùs enim proficit correctio apud prudentem, quàm 48
centum verbera apud stultum, *Prouerbior. 13.* licèt his casibus, ùt ait *Diuu. Ambros.* recidenda sit insipienti abloquendi potestas, non autem adijcienda 49
libertas, quiá insipientis libertas ruina vehementior est, nè aliás fiat locus propositioni, quā exarauit *Cicero familiar. Epist.*

50 *Epist.9. Stultorum sunt omnia plena, & rota currus præcordia fatui, & quasi axis versatilis cogitatio illius, Ecclesiastic. cap. 33.*, & istorum eò magis crescit stultitia, dùm quæ abloquuntur, in secreto esse debere considerant, cùm tamen Principum parietes dicantur auriti, & pulchro emblemate illos descripsit *Alciat. emblemate 65.*, esset tamen ignoscen-
51 dum senibus, qui iuxta *Varronis* dictum bis pueri dicuntur, & minus habent mentis, quam Dythiramborum Poeta, & si istis quoque non permittendus digitus.

Quartus casus nostræ legis ibi, *si ob*
52 *iniuria* &c., & tùnc licèt *Text.* dicat, esse hoc crimen remittendum, intelligitur arbitrio Principis, in quem ex proposito verba maledicentiæ diriguntur, & ità hanc partem interpræatur *Lucan. in tract. de fisc. quæst. 2. num. 34. Afflict. decis. 265. num. 62. Crauett. d. cons. 6. num. 71. Diaz. in pract. crim Canon. cap. 60. ex n 2., & 60. Plaza in epitome delictorum lib. 1. cap 4. ex num 1.* & iuxta hunc sensum procedit *Text in cap. 1. de Cleric. Maledicis*, ibi, *ipsum à temeritate sua compescas, ut pæna illius alys terrorem incutiat, nè de cætero contra Ro-*
53 *manã Ecclesiam in talia verba prorumpat.* Hancq; pænam arbitrariã posse extendi vsq; ad mortem, tenent multi congesti per *Marant. in suo specul par. 4. tit. àn iudicium sit ciuile, vel criminale ex num. 59. Boer. decis. 317. num. 3. Giurb. consil. crim 73. num. 5*, hocque iuxta facti cir-
54 cumstantias, & consulto Principe, *Farinacc.* & alij apud *Giurb. d. cons. 73. num.*
55 *18. & 19.*, quià à qualitate personæ offensæ crescit qualitas delicti, ùt in *L. prætor adixit §. vlt. l. sed, & quæstionis, L. Cornelia § lex itàq; ff de iniurys, Boer decis. 168. num. 10.* optimè *Prob. ad Monach. in cap. Clerici de vit. & honest.*
56 *Cleric. num. 5. & 6.* cùm Princeps non solum facto, sed verbis in maxima veneratione esse debeat, ùt probatur in *L. 1. C. de præposit. sacr. cubiculi & in L. fin. C. qui militare possunt, Belluga in speculo Principum tit. de forma, & ordine sedendi, & standi per Principem, ex num. 2. cum seqq.* De his verò, qui per iniuriã verba maledica proferunt in Deũ, Virgi- 57
nẽ Mariã, Sanctos, &c. tractant communiter *DD* in disputationib' de Blasphemia, & quòd seuerior his casibus debeat esse punitio, habita cõparatione de Dño ad seruum, allegata hac nostra *lege vnica*, discutit eleganter *Boer. decis. 301. per tot:* signantèr *ex num. 10.* & ad materiam vide *Nouar. in summ. Bullar. Canonic sub tit. de blasphemi. in Bull Py V. Diu. Thom. 2.2. quæst. 13. art. 1. & 2. Sanchez. in summ. lib. 2. cap. 23. num 23. Reginald. in sua prax. for. pænitent. lib. 11. num. 195. Ricc. collect. 75. & collect. 1366. Thesaur. dec. 241. Viuium dec. 388. Barz. dec. 135. Menoch tract. de arbitrar. cap. 375. 376. & 377. lib. 2. centur. 4. Caball. cas. 296. Franc. Marc. dec. Delphinal. 509. per tot.* præcipuè *n. 4.* vbi probat, quòd maledici appellatione etiã in materia statutaria, vèniat Blasphemator secundùm *Bart. in l. item apud labeonẽ §. ait Prætor ff. de iure iur.*, & videndus nouissimè *Pater Dian. in suo compend. verbo Blasphemia per tot.* & præcipuè sub *n. 8. & 9.* & quòd blasphemus non gaudeat immunitate Ecclesiastica, *Boer. dec. 110. num. 1. & seq. Farinacc. quæst. 28. Baiard. quæst. 30. num. 13. Rebuff. in suo tract. de immunit. Eccles. art. 1. Glos. 1. num. 24. tom. 2.* nouissimè *Sebastian. Guaz. tract. ad defens. Reor. defens. 1. cap. 38. tom. 1. tit. ex defect. iurisdict.*, vbi latè præcipuè à *num. 9.* & quòd iurantes per capillos, aut membra Dei, sint capite plectendi *Franc. Marc. dec. Delphin. 509. num. 6.* post quem fundauit *Ricciull. tract. de personis, quæ in stat. reprobo lib. 1. cap. 4. num. 18. cum seqq.* esse blasphemiam, qui iuraret per membra honesta Christi, licèt *Pater Dian. par. 6. resol. moral. tract. 8. miscellan. resol. 38. contra Ricciull.* teneat, nempè quòd non sit blasphemia, quandò iuratur per membra honesta Christi, secùs si inhonesta.

Non tamen ùt alibi dictum est, plecti 58
debebunt pæna *l. læsa Maiestatis*, licèt ob malum exemplum, & consequentias prauas, extensio pænæ Principi permit-

tatur, ùt Alexandrum Magnum aliquandó seruasse, refert *Iulius Ferrett. tract. de re & disciplina militari tit. de militar. Inst. & de pæn. desertorib. insligend. nu.*
59 128. Idemq; esse statuendum in habentibus à supremo Principe delegatam iurisdictionem, deducitur *ex cap.* si *Abbatem de elect. in 6. & in cap. final. 93. distinctione*, cùm locumtenens eadem fungatur authoritate, ùt latè, & eleganter probat *Alphons. Suarez. in suo speculo tit. de authoritate summi Pontificis Imperatoris, & Regum cap. 54. vers. & locum tenens.*

Tenetur enim, his modis, Princeps
60 suam conseruare dignitaté, Bonis præmia, Malis supplicia impartiendo iuxta *glos. in cap. omnes de maiorit. & obed. cap. facta sunt leges 4. distinctione*, & prosequitur *Anton. de Rosell. in tract. de Potest. Imperat. §. quod si Christus ex num.* 1.
61 Idque non solùm in Principibus, sed etiàm in priuatis hominibus obseruari, deducitur ex *Iuuenali satyra* 8.

Summum crede nephas animam præferre pudori,

Et propter vitam viuendi perdere causas.

& *Plautus in Mustelaria* dicit, *ego si bonam famam mihi seruabo, sat ero diues,*
62 *& Salamon. Ecclesiast. 7. melius est*, inquit, *nomen bonum, quàm vnguenta pratiosa*, & *cap.* 41. ibi, *curam habe de bono nomine*, & *Diuus Ambros. lib. 3. officiorum, aùt hac teneamus, aùt cum dignitate moriamur*, & *Apostolus Epist. 1. ad Corinth. cap 9.* aiebat, *expedit magis mori, quàm ùt gloriam meam quis euacuet*, cùm crudelis appelletur ille, qui suam
63 famam negligit *cap. nolo. 12. qu. 2.* latissimè *Guglielm de benedict. in c. Raynutius verb. mortuo itaq; testatore il 1. nu. 312. cum plurib. seqq. de Testam. Bald. in cap. ex ratione il 2. de appellat.* & honoris, seù æstimationis, & famæ encomia videri poterunt apud *Valenzuol. cons. 92. ex num. 1. cum seqq. lib. 1. & cons. 142. ex num. 36. cum seqq. lib. 2. Paul. Rub. in adnotat. in decis. Rot. Rom. decis. 636. ex n. 129. cum seqq. par. 4. tom. 3. recent.*
64 Et summa quidem ratione, quia existimatio, & vita æquiparantur, adeò quòd voluerint aliqui, quòd sicut licet Sacerdoti cælebranti, relicta Missa, in-
terficere aggressorem suæ vitæ imminen- 65
tem, & postmodùm ad sacrum perficiendum reuerti absq; peccati, & irregularitatis labe *Plaza de delict. cap. 28. ex num. 1. & 6. Abb. in cap. Clerici il 1. de vit. & honest. Cleric. num. 2. Soccin. in cap. ad audientiam num. 40. de homicidio, Nauarr. in cap. nullam 18. quæst. 2. num. 51. Cyriac. controuers. forens. 126. num. 4. & 5. Emin. de Lugo tom. 1. de Iustit. & iur. disput. 10. sect. 7. nu. 161.*,
ità etiàm liceat Clerico, & Religioso 66
occidere calumniatorem & maledicum suæ Religionis, quandò per illam maledicentiam, & calumniam notabilitèr existimatio læderetur, ùt tenet *Pater Amicus è Societate Iesù vir* doctissimus in suo *cursù Theologico lib. 5. disput. 36. sect 7. num. 118. circa med.* quæ tamen doctrina longiori indigeret discussione,
dùm réuera Calumnians non dicitur vi- 67
tæ aggressor, licèt contra Iustitiam committat, & hoc ipsum intellexit *P. Amicus*, dùm loquutus fuit per verba dubitatiua, & in casù quandó alius defendendi modus non suppeteret, & damnum irreparabila famæ pararetur, hoc enim casù ius naturæ quoád defensionẽ honoris idem est in laico, & in Ecclesiastico *Glos. in cap. placuit il 2. 16. quæst. 1. Graff. par. 1. suam decis. lib. 2. tit. de homicid. ad necessitatem cap. 65. ex num. 9.*
maximè cúm per ingressum in Religio- 68
nẽ, Monachi non amittant nobilitatem generis *Decian. cons. 31. num. 9. vol. 5.* latissimè *Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius*, verbo, *& vxorẽ nomine Adelasiam num. 210. cum pluribus seqq. de Testament.*

Neque hoc casù in Monaco, vel Re-
ligioso læditur præceptum de patientia, 69
cùm quis in alios animaduerteret, propriam dignitatem, & authoritatem tuendo. *Diuus Thom. 2. 2. quæst. 72. ex num. 13. Sotus de Iust., & iur. lib. 4.*
art. 3. qui ex hoc etiàm inferunt ad Prin- 70
cipes, qui supplicio petulantes cohibere debent, nè eorum leges desuescant, te-merita[s]que indies augeatur, ùt dedu-

citur

citur argumento *Text. in l. ſi Prætor.*
ff. de iudic. l. final. §. penult. C. de bon.
quæ lib l. non ambigr. ff. de leg. Me-
noch. de Arbitrar. caſ. 68. ex num. 31.,
71 nám melius eſſet, legem non condere,
quám conditas, Principes ſinere in de-
ſuetudinem abire *l. 1. ff. nè vis fiat ei*,
& l. 2. ff. de orig. iur. cùm hoc in ma-
ximum Reipublicæ diſpendium verge-
ret, & ſupremi Principes deſidioſi magis,
72 quam clementis nomen adipiſceren-
tur, cúm ea, quæ dicuntur his caſibus de
clementia, ſint, claue non errante in-
telligenda, nempè, quandò ſolius Prin-
cipis calumniati, verba maledica perſo-
nam percuterent, secús ſi eius dignita-
tem apud Rempublicam, ùt bene, &
elegantér deducitur ab exemplis conge-
ſtis per *Petrum Gregorium ſyntagmatum*
iuris lib. 38. cap. 7. ex num. 6.

Et multò magis ſeueritas atrocior eſ-
ſe debebit, ſi detegatur, ad effectum
73 calumniandi fieri conuenticulas *per*
Text. in l. 3. ff. de Colleg. & corporib.
illicit, l. 2. ff. de varijs. & extraordinar. co-
gnition. Gloſ. in l. Quanta audacia ff. de
Publican. & vectigalib verb factiones,
ideſt conſpirationes in malum *Paris de*
Put. de ſindicatu verb. Iudex pag. 97.
74 *cap. 3. ex num. 1. cum ſeqq.*, quæ autém
conuenticulæ ſint licitæ, quæuè Colle-
gia; vide nouiſſimos ſcriptores *Capyc. latr.*
deciſ. conſ. Neap. 169. per tot. lib. 2.
Franciſc. Mar. Prat. diſcept. forenſ. tom.
2. cap. 30. vbi in ſpecie loquuntur de ere-
75 ctione facta Neapoli Congregationis S.
Iuonis Aduocati Pauperum ad formam,
quæ reperitur erecta in alma Vrbe, vbi
ſumma cum laude Pauperum iura
diſiecta defenduntur ſub protectione
Eminentiſſimi & nunquám ſatis laudati,
omniq; æuo memorandi D. Cardinalis
Iulij Sacchetti; ibi, inquam, fuit diſcepta-
76 tum de æmulatione, quæ intercedere ſo-
let in ſimilibus erectionibus, etiám ſub
ſpecie pietatis, in quibus proindè Prin-
cipis intereſt, nè quid noui moliatur, ſeù
á nouitatum auidis attentetur, niſi Su-
periorum, ad quos ſpectat, accedat ex-
preſſa licentia, cùm regularitér tales
conuenticulæ præſumantur fieri ad ma-
lum finem, ùt tenet *Archidiaconus in* 77
cap. illud. num. 8. 23. diſtinct. Lucas de
Penna in L. Magiſtros col. final. C. de Pro-
feſſoribus, & Medicis. lib. 10. Ma-
rant. de ordine Iudiciorum par. 6. tit. &
præuenitur aliquandò per viam inquiſitio-
nis ex nu. 130. Quicquid in contrarium
nempè cauſa pietatis abſq; alia licentia,
collegia conſtitui poſſe aſſerat *Franc.* 78
Maria Prat. d. cap. 30. num. 35. & ſeqq.
lib. 2. cuius dicta confunduntur *ex deciſ.*
Capyc. latr. ſupra laudata.

ARGVMENTVM.

Quod ſpectet ad exequutionem Iuſtitiæ detractores punire, ac de pænis contra maledicentes Miniſtris Principum, ac de tuenda, & augenda eorum exiſtimatione.

SVMMARIVM.

PRincipes ex Iuſtitia debent detractores, ac legum transgreſſores punire propter quod valdè laudatur Traianus Imperator num. 1., & 2.

Detrahentium verba ſunt per ſuperiores compeſcenda, num. 3. ſtulti ſunt incorregibiles num. 4.

Detractorũ pæna extẽditur etiàm ad illos, qui verbis offendunt Collaterales, vel Miniſtros Principis num. 5. quæ debet minui vel augeri, habito reſpectu ad qualitatem officij, vel miniſterij nu. 40.

Vbi ſuperbia, ibi contumelia, & vbi humilitas, ibi ſapientia num. 6.

Senatores, & Togati contrà Magiſtratus loqui non debent, num. 7.

Miniſter Principis, ſimulacrum eſt diuinæ Iuſtitiæ num. 8.

Senatoribus, ac miniſtris Principum, qui honores tribuantur num. 9.

Magiſtratus quibus priuilegijs, ac immunitatibus fruantur, n. 10. & nu. 17. & quandò ipſis continuatio officij permittatur nu. 11.

Magiſtratus Deũ ipſum repræſentãt n. 12.

Iudices offendere, crimen eſt læſæ Maieſt. num. 13.

Mini-

Ministri Principis sunt honorandi, & ad eos salutandos Ciues cogi possunt n. 14. & 15., & omnes tenentur, illis statim visis, dimittere sedes num. 18.

Ministri solent ad exemplum Principis se gerere num. 16.

Princeps nedum ministros, sed etiam eos qui ministris reuerentiam exhibent, honorat, num. 19.

Princeps ad Officia præsumitur semper eligere viros optimos, & maximè meritos num. 20., & 22.

Sacrilegium est dubitare, an electus ab Imperatore sit dignus num. 21.

Ministri, & Officiales, si quid eis imperfecti ex imbecillitate naturæ contingat, potiùs excusari, quàm detegi debent, num. 23.

Olim ad Officia admittebantur, qui tacere solebant, num. 24.

Consiliarij, secreta Consilij detegentes, Regis Proditores, ac Patriæ euersores reputantur num. 25., & quandò dicantur scribendo, vel loquendo ea reuelare, ad hoc ùt intret pœna, num. 28.

Magistratus, vbi oportet loqui, tacere non debent, cum improbum sit supprimere salubre consilium num. 26.

Veritatem occultantes metu potestatis, ex quo magis hominem, quàm Deum timent, ipsius iram in se concitant n. 27.

Ministri debent esse secreti non solum in ijs, quæ dicta non nocent, sed etiam in ijs, quæ dicta non prosunt num. 29.

Silentium est cultus iustitiæ, num. 30.

Prudentis est, tacenda tacere, ac secreta non pandere, num. 31.

Iudices, & Consiliarij propalantes vota, quæ teneantur pœna num. 32.

Testium dicta reuelantes ante publicationem, pœna falsi tenentur num. 33.

Fatui cor in ore, Sapientes verò os in corde retinent, num. 34.

Magistratus dicuntur in Sac. Palatio militantes, num. 35.

Secreta Principum propalantes puniuntur eadem pœna, qua maledicentes, & detractores, num. 36.

Proditores contra Ministros supremos, & Collaterales Principis, committunt crimen læsæ Maiest. etiam in 1. capite nu. 37.

Magistratuum, ac ministrorũ appellatione, qui contineantur num. 39.

Iudices contra latrantium linguas, arment se scientia, & conscientia num. 41.

Fama magis, quàm scientia attendi debet in iudice, num. 42.

Iudices, & Senatores, quibus qualitatibus, & virtutibus, ornatos esse oportet, num. 43., & nu. 44.

Scientia, & eloquentia in Iudice requiruntur num. 45.

Scientia absque eloquentia, est sicuti gladius in manu Paralitici, num. 46.

Iudex pluribus facultatibus, ac scientijs decoratus, optimus omnium existimatur num. 47.

Historici, vtpotè qui rerum vicissitudines noscunt, adhibebantur in Consilijs per Alexandrum Seuerum, num. 48.

Iudices sunt obnoxij inuidis, & Detractoribus, num. 49.

Ars prima Regni est, posse inuidiam pati num. 50.

Conuiciatores non debent semper puniri, & quare num. 51.

Prætorum Tribunal Seuerum veteres appellabant Reorum scopulum, nu. 52.

Neronis Vox commemoratur ad Clementiæ exemplum, num. 53.

Iudex propter nimiam seueritatem potest ab officio remoueri num. 54.

Lenitas mixta cum seueritate, spernit malè dicas linguas num. 55.

Iudices non debent magnifacere detractorum linguas num. 56. & quare ibid.

Princeps si mandauerit inquiri facta officialium, debent visitatores in hoc prudenter se gerere, & quomodò, num. 57. & 58.

Non debent Iudices festinanter procedere, sed prius maledicta versificare, num. 59.

Maledicentes de Magistratibus si non probauerint, debent puniri pœna mortis, num. 60.

Magistratus agere possunt pœna Iniuriarum, si libellus iudiciarius non fuerit verificatus, num. 61.

Verificatio non requiritur in libello famoso, num. 62.

Officiales quomodo teneantur, si malè iudicauerint, num. 63.

Hodie

Hodie Officiales non conueniuntur, niſi probato dolo, nec etiam in ſubſidium nu. 64. & 65.

Notarij recipientes malam fideinſſionẽ conueniuntur in ſubſidium, facta diſcuſſione principalis num. 66.

§. SEXTVS.

1 Espicit quoque detractorum, ac legis transgreſſorum punitio exercitiũ Iuſtitiæ, quæ maximopeñe ſupremos Principes decet, ùt deducitur ex *Geneſi cap. 3. & 9.*, *Exodi cap. 22., & 23.*, & *Deuteronomij cap. 13:* vbi deprauate volentibus veritatem, mors ſtatuitur, adeò quod proptèr talis
2 Iuſtitiæ exercitiũ egregiè laudetur Traianus Imperator, ùt in *vita S. Gregorij* & meminit *D. Thomas* 1. *ſententiarum diſtinctione* 43. *qu.* 2. 2. *ad* 5. & *in* 4. *diſtinctione* 45. *quaſt.* 2. *art.* 2. *quaſt.* 1. *ad* 3. & idem *Diuus Gregorius* ſuper *Ezechiel. Homilia Octaua* hæc notabilia verba ad
3 propoſitum exarauit, *Hi quorum vita in exemplo imitationis eſt poſita, debent ſi poſſunt detrahentium verba compeſcere, ne eorum prædicationem non audiant, qui audire poterant, & ita in prauis moribus remanentes, benè viuere contemnant*, & Prouerbiorum *cap.* 16. *qui imponit ſtultis ſilentium, iras mitigat, & reſponde*
4 *ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, nè ſibi ſapiens videatur*, cum talibus enim hominibus, non niſi ſupplicio contendi debet, cùm ferè ſint incorrigibiles, ùt *Eccleſiaſt. cap.* 8. ibi, *non litiges cum homine linguato, non ſtrues ligna illius igni.*
5 Rurſùs detractorum pæna cum diſtinctionibus ſuprapoſitis locum habet contra prouocantes, vel verbis offendentes Collaterales, ac Miniſtros Principis; & in hoc eſt obſeruandum, *prouerbio* reperiri cautum, *quod vbi ſuperbia, ibi contumelia, vbi humilitas, ibi*
6 *ſapientia*, ſed tamèn, cum nihil ſit homini antiquius, nihil, vel diuino, vel humano iure exigatur ab eo, quàm, vt officio quod ſuſcepit, ſatisfaciat, & perſonã, quam in Theatro huius mundi agit, rectè gerat, ideò inprimis Senatores, & Togati contrà Magiſtratus obloqui non 7
debent, quaſi propter illos, elegantiſſima verba tradiderit *Seneca lib. 2. de Ira, inter iſtos, quos Togatos vides, nulla pax eſt: maiore grauantur, minori graues ſunt; felicem oderunt, infelicem contemnunt*, 8
eſt enim Principis Miniſter ſimulacrum Diuinæ Iuſtitiæ, ùt in *cap. necis* 15. *quaſt.* 1. *cap. qui malos* 23. *quaſt.* 5. *cap. non ſolum eadem quaſt.*, & aliquando Senatoribus, & Principum Miniſtris ſummos 9
honores fuiſſe collatos, ſũmiſq; etiã eoſdem titulis decoratos, & in Sac. Scriptura, Regum collegas denominatos, ex multis Hiſtorijs, & auctoritatibus reperit D. *Paul. Xamar. de officio iudicis par.* 1. *quaſt.* 2. *num.* 58., & de Magiſtratuum præheminentia, authoritate, Priuilegijs latè diſcutit *Franc. Maria Prat. pract.* 10
obſeru. obſeruat. 38. *per tot.*, & an, & quandò ipſis permitti debeat á Principe continuatio in Magiſtratu gerendo, latè 11
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 184. *per tot.*, & quia tales Deum ipſum repreſentant, *Exodi* 22. Dij appellantur, com pars corporis Principis ſint *Cacheran. in* 12
proem. deciſ. Senat. Pedemont. ex num. 1. *Azor. in ſumma tit. de officio præfect. prætoris orientis, Guglielm. de Ronille de Iuſt. & iur. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 11., & hæc cum alijs encomijs poſt *Farinacc.*, & alios, ponit D. *Paulus Xamar. de officio iudicis, & Aduocati part.* 2. *quaſt.* 2. *ex nu.* 12. 13. *& ſeqq.* vbi quòd offendentes Iudices, teneantur crimine læſæ Maie- 13
ſtatis, probatur *in L. quiſquis C. ad L. Iul. Maieſt.*, & qui de hoc dubitaret, pati pæna teneretur, idem *Xamar.* vbi ſupra *ex num.* 45. *cum duob. ſeqq.*

Hac eadem ratione Miniſtris ſummũ honorem, & reuerentiam exhibendam 14
dixit *Text. in cap. ùt debitus* 1. vbi *Gloſſ. de appellat. Tyraquell. de Nobilit. cap.* 28. *nu.* 3. *Soccin. conſ.* 2. *num.* 4. *vol.* 1. *Tapia deciſ. Sac. Conſ. Neapolitani* 3. *num.* 104. *Bonadilla in Politic. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 6. vbi primum, ait, eſſe Diuinum honorem, ſecundum Principum, tertiũ Iudicum, & Miniſtrorum, & *n.* 45.

vbi quod ob hoc Ciues compelli valeant
15 ad supremi Principis Ministros salutandos, quia, ùt ait Gloss. in cap ex merito 6.
quæst. 1. ex Claudiano.

Totus componitur Orbis
Regis ad exemplum

16 & quales sunt Principes, tales esse solent
Ministri L. si mihi, & tibi §. regula ff. de
legat. 1. Cassan. in Catalog. Gloria mundi part. 1. consideratione 24. num. 208.
Surgens de Neapoli illustrata in aduot.
ad cap. 1. num. 5., & in puncto salutationis
17 nis nouissimè Prat. d. obseruat. 38. num.
17. & per tot. vbi de dignitate Magistratuum, & cęterorum officialium Principis, adquæ tenentur, quibus immunitatibus fruantur, àn teneantur ad collectas, ad excubias, vel vigilias pro Ciuitate custodienda, quod elegantiùs explicat Vasquez Menchaca lib. 1. cõtrouers.
18 Illustr. cap. 18. ex num. 18. & omnes tenentur, illis statim visis, dimittere sedes,
Gerard singular. 33. verb. Nobilis num.
2. Ioann. Faber. in §. aliam instit. de bonorum possess. etiamsi qualibet exemptione gauderet, Plaza in L. 1. past. med.
19 vers. Comites C. de silentiarijs lib. 12. ex
quo Principes non solùm Ministros honorant, sed etiam illos, qui eisdem Ministris reuerentiam exhibent, Cassan. in Catalog. Glor. mund. 7. part. consideras. 10 in fin Gratian. discept. forens. cap 184. num. 58., & in specie constitutum legitur in L. 1. C. de Praposit. lab. lib. 12., & Gloss. in L. 1. C. de domestic. & Prator. eod. lib. cum alijs per D. Paul. Xamar. de officio Iudicis, & Aduocati par. 1. quæst. 2. per tot. signantèr ex num. 28. & 31. cum seqq. Franc. Mar. Prat. pract. obser. obser. 28 per tot. ex num. 17.; Præ-
20 sumitur enim Princeps ad Magistratus
maximè meritos, & optimos Viros eligere, illique eiusdem Principis iudicium pro se, ac Testimonium eximium, habere dicuntur L. 1. in fi. ff. de offic. Præsid. L. vlt. C ad L. Iul. Repet. l. 1. C. de offi. Ciuil. iudic. l. 1. C. de Prædijs Curial. lib. 10. cap. illud, & cap. ad audientiam de præscript., latissimè post Menoch., & alios D. Paul. Xamar. de offic. Iudic., & Aduoc. par. 1. quæst. 1. num. 84., & quæst. 2. num. 39. imò Sacrilegium reputatur dubitare, àn electus ab Impera- 21
tore sit dignus L. Sacrilegij instar. C. de diuers. rescript. l. 2. C. de crim. Sacrileg. Gratian. discept. forens. cap. 186. num. 52. & aiebat Cassiodor. lib. 1. quæst. 43.,
Quibus fas est de cunctis optimos quære- 22
re, videntur semper optimos elegisse, & idem lib. 1. Epistola 12. Pompa meritorum est supremi Principis, ac Regale iudicium, & lib. 4. Epist. 41. Recipiat alius ordo fortè mediocres, Senatus respuit eximiè non probatos, idquod etiam voluit Imperator in Auth. ut iudices vers. siquis enim non diliget; id quod summoperè SVMMVS D. N. D. ALEXANDER VII. omnium virtutum Coripheus, & supremorum Principum Idea, quem Deus Opt. Maxim. ad comunem totius Orbis vtilitatem diù conseruet, summo omnium applausu mirabilitèr præstat, quia dignitas est testimonium, non efficiens causa virtutis cap. ad hoc 8. quæst. 1, Lucas de Penn. in l. 1. C. de consulibus, & non spargend. nu. 8. circa med. lib. 12.

Imò, vt mortalium fert infirma natu- 23
ra, si quid fortè inter Ministros imperfecti contigerit, meminerint homines, nunquàm inter Romanos fuisse repertũ, qui ea quæ agebantur, detegeret, præter Quintum Fabiũ, ùt sunt verba Valerij Maximi lib. 1. cap. 1. quod inter eosdẽ Ministros forsitàn intelligentia impares, esse seruandum, tradit Amianus Marcellinus lib. 21. ibi eos solum in ministros ad- 24
missos fuisse, qui tacere solebant, & de his talis fama erat, etiam in rebus extra Senatum, & Oxorius lib. 8. de Regis institutione, dicit, Iudicem, & Consiliarium
secreta Concilij deregentèm, Regis pro- 25
ditorem, ac Patriæ euersorem esse existimandum, & Tertullianus in Apologia cap. 30. ait, præcemur Imperatoribus vitam prolixam, exercitus fortes, Senatum fidelẽ, hæc Cesaris vota sunt; non tamen Ma-
gistratus tacere debent, vbi loqui opor- 26
tet, melius est enim, & laudabiliùs perdere vitam, quàm supprimere salubre consilium, vnde D. Augustin. in cap. quisq; 11. quæst. 3. dicit, quod qui metu potestatis veritatem occultat, iram

Dei

Dei ſuper ſe prouocat, quia magis timet
hominem, quàm Deum, & idem legitur
27 apud *Simancam de Republica lib. 7. cap.
5. num. 21, Lelium Zecch. lib. 2. de Principe cap. 1. num. 8.* & eleganièt *Valen-
Zuol. conſ. 162. num. 57. verſ. & cum
certo cum ſeqq. lib. 2.* vnde dicitur *Iſaiæ
cap. 36. Canes muti non valentes latrare,
& cap. 6. Væ mihi quia tacui*, & eſt
Text. in cap. ſi Rector. 43. diſtinct. cum
alijs per D. *Paul. Xamarr. de officio iudicis, & Aduocati par. 1. qu. 1. n. 76. & 77.*
28 & quandò Miniſter dicatur loquendo,
vel ſcribendo reuelaſſe ſecreta Principis,
ad effectum ùt puniatur, vide *ValenZuol.
d. conſ. 162. ex num. 2. cum ſeqq. lib. 2.*

Quinimò non ſolùm inter Miniſtros
oportere ſeruare ſecretum in ijs, quæ dicta nocent, ſed etiám in ijs, quæ dicta
29 non proſunt, ait *Ioann à Sancta Maria
in ſua Politica Christiana c. 29. §. 2.
Marcus Mantua in ſuo tract. de conſilio
num. 9.* vbi indices digitum pollicei proximum, ſalutarem à Veteribus appellatũ
fuiſſe, ideircò, quiá illo ori admoto, ſilentium hominibus admonemus, & *nu.*
88. ſilentium vocat cultum Iuſtitiæ, &
30 quod Pittagorici diuinum opus opinati
ſunt, cuius Deus nobis eſt præceptor,
cum Vir prudens, iuxta *Senecæ* dictum,
ſecreta non pandat, & tacenda etiam
31 taceat, & exornat *Surgentes de Neapoli
Illuſtrata cap. 4. num. 8. verſ. ad ſecreta
& in adnotat.* alios cumulat, & Iudices,
32 & Conſiliatij propalantes vota, tenentur
pæna *L. ſi quis aliquando §. Instrumenta
ff. de pænis*, & reuelantes dicta teſtium
ante publicationem, tenentur pæna falſi
33 *l. 1. §. qui Inſtrumenti ff. de falſis, Gratian. diſcept. forens. cap. 30. num. 55. D.
Paul. Xamarr. de officio iudicis, & Aduocati par. 1. quæſt. 1. num. 77.* ſemel
enim loquutus eſt Deus, ùt in *Pſalm.
61., & Eccleſiaſt. 21. in ore fatuorum
34 cor illorum, & in corde ſapientum os illorum*, igitur maledicorum latratus obtundendi contrá Principes, eorumque
Magiſtratus, in quibus ſaltèm D. *Pauli*
ſententia verificatur, *Non ſum ſufficiens
cogitare aliquid ex me, ſed omnia poſſum
in eo, qui me confortat*, hæcque ſi ob-
ſeruabuntur, reuiuiſcet Cyneas Pyrrhi legatus, qui Senatum Romanum conſtare retulit ex Regibus.

Rursùs ſunt ponderanda verba in *L.
proximus C. de proximis Sacrorũ Scrinior.
lib. 12.* ibi, *Quibus enim arcana pietatis* 35
noſtræ meritò committuntur, ijs pietas noſtra vitam cingulo ſupradicto continuò ordinandam, decorandamque decreuit, dicuntur enim Magiſtratus in Sacro Palatio
militantes, ùt *in l. 1. & 2. C. de priuileg.
eorum qui in Sac. Palatio militant*, vnde
dignoſci poteſt, quantùm ſit æſtimandus
Vir, qui eſt *à* ſecretis Principis, ùt probatur *lib. 2. Regum cap. 8.*, eoſque compræhendi ſub titulo de maledicentibus, 36
& detractoribus Principum, parique pæna puniri, firmat *Andr. de Iſern. in cap.
vnico tit. quæ ſint regalia ex num* 80. *in
vſibus feudorum*.

Hinc communiter dicunt *DD.*, quod
crimen læſæ Maieſtat. in 1. Capite iux- 37
ta *Text. in l. quiſquis C. ad L. Iul. Maieſt.* ſicuti obtinet in coniurationibus,
ſeù proditionibus attentatis contrà Principem, ita etiám obtineat in proditionibus contrá ſupremos Miniſtros, ac Conſiliarios ad eiuſdem Principis latus aſſiſtentes, ùt referendo decisionem *Andreæ
de Iſern dicit afflict. de feud. in tit. quæ
ſunt regalia verb. & bona committentium
num. 22. fol mihi 801. in 19. ſpeciali* D.
*Vermigliol. conſ. 7. num. 2. verſ. Afflictus
ſiquidem, Cenſal. in obſer. ad Peregr. de
fideicom. in 1. impreſſ. Neap. fol. 309.
col. 1. vers. 1. ergo eſt concluſio, & in 2.
impreſſ. Veneta fol. 199. eiuſdem col., &
vers. quod tamen intelligendum puto in
miniſtris Principum, qui non recognoſcerent ſuperiorem*, licèt de facto male ſeruetur, ùt ait *Gratian. diſcept. for. cap.* 38
368. *ex num. 6. & 7.* ad quod etiám vide
Guidon. Pap. decis. 341. & 344. Cyriac. controu. 26. num. 64.

Miniſtrorum autem, & Magiſtratuum 39
appellatione continentur etiam tám
ſuperiores Militiæ, quàm Gratiæ, vel
Iuſtitiæ Senatores, Iudices ſiue togati,
ſiue pedanei, in quibus ſecundum qualitatis diuerſitatem pæna maior, minorque conſiderari quoad punitionem
pote-

40 poterit, si quis illos offendere ausus fuerit, vel etiam eisdem detrahere secundum ea, quæ superiùs fuerunt proposita; Vt autem Iudices benè procedant, linguasq; latrantium effugiant, arment se duplici sale, & scientiæ,
41 & conscientiæ, vt notabiliter monet *Bal. in L. 2. C. de sent. ex breuit rescind. Boer. decis. 153. nu. 31. Calist. Ramirez de*
42 *lege Regia §. 10. n. 3. et* 4. Quinimò in Iudice attendi debere magis famam, quam scientiam, docent *Mierez,* & alij apud Dominum *Paul.* Xamarr. *de officio Iudicis, & Aduocati qu. 1. tit. de qualit. indic. ex num. 1. & per tot.*, & signanter ex *n.*
43 *6. cum seqq.*, Vnde cupidus Iudex proprias qualitates recensere poterit, sibiq; deficientes acquirere, vtpotè vltrá scientiam, ac conscientiam, experientiam paritèr, fortitudinem, iustitiam, lęnitatem cum seueritate commixtam, aliasq; virtutes, quas repetere est super-
44 fluum, dum eleganter apud Xamarr. vbi proximè descriptæ conspici possunt, & deducit etiam respectu Senatorum, *Cacheran. in procem. suarum decis. Senat. Pedemont. ex n. 3. Guglielm. de Benedict. in q. an liceat peccatores occidere ex n. 47. vsq; ad fi. impress. post 2. tom. repet. sup. cap. Raynutius de Testament.*

45 Nec scientia tantummodò legalis in Iudice requiritur, sed etiam eloquentia, vt firmat *Accurs. in l. 1. ff. de offic. Assessor., Lucas de Penn. in rubr. C. de legation lib. 10.* ex quo scientia sine eloquentia, est sicúti gladius in manu Paralitici *Boer. de*
46 *Auctorit. Magn. Cons. nu.* 80., quod si Iudex etiam polleat alijs liberalibus artibus, scientijs, vel facultatibus, omni-
47 um optimus existimatur, vt docet *Bouadill. in sua Politica cap. 5. nu. 3.*, & *Lamprid. in Alexandro Seuero* subdit, ipsum Consilijs, Togæ, & militiæ adhibere solitum fuisse literatos, & maximé eos, qui hystorias nouerant, id quod etiam cen-
48 suit *Marcus Antonius Muret. in sua orat. 8.*, & *Iustus Lypsius Politicorū lib. 3. cap. 4.*

Et licet Iudices, vt plurimum inuidis, ac detractoribus obnoxij videātur, imitati & ipsi non dedignentur Regias qua-
49 litates, quæ Principibus, quib. inseruiunt maximè sunt consonantes, quiá, vt ait *Seneca* in Medea *Ars prima Regni est, posse inuidiam pati*, & *lib. 1. de Clement. cap.* 50
1. Magni animi proprium est placidum esse, tranquillumq, & iniurias, atq; offensiones supernè despicere, & ibidem *cap. 10.* nonnè Agricolæ Ioui maledicunt; Nautæ non conuiciantur? Quid ergo ignorat hoc Iuppiter, Imò scit, si 51
omnes cōuiciatores supplicio afficeret, quibus imperaret, non haberet, et Ouidius cecinit.

Si quoties peccāt homines sua fulmina mittet
Iuppiter, exiguo tempore nullus erit.

Et Anacletus Papa in *cap. si omnia 1. qu. 1.* dicit hęc verba; *si omnia in hoc saeculo vindicata essent, locum diuina Iuditia non haberent*, & licèt Pictorum Tribunal Seuerum olim Veteres Reorum scopu- 52
lum appellassent, præualeat tamen Neronis vox, si ex animo prolata esset, qui subscripturus mortis Sententiam, exclamauit, *Vtinam numquàm didicissem litteras*, Vnde *Bart. dixit in l. 1. ff. de his qui* 53
sunt sui vel &c. num. 4., Quod Iudex propter nimiam seueritatem, potest remoueri ab officio, & eleganter contrà 54
Iudices crudeles, & seueros, & quales illi esse debeant, discurrit *Guglielm: de Benedict. in dd. qu. positis post repet. ad cap. Raynut. de Testam. in qu. an occidere peccatores liceat per tot. signanter ex n. 45. cum pluribus seqq. par. 2. fol. mihi 48. & seqq. & in d. cap. Raynutius verb. mortuo itaq; Testatore il 1. ex num. 189. cum seqq. de Testament.* Mixta igitur lęnitate cum
seueritate, de maledicis linguis non timendum, 55
maximè amotis quatuor illis, quæ hominum Iuditium peruertunt, nēpè timore, cupiditate, amore, & odio, vt elegantèr *Cacheran. in procem. decis. Senat. Pedemont. ex num. 6. Guglielm. de Benedict.* vbi suprà *num. 48. in quæst. an liceat occidere Peccatores*, sufficiensque erit, vt supra dictum est, super prępositione illa gaudere, licèt Politici Christiani non sit, *oderint, dùm metuunt*, cùm detractorum, & Zoilorum linguis ita magni sit faciendum, vt Luna canibus in eam noctu 56
latrantibus, vnde pulchrè per *Alciat. emblemate* 164.

Et

Et latrat, sed frustrà agitur vox irrita ventis.

Et peragit cursus surda Diana suos.

57 Non est tamen omittendum, quod si Princeps mandauerit inquiri facta officialis, malè faciant Visitatores perquirendo minutias quasdam, quia Magistratus solent esse sicùt scopus ad sagittam, & qui dùm corrigunt, & castigant, nulla habita ratione personarum, multorum odia incurrunt *cap. cum oportet, & cap. qualitèr il 2. & cap. final. de accusation.*, ideòque priùs de bona fama à personis non suspectis quærendum, posteà de veritate criminum obiectorũ, quòd si aliquod obiecerint Petulantes, quod maledicta contineret, & Magistratus famam læderet, debet impartiri terminus ad maledicta verificandum, & probatione non facta, intrabit pæna capitalis, *L. 1. C. de famos. Libell.*, & in puncto de illis, qui obloquuntur, ac maledicunt de Magistratibus, si non probauerint, debeant puniri pæna mortis tanquam homicidæ parentum, est *Text. in §. ex aduerso*, & ibi *Gloss. Auth. vt Iudices sine quoque suffragio*, cum alijs per *Bossium in sua prax. Crim. tit. de Officialibus corruptis pecunia ex num. 35. cum trib. seqq.* vbi quomodò hoc casu possit per Magistratus agi pæna iniuriarum, & quod hæc præpositio intelligi debeat de libello iudiciario non verificato, non autèm de libello famoso affixo in Valuis &c., quia prò hoc absque alia verificatione, intrat pæna mortis; & de quodã Curiali, qui portexerat quærelas contrà Officialem, ex quo non probauerat, refert, quod fuit perpetuò exilio mulctatus, & damnatus in damnis, & interesse, refert idẽ *Boss.* vbi supra in fine. De iniurijs verò illatis Magistratibus, & quomodò puniantur, vide latissimè Coletũ *in decis. German. 171. per tot., signanter ex num. 7. & num. 40.*

58

59

60

61

62

63 Quomodò verò hodiè teneãtur Officiales si malè iudicauerint, vide *Gratian. decis. Marchia 69. nu. 29. in adnotat. Eugen. cons. 19. num. 79. lib. 1. Cyriac.*

64 *controuers. 22. per tot.*, & quod hodiè non conueniantur, nisi probato dolo *Rot. decis. 60. par. 3. recent.*, imò quod conuentio Magistratuum hodiè de consuetudine non seruetur, eadem *Rot. decis. 116. circa fin. par. 4. tom. 2. recent.*, vbi etiam, quod recessit ab aula actio subsidiaria, statim non probato dolo, & barattaria; quicquid sit contrà Notarios, 65
qui de mala fideiussione semper conueniuntur in subsidiũ, facta nempè discussione principalis, ùt post alios *Rot. decis. 39. num. 12. d. par. 4. tom. 2. recent.* 66

ARGVMENTVM.

Quod vbi intraret pæna criminis læsæ Maiestatis in vim huius legis non obtineret in filijs natis ante delictum, & explicatur Text. in L. final. C. de famos. libellis.

SVMMARIVM.

Confiscatio ob delictum Patris non potest fieri aduersùs filios natos ante delictũ, n. 1. n. 5., & num. 6. contrarium tenet Couarr. n. 3. qui cõfutatur n. 4.

Adam si antequam peccasset, habuisset filios, isti peccato Patris non fuissent infecti, num. 2., & num. 18., & de ratione, num. 19.

Casus decisiuus Rota refertur, num. 7.

Filij in conditione positi, censentur vocati, aquè ac si expressè nominati, & substituti fuissent, num. 8., & hoc amplia, tàm ad portionem Patris, quàm Patruorum, quãdo agitur de fideicommisso facto ab ascendente cum digressione ad plures substitutionum gradus, & cum alienationis prohibitione, num. 9.

Descendentes à filio testatori odioso, non censentur comprahensi in generali eius dispositione num. 10.

Pater relinquendo filio legitimam institutionis titulo, arguitur illũ dilexisse, licèt alijs reliquerit totam hæreditatem, quia ex hoc non infertur Odium, sed potiùs minor dilectio, nu. 11. & nu. 12.

Testator excludens filium sibi odiosum, non indè sequitur exclusisse Nepotes nu. 13. & 14. maximè quando illi possunt ex

K persona

persona propria venire, non autem ex persona Patris, quo casu istius parricidium, non excludit filios ab hæreditate Aui occisi, num. 15.

Nepotes nati ante parricidium ab eodem Patre comissum in personam Aui, non priuantur illius hæreditate, cum non proueniant à radice infecta, num. 16.

Pœna criminis læsæ Maiest. à Patre commissi, filijs nocere non debet, nu. 17.

Filij nati ante delictũ à Patre commissum, quantumuis atrox, aliqua pœna affici non debent, num. 20.

Pœna non intrat in eo, qui libellum famosum demonstrat, reuelando authorem, num. 21.

Libellum edentes, legentes, & propalantes, qua puniantur pœna num. 22.

Memoriale porrigens Principi ad alterius infamiam de rebus veris, libelli famosi pœna non punitur, num. 23. 24. & 25. licèt peccet contrà caritatem num. 26.

Diffamatus cum fundamento veritatis, si contrarium assereret, teneretur probare negatiuam num. 27.

Pœna libelli famosi, an intret in denuò rescribentem detractiones scriptas contrà Principum Aulas, vel Vrbem Romam nu. 28. & plura ad materiam num. 30.

Carmina Federici II. Imperatoris aduersus Romam, & responsũ Innocentij ad prædicta Carmina recensentur num. 29.

Pœna, an intret in eo, qui in iudicio per viam exceptionis dixerit, quod aliquis faciat se appellare Astrologum, Professorem artium liberalium, qualis non est num. 31., & quid, quando tales exceptiones non probaret num. 32.

Verba, quæ ad duplicem sensum, nempè ad bonum, vel malum referri valent, non merentur pœnam iniuriarum, num 33.

Delinquens, vel ira, vel aliquo dolore correptus, mitiùs punitur, num. 34.

Calore iracundiæ gesta, pœna non subiacent, num. 35.

Iniuria facta Clerico, vel Sacerdoti, quomodo puniatur, num 36.

Apud innumeros Populos in Sacerdotij Officium Reges, & Imperatores eligebantur num. 37., vbi de Sacerdotum præstantia, & dignitate.

Plures sunt consideranda circumstantiæ in hac materia iniuriarum, de quibus num. 38.

§. SEPTIMVS.



VBi tamen, vel pœna nostræ *Legis*, vel *l. quisquis* in 1. Capite locum haberet, non esset illa extendenda ad filios natos ante delictum, qui
proinde ex paterno crimine confiscatio- 1
nem non patientur, proùt limitari *Text. in d. L. quisquis*, tradit *Angel.* ibidem, quià si Adam antequàm peccasset, ha-
buisset filium, iste peccato Patris non 2
fuisset infectus, *cap. iam itaq; 1. distinct. 4. Cenall. comm. contra comm. quæst. 653. ex num. 26. cum alijs congest.* per *Franc. Censal. in obser. ad Peregr. de fideic. fol. mihi 310. col. 2. vers. secundò, quia filij nati*, & tenuit etiam *Rot. in Rom. fideicommissi de Cincijs 15. Nouembr. 1638; coram bo. me. Buccabella*, & ad eandem propositionem faciunt *Text.* expressi *in cap. si habes 3. quæst. 4. cap. non imputatur 1. quæst. 4. l. 2. C. de liber. & eorũ liber* quicquid in contrarium defendere
conetur *Couarr. var. lib. 2. cap. 8. ex* 3
num. 6. vers. cæterum prius, vbi respondet ad doctrinã *D. Augustini* comuniter per *DD.* prò hac parte ponderatam, sed *Couorruuiæ* dicta confundũtur per *Mo-*
linam Iesuitam de Iustitia, & iure tom. 3. 4
disput. 658. ex num. 20. 21. & seqq. Mars. vot. 252. per tot., & per *Censal.* vbi supra *fol. 31 t. col. 1. & 2. in 1. impress.*, *& fol. 320. còl. 1.* vbi meminit de *Anna*, & alijs, qui in alterutram iuerunt opinionem; quinimò, quod dispositio
d. *L. Quisquis C. ad L. Iul. Maiest.* re- 5
spectù filiorũ minimè obseruetur, firmat *Cenall. d. quæst. 653. num. 39.*, & rationes pro hac parte adducit *Roland. a Vall. consl. 74. ex num. 20. & 21. lib. 3. Decian. tract. cli. tom. 2. lib. 7. quæst. 41. nu. 48., & 49.* vbi refert ex *Cornel. Tacit.* ita aliàs respondisse Marc. Antoniũ, suasum á Faustina vxore, ùt in filios Auidij Cassij læsę Maiestatis conuicti,

sæuiret,

6 ſæuiret, & *Farinac.*, & alij referuntur per *Cenſalium* vbi ſupra *fol.* 309. *col.* 1., *&* 2. *in* 1. *impreſſ. Donatus Antonius de Marinis quotidian.reſolut.cap.* 95. *per tot. lib.* 2., *&* *nouisſimè Seraphin. Maſſinus in ſuo tract. de confiſc. bonorum quaſt.* 4. *num.* 83., & conceditur in dicta *deciſ. Romana fideicommiſſi de Cincijs*, cuius tenor hic impreſſus talis eſt.

Deciſio S. Rotæ Romanæ.

Luna 15. *Nouembris* 1638.

7 Reſolutum fuit corám bo.me. Card. Vitili ſub die 17. Maij 1627. poſt reiteratam, & maturam cauſæ diſcuſſionem vnanimi DD. conſenſu d. d. Felicem, & Chriſtophorum fuiſſe vocatos, non autèm tres alias familias de Cincijs. Cùm autèm ijdem Felix, & Chriſtophorus corám me inſtetiſſent prò cauſę expeditione, d. d. verò tres familiæ peterent nouam Audientiam, DD. ſtante lapſu decennij à die, quo d. reſolutio capta fuit, ordinarunt, vt iuxta ſtylum Rotæ cauſam prius proponerem ſuper ijſdem, illaq; hodie propoſita cenſuerunt ſtandum eſſe in deciſis; Quoniam d.d. Felix, & Chriſtophorus, cum tanquam deſcendentes, & de linea maſculina Franciſci Teſtatoris eorum Aui fuerint in conditione poſiti,

8 ſubintrat clara diſpoſitio *Statuti Vrb. lib.* 1. *cap.* 142. quod cenſeantur tacitè vocati, & perindè eſt, ac ſi verbis diſpoſitiuis nominati, ac ſubſtituti fuiſſent *Gabr. conſ.* 115. *n.* 11. *lib.* 1. *Peregr. conſ.* 55. *n.* 1. *lib.* 4., & *de fideicomm. art.* 28 *n.* 2., *&* 25. *Greg. deciſ* 337. *n.* 4. *& deciſ.* 575. *n.* 1. *&* fuit dictū *in Rom. fideicōm. de Incoronatis* 13. *Nouembr.* 1637. *corám Reu. meo Pirouano*, & in *Rom. fideicommiſſi de Cardellis* 19. *Decembris* 1636. *corám me*,

9 & non ſolum ad portionem Patris, ſed etiam Patruorum, cum ſimus in fideicommiſſo facto ab Aſcendente, & fuerit proceſſum ad plures ſubſtitutionum gradus, & poſita in conditione linea Maſculina, & concurrat etiam expreſſa, ac ampliſſima alienationis prohibitio, út bona ſtabilia in perpetuum in familia conſeruarentur, vt vltrà allegatos *in deciſ.* quæ reuideretur, tradunt *Ricc. deciſ.* 393. *num.* 8. *lib.* 2. *Grat. diſcept.* 371. *num.* 16. 17., *& ſeqq. Modern. Brix. de ſubſtit. quaſt.* 240. *nu.* 8. 19., *&* 22. *Rot. deciſ.* 320. *num.* 17. *par.* 1. *rec.*, & fuit dictum in cauſa *Auximana fideicommiſſi* 22. *Martij* 1638. *coram R.P. meo Dunozett.*

Nec viſum fuit ſubſiſtere quod, d. d. Felix, & Chriſtophorus deſcendant à filio Teſtatori odioſo, & ſic non videantur comprehendi ſub generali vocatione lineæ Maſculinæ *L. Lucius Titius §. Lucius Titius ff de legat.* 2. *Surd. deciſ.* 41. *num.* 1., *& ſeqq. Modern. Brix. d. tract. de ſubſtit. quaſt.* 317. *num.* 2., *&* 3., *& ſeqq.* Quoniam placuerunt reſponſiones datæ in deciſ., ſi quidem de tali odio nullo modo conſtat, neque poteſt argui, ex eo quod Teſtator inſtituerit Iacobum in legitima, & alijs Filijs reliquerit totam hæreditatem, quia cum illum in totum non exhæredauerit, nec verba aliqua protulerit, ex quibus argui poſſit odio habuiſſe, ſed agnouerit in filium reliquendo legitimam honorabili titulo inſtitutionis, & vlterius eidem legauerit etiam ſcuta 100 auri, manifeſtè potiùs arguitur poſitiua dilectio *L. amiciſſimus in princ. ff de excuſ. tut.* ex eo autem, quod cæteris filijs plus reliquerit, non benè infertur ad poſitiuum odium ergà Iacobum, ſed ſolum ad maiorem ergà alios amorem, ac dilectionem iuxta *Text. in Auth. hoc amplius* vbi *Cyn. C. de fideic. Ruin. conſ.* 3. *num.* 15., *& ſeqq. lib.* 2. *Socin. Iun. conſ.* 71. *num.* 19. *lib.* 1., cum alijs per *Sim. de Prat. interpr. vlt. vol fol.* 63. *num.* 20., *& Modern. Brixien.* vbi *ſupra quaſt.* 468. *num.* 8., vt benè deducitur *in deciſ.*

Et in omnē caſum, quatenùs aliquod odium in Iacobum probaretur, nihilominus in propoſito non deberet nocere filijs, qui ad ſucceſſionem in bonis Franciſci Teſtatoris non veniunt ex perſona ipſius Iacobi Patris, ſed ex perſona propria, & principalitèr, & de per ſe ſub nomine lineæ Maſculinæ ipſius Teſtatoris familiæ vocati, qui cum ſint Nepotes, & deſcendentes, cenſentur dilecti ab

13 ab Auo non propter Patrem, sed propter se ipsos, tanquam apti ad eiusdem Testatoris agnationem, ac diuturnitatis memoriā conseruandam, iuxta *Text. in L. liberorum in fi. ff. de verb. signif.* ob quam rationem nepotes etiam plusquā filios diligi consueuisse, dicit *Curt. Iun. cons. 169. num 13. Cassan. cons. 67. nu.*
14 *30.*, *Surd. decis. 73. num. 6.* benè *Alexand. in cons. 53. num. 21. lib. 4.* vbi in specie ex hoc infert, quod licèt Testator exclusetit filios, non sequitur exclusisse Nepotes.

Non obstat patricidium per Iacobum patratum; Quiá cum Felix & Christophorus, ùt supra dictum est, non fuerint vocati intuitu, & contemplatione Pa-
15 tris, nec veniant ex illius persona, sed propria, & tanquam ipsius Testatoris descendentes masculi, & apti familiam, & agnationem effectiuam conseruare, ob tale delictum excludi non debent, ùt per *Vasquez. de success. resol. tit. de his quib. vt indignis. tom. 2. §. 20. n. 12. vers. ergo si filius, Pasch. de Patr. potest. p. 4. cap. 8. nu. 13., & seqq. Scip. Rouit. cons. 1. num. 45., & seqq.* cum alijs *in decis. allegat.*

Et DD. visum fuit cessare omninò prædictā difficultatem ex eo, quiá dd. Fe-
16 lix, & Christophorus erant iam nati ante delictum, & sic dici non possunt processisse á radice infecta, & de tempore ipsius delicti erant in Infantili ętate constituti, & ob id protlùs innoxij, quibus propterea nulla ratio, aut æquitas suadet, vt sine aliqua culpa puniri, & Aui bonis, ac successione priuari debeant, vt vltra allegatos in decis. in qua distinctè fuit ad contraria responsum, trad. *Gasp. Ant Thes. quest forens. 80. num. 3 lib. 3. & ex Text. in l. ex facto ff ad Trebell. & in l. filiam, & in l. emancipatum §. 1.*
17 *ff. de Senat. & in l. 2. C. de libert., & eorū liber.*, & alij loquentes de crimine læsæ Maiest. per Patrem commisso, latè prosequitur, & comprobat, &. longè communiorem dicit *Ludouic. Molin. de Iust., & Iur. tract. 2. qu. 658. n. 20. & 21.*, & in quarto fundamento idem firmat exemplo peccati originalis, & pœnarum, quibus omnes Adami posteri ob illud punimur; Quemadmodùm enim si quis natus, vel conceptus fuisset antequám Adam Dei præceptum fuisset transgressus, vtiquè nequè peccatum originis contraxisset, nec pœnis, quibus á Deo genus humanū ob illud punitur, fuisset affectus, vt affirmat D. *Augustin. ad Bonifac*; & refertur *1. qu. 4. c. iam itaq; & de consecr. distinct. 4. c. quaris, & tenet* 18
comunis Theologorum scola *1. 2. qu. 81.* quia, scilicet, ille vti iam ab Adamo separatus, nec in eo potentia contentus in illo non peccasset, & propterea, nec pœnis illius peccati fuisset punitus; ita nec etiam á Republica filij iam nati, antequam pater crimen aliquod atrox, & 19
enorme admisisset, pœna aliqua ob tale crimen posteà ab eo patratum affici, & substitutionis, ac fideicomissi iure sibi de eo tempore, quo nati fuerunt acquisito, & ex firma, ac inuariabili spe omninò independenter á patris voluntate, imò etiam ea reluctante formato, priuati debent. 20

Et ita decisum d. d. Felice, & Christophoro tantùm Informantibus, Familijs verò pluries citatis, & informare nō curantibus, &c.

Et post hæc scripta peruenit ad manus meas eruditissimus tractatus *de confiscatione bonorum* nunquam satis laudati *Seraphini Massini quæst. 4. à num. 65.* vsque ad finem, vbi latè de tota materia *leg. quisquis Cod. ad leg. Iuliam Maiestatis*, & hic adducta mirificé confirmat.

Non teneretur tamen pœna libelli famosi, si quis demonstraret, vel palam faceret Authorē á quo habuit, ad *tex. in l. maiorem feneritatē C. de falsis, Butrigar. in l. 1. C. de famos libell.* latè *Colerus decis. Germania 154 num. 1., & per tot. Bursatt.* 21
cons. 94. num. 32., & per tot., vbi qua pœna puniantur edentes, legentes, & propalantes libellum, & quomodò porrigens memorialia ad alterius infamiā Superiori, si probet, non committat libellum famosum, nec teneatur actione iniuriarum, vide D. *Vermigliol. cons. 193 per tot.* signantèr *num. 9.*, & an ad hoc requiratur dolus, & quomodò possint excusari, 22
& 23

& idem dicendum videtur de eo, qui
24 aliquid famosum de altero propalauit, quandò tamen res propalata esset vera *Cynus in l. 1. C. de famos. libell. Plotus cons. 35. num. 5. & 6. lib. 1.*, & de eadem re certificaretur Superior *Farinac. cons. 123. num. 5. Honded. cons. 112. per tot. lib. 1. Magon. decis. Luccen. 25. num. 11.*, & prò exclusione libelli famosi, no-
25 uissimè consuluit D. *Vermigliol. d. cons. Crimli 193. per tot. lib. 1.*; peccaret tamen talis propalans contrà caritatem,
26 *Caietanus in opusculo 17. respons. 9. ad 3. dubium, Rodriquez in 1. par. sua Summa cap. 253.* cũ alijs congest. per *Bartho. à S. Fausto in suo speculo confessor. disput. 21. quaest. 30. num. 2., & quaest. 32. per tot.* & communitèr tractant Theologi in tract. de *Restit. famae*, vbi quandò his casibus peccetur contrà Iustitiam, ùt benè per dictum à *S. Fausto* vbi supra;
27 quod si diffamatus cum fundamento veritatis contrarium assereret, teneretur probare negatiuam, tanquàm suae intentionis fundamentum, & posset hoc perspici ex reuolutione librorum, vbi solent adnotari crimina, de quibus aliquis diffamatur, vt post alios in puncto *Rot. in Vlisdanien. Villae de Oppembrue. 13. April. 1646. §. penult. coram Reuerendiss. meo Cerro*, cuius virtutes, animi integritatem, & scientiae, & natalium splendorem, nemo est qui nesciat.
28 Euitaret etiàm paenam L. nostrae, qui forsitàn ab alijs scriptum, iterùm scriberet, nempé fraudem in Principum Aulis versari, velsi quod obtrectaretur de Vrbe Roma iuxta ea quae scripsit *Prob. ad Monach. in cap. fundamenta de elect. nu. 7. fol. mihi 100. a tergo & fol 101.*, & etiàm super verbis illis, quod Roma sit Caput mundi ponit carmina incerti Authoris, idemque esset, si quis repeteret carmina missa á Federico secundo Imperatore, Innocentio IV.
29 *Roma diù titubat varijs erroribus acta*
Fluctuat, & mundi desinet esse Ratis.
Cui Innocentius respondit
Niteris in cassũ Petri submergere nauẽ
Fluctuat & nusquam desinet esse Ratis.
30 prout haec, & alia refert Albericus *in suo dictionario* verbo *Roma*, & *Prob. ad Monac.* loco suprà indicato & materiã libelli famosi videas apud *de Franch. decis. 533. per tot.* vbi *Addent.* plures distinguunt casus, & allegant *Farinacc.*, & alios, & melius quàm caeteri, *Coler. decis. Germaniae 154. per tot. Decian. tract. crim. lib. 2. cap. 20. num. 2., & lib. 3. cap. 25. num 53. & consi. 34. nu. 19. lib. 4. Menoch. de Arbitr. lib. 2. Centur. 3. casu 263. num. 41.*

Nec etiã teneretur paena libelli famosi, si quis alteri dixisset, quod esset Astrologus, Professor artium liberaliũ, quod se facit appellare talem, qualis non est, 31
maximè quandò haec omnia, & similia proponerentur per viam exceptionis in iudicio, quo casu non intrat paena iniuriarum, & quomodò, vide latissimè *Magon. decis. Luceens. 25. per tot.*, vbi loquitur in pulchro casu, licèt quod etiam excipiens de crimine, seù iniurioso verbo, si illud non probet, teneatur paena 32
iniuriarum, tenet *Oldrad. cons. 53. Boer. cons. 4. num. 37. Addent. ad Cappell. Tolos. quaest. 409. per tot.*

Idem dic, quandò verba, & actus animum declarantes in se sint omninò mala, ac malae naturae, secùs si indifferentia, ita ùt ad vtrumque, scilicet, ad bonum, & malum referri valeant, quia 33
tunc semper ad exclusionem iniuriae, fit interpretatio, latissimè *Ruin. cons. 8. n. ... lib. 4., & cons. 145. nu. 14., & seqq. lib. 5. Roland. cons. 11. num. 16. lib. 3.* Imò si aliquis iratus, vel aliquo dolore 34
correptus deliquerit, non dicitur conuicij causa fecisse, & mitiùs punitur, *L. si non conuicij* vbi notatur *C. de Iniur.*, & post egregias authoritates *Valenzuola cons. 142. ex num. 2. cum pluribus seqq. lib 2.*, vbi singularia de gestis calore 35
iracundiae, quod paenę minimè subiaceant, nec ex ijs deducatur animus iniuriandi, & quomodò existimetur iniuria, maximè si sit facta Clerico, vel Sacerdoti, ibidèm prosequitur *Valenzuol. ex nu.* 36
71. & seqq., qua occasione memorat notabiles hystorias de Sacerdotum praestantia, & quod apud innumeras Regiones ex Sacerdotum numero, Reges, Im-

L peta-

37 peratoreſque eligebantur, ùt apud Egy-
ptios, Tyrios, Æthiopes, Lacedemonios,
Cretenſes, Athenienſes &c. ex quo Sa-
cerdotes ſunt Principum, & Regum
Patres, & Sacerdotij honor non ſolúm
lege Diuina, ſed etiam lege naturæ, &
gentium, tàm priſca, quám moderna
obſeruatione confirmatur *cap. Cleres*
verſ. Pontifex 11. quaſt. Tyraquell. de
Nobilit. cap. 20. ex num. 12., & meritò
D. Petrus in ſua 2. *Epiſt. Canonica* ap-
pellat his verbis; *Vos autem genus electũ,*
Regale Sacerdotium, lex Sancta acquiſitio-
nis; poſſemque alia Encomia cumulare,
quæ cum ſint ſatis apud Orbem explo-
rata, omitto, cum rèuerà addi nil pror-
sús valeat vltra dicta per eruditiſſimum
38 *ValenZuolam* loco ſupracitato, à quo cũ
caſus iniuriarum illatarum, ſiuè Magi-
ſtratibus, ſiuè Sacerdotibus, ſiuè Prin-
cipibus euenerit, poterit facilirèr de-
duci reſolutio, conſideratis circumſtan-
tijs, quid factum ſit, à quo, in quem,
quo animo, quo tempore, quo loco,
quo modo iniuria fuerit illata.

ARGVMENTVM.

Quod præcipuum Principis Encomium ad detractionem vitandam, ſit contractuum obſeruantia, & quomodò.

SVMMARIVM.

PRincipes, nedùm ipſi tenẽtur ad obſeruantiam contractuũ geſtorum nomine dignitatis, verum etiam eorum ſucceſſores, n. 1., & n. 2.

Principis promiſſio remanet irreuocabilis, cùm dominiũ in ſubditũ eſt trãslatum n. 3. amplia vt n. 4. nec reuocatio permittitur de poteſtate absoluta n. 5.

Omne conceſſum, ac geſtum ex poteſtate abſoluta, non obſeruato Iuſtitiæ limite, non durat, niſi Principis concedentis vita durante, n. 6.

Vires clauſulæ de plenitudine poteſtatis, adiectæ in iniuſtè geſtis expirant, expirato Principe n. 7 & de ratione n. 8.

Princeps ex cauſa onerosa promittens non vendere Oppida, ſed illa in domanium conſeruare, debet promiſſionem obſeruare n. 9.

Princeps, an poſſit reuocare priuilegia per eum conceſſa n. 10.

Pontifex nunquàm ſine cauſa reuocat conceſſiones ab ipſo factas n. 11

Pontifex priuando ſine cauſa, non excuſatur in foro interno n. 12.

Principi aſſerẽti, se iuſtis ex cauſis priuaſſe, an ſit credendum, n. 13., vel potius prædictæ cauſæ debeant aliundè iuſtificari num. 14.

Priuatus à Principe abſque citatione, vel iniuſtè in re ſibi conceſſa, per ſucceſſorẽ eſt in integrum reſtituendus, n. 15.

Princeps reuocando abſque citatione, cenſetur circumuentus, ac deceptus n. 16.

Calumniandus non eſt, qui priorem ſententiam in meliorem formam mutauerit, n. 17. nec debent Principum Succeſſores in hoc eſſe renitentes, n. 18.

Priuilegium conceſſum ob merita, ſi prætenditur exceſſiuum, excipienti de exceſſu incumbit onus probandi n. 19.

In priuilegijs iuxta opinionem Theologorum, ſufficit æquiualẽtia geometrica n. 20

Ex qualitate, & dignitate Principis concedentis, minimum ſeruitium poteſt reputari maximum n. 21.

Comitiſſa Amatilda dixit donare Eccleſiæ aliquantulum Terræ, quæ tamen aſcendebat ad 30. milliaria n. 22.

Ad conceſſionis irreuocabilitatem ſufficit, quod Inferior aliquid mereatur à Principe de congruo, licèt non de condigno num. 23., & 24.

Natura gratiæ eſt, vt nõ choerceatur intrà limites ſeruitij accepti, quod exemplificatur n. 25., & 26.

Data in remuneratione pro nobiliori ſubſtẽtatione, & honore Conceſſionarij, conſiſtunt in obligatione Iuſtitiæ, & ſunt irreuocabilia, nec eſt locus variationi n. 26. 27. & 28.

Princeps reuocando talia priuilegia conſiſtentia in obligatione Iuſtitiæ, tenetur ad excambium, ſeù ad refundendum tantundem n. 29.

Principum ſiuè Eccleſiaſticorum, ſiuè Secularium, qui acta Prædeceſſorum, vel con-

confirmarunt, vel infirmarunt, referuntur hyſtoria nu. 30.

ponitur ad materiã ſolemne Cõſiliũ Rec. M. Frãciſci Cẽſalij Authoris *Ger Frat. n. 31.*

Series, atq; Thaſis totius tractatus proponitur diſtinctè quidem, num. 32.

Princeps quàmuis ſupra leges, & ſanctiones conſtitutus, quomodò teneatur ſeruare pacta, & contractus, num. 33.

Deus etiam ſi contraheret, contractuum, & pactorum obſeruantia ſuppoſitus eſſe vellet, vndè & à forciori Chriſti Principes tenentur, concluſiuè deducitur, & grauiſſimorum Iuris Conſultorum ſerie fundatur, ſub num. 34.

Viginti nouem Doctores recenſentur concluſionis aſſeclæ à num 35.

Nè dùm Princeps, verum etiam & eius ſucceſſor tenetur ad obſeruantiam contractus, maximè cùm ſub dignitatis nomine ſit conceptus, num. 36.

Poſt indiuidualia terminantia iura in Canone Iuſtitia 25 quæſtione prima, & in Canone. ſi ea, 25. quæſt. 2., adducuntur vndecim grauiſſimi Doctores eiuſdem concluſionis Auctores, num. 37.

Extenditur concluſio, nè dùm ad ſimplicem Principis promiſſionem, ſed etiam ad formalem contractum, quàmuis translatiuum dominij in ſubditum, ac quàmuis Princeps vtatur verbo indulgemus vel gratum facimus *ſiuè in reuocatione poteſtatis plenitudine vti velit, ac per viam legis, ſeù generalis decreti ſtatuat, n. 38.*

Quindecim Claſſici Doctores, ſiuè in legẽdo, ſiuè in cõſulẽdo, & iudicãdo cumulãtur extẽtion. huiuſmodi ſectatores, n 39

Secundo extenditur, ſiuè agatur de directo, ſiuè vtili auocando dominio, & ſiuè de contractu rei allodialis, ſiuè faudalis, & quomodò contractus rei faudalis debeat eſſe magis inuiolabilis, num. 40.

Decẽ poſt alios indiuiduales Doctores reportãtur ſecũda ãpliationis Auctores, n. 41.

Tertio ampliatur concluſio ad caſum demanij, ſub quo Princeps, tùm Ciuitates, quàm Caſalia retinere pollicitus fuit, vt ne quidem ex plenitudine poteſtatis, & ex cauſa valeat illa diſtrohere, & alienare: num. 42.

Sexdecim Doctores recenſentur ad indiuidualem tertiæ ampliationis comprobationem, num. 43.

Reſoluũtur obiecta Capycij, Ferdinãdi Loazes, Socini, Iaſonis, Raphaelis, Fulgoſij, Leffredi, Camilli Salerni, & Domini Regentis Capycij Galeota à num. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. & 53. vbi ſingularia Iuris, & Conſultorum reſponſa enodantur, ac aduerſariorum argumenta demonſtratione potius, quàm reſponſione, diluuntur.

Recenſentur rationes, quibus concluſio firmatur, ac explicatur, quomodò ius Domini, & Vaſſalli à pari procedant, num. 54.

Explicatur, quomodò & quanti vaſſallorum intèrſit duos Dominos non habere mediatum, atq; immediatum, ac pluribus præſtationibus, & oneribus non ſubijci, cum in Barones transfertur n. 55.

Enodantur, & vti indiuidualia perpenduntur plura iura feudalia Longobarda, & ciuilia ad comprobationem concluſionis num. 56.

Afferuntur gloſa Accurſiana, quæ prohibitionem alienationum, inuitis vaſſallis auctorantur, num 57.

Feudiſtæ grauiſſimi adducuntur, & cumulantur, etiam Ciuiliſtæ, & Canoniſtæ, quorum indiuidualia dicta compendiosè ſubduntur in terminis interdictæ alienationis demanialium vaſſallorum, maximè data promiſſione de non alienando, & ea iuramento firmata nu. 58. & 59.

Viginti Doctores examinantur in eorum dictis indiuidualibus ad materiam demaniorum, qui ſolidiſſimis rationibus, & argumentis concluſionem comprobant à dicto n. 58. & 59. ad num. 60.

Reſpondetur ad aſſertionem domini Regentis Capycij Galeota, cùm requirit cauſam commenſurabilem, atq; æquiualentem rei conceſſæ, & recenſentur Doctores, quos adducit nu. 60. & 61. vbi Franciſci Salerni reſponſum adnectitur de æquiualentia Aritmethica, vel Geometrica, ac eiuſmodi termini Phyloſophici legaliter, & concinnè demonſtrantur auctoritate, tum Doctorum, quàm

Theolo-

Theologorum, sic etiam & Politicorum dicto num. 62. & 63.

Secundum obiectum Domini Regentis Galeota recensetur, cùm fundet, non dari merita subditi ad suum Principem, atq; Dominum, pro vt non dantur filij ad parentem, & viri ad vxorem num.64.

Responsum adducitur satis euidẽs,& apertum desumptum, ex eo distinctionis genere,vt quamuis non detur meritum de condigno,verè tamen secundum Doctores, & Theologos de congruò detur num.65.

Instantia, & argumentatio Domini Regentis adducitur ad intellectum textus in cap. intellecto extrà de iure iurando, cùm fundet, loqui de vtriusq; dominij alienatione, & non solius vtilis distractione num.66.

Et respondetur quomodo Doctores per eum allegati suum intellectum non probent, imò ne verbum quidem de re illa faciant nu 67. quin & comprobatur communis intellectus aduersus D. Regentem num. 68.

Tertium obiectum principale Domini Capycij Galeota,quod fundatur in publica vrgente, seu imminente necessitate, pro reuocatione priuilegiorum demanialium adnectitur nu. 69. Et respondetur nu 68., vbi etiam declaratur,quomodo indè distributiua iustitia controueniatur, & alia expenduntur præter adducta, vt obiecto sit satisfactum.

Ponitur tertia principalis cõclusio de prælatione competente Vniuersitati, siuè Ciuitati ad redemptionem suorum Casaliũ, nihilo obstante iuris luendi venditione, ac quamuis contractu perfecto, & Casalinensibus inuitis nu. 70.

Octo Doctores, tùm antiqui, quàm nouissimi repertantur, ad conclusionis comprobationem nu. 71.

Reportatur decisio supremi Italiæ Senatus prò redemptione eorundem Casalium num. 72.

Remittuntur rationes, & fundamenta conclusionis ad præcitatos Doctores num. 73.

Extollitur libertatis donum, ac deplorantur seruitutis incommoda num.74.

Quo pacto non valeant Casalia à Ciuitate dismembrari, & separari,remissiuè ad Consiliarium de Georgio adnectitur num. 75.

Probatur secunda conclusionis assertio, vt prælatio sit concedenda in venditione suorum Casalium, seu pro illorum infeudatione, quãuis Casalinensibus inuitis num. 76.

De noua expenditur decisio facta in supremo Italia Senatu num. 77.

Reportatur decisio indiuidualis edita in Regio Colloterale Cons. Neapolitano num. 78.

Adducuntur rationes, in quibus fundatur decisio Collateralis Consil.n.79.

Ducitur argumentũ à maioritate rationis, vt si cuilibet singulari Ciui ad demanium prouocare concedatur, multò magis sit hoc tribuendum vniuersitati, vel Ciuitati n 80.

Recensetur argumentum ductum à Constitutione Sancimus,*vt illa etiam in Ciuitate, vel Vniuersitate obtinere valeat, qua velit iure congrui, vel retractus rẽ auocare num.81.*

Explanatur quomodo sit dare ius congrui, vel prothomiseos, ratione sanguinis in ipsa Ciuitate, seù Vniuersitate num.82. Et Doctores perpenduntur, qui vt sic tradidere.

Ducitur argumentum, ex eo, quod Ciuitas sit quoddam corpus misticum personarum, & domorum, congregationem in se continens, nec non iurisdictionem, honorem, districtum, & territorium, sub se complectens nu.83.

Sicut Domino feudi datur ius congrui, & retractus prò re alienata per vasallũ iure prælationis, ita & idem ius competat Ciuitati, seù Vniuersitati num 84.

Ducitur argumentum à facio, cui tale ius competit, cùm alienetur res per consocium, vt eodem moda, & Ciuitati, vel Vniuersitati competat respectu Casaliũ, quæ sint distracta num.85.

Pro vt inuito socia alteri consorti prælatio competit in re vendita, ita & inuitis Casalinensibus, ius prælationis Ciuitati datur, & demonstratur ex pluribus num. 86.

De-

Demonstrãtur etiam commoda demanij ad beneficium ipsorum Casalium, quæ cum concernant etiam Ciuitatem, proponũtur per ipsam num. 87.

Declaratur, quomodo res non dicatur posse diuidi, ne dum quando non potest diuidi sinè deterioratione, verũ etiam, quando diuisio foret in iniuriam consortis n. 88.

Extraneus non admittitur ad licitandum, nisi qñ consors non vellet offerre iustum pretium num. 89.

Etiam ex dictis Politicorum comprobatur decis. n. 90. & recensetur Plato, Titus Liuius, Cornelius Tacitus, & Philippus Comminius, ac verba eorum seriatim adnectuntur sub d. n 89.

Insinuatur Supremi nostri Regis à latere Consiliarijs Demanialium Ciuitatũ Iustitia, extollitur Reunio Casalium ad Ciuitates, ac præferuntur incommoda, & nocumenta diuisionis.

Quinimò per compendium refellitur Consuetudo alienandi, de qua sub n. 43. & seq. ac proponitur, quantum intersit Coronæ Regalis, Demanialia non alienare, sed ea Coronæ vnita retinere, vt sub n. 28. vers. cum vnio fendi ad Coronam, seb ad demanium Regium, fauor sit ipsi Coronæ, & Regno, & alibi per discursum

§. OCTAVVS.

RESPICIT quoquè Principum supremorũ beneuolentiam ergà populos obseruatio contractuũ, ad quam tenentur, ùt omnis detractionis au-
1 feratur occasio, sunt enim Principes
Deo similes, cuius respectu dicitur, *Quæ
procedunt de labijs meis, non faciam irrita,*
ùt tenent communitèr Canonistæ *Felin.
in cap. quæ in Ecclesiarum num. 62. de
constitut. Dec. in cap. nouit de iudicijs
num. 13., & cons. 25. num. 21. & seqq.
lib. 1. Aldobrand. cons. 1. ex num. 29.
64., & per tot. Paris. cons. 11. num. 47.,
& seqq. lib. 1.* quod cons. legitur Canonizatum *per Rot. decis. 433. num. 3. par.
3. recent.*, nouissimè *Pelliccion. quæst.
Illustr. 21. cap. 1. 2., & seqq.* latissimè
*Salgad. in Labyrinth. creditor. par. 1.
cap. 28. ex num. 15. optimè Cephal. cons.
68. ex num 78. cum plurib. seqq. lib. 1.*,
& non solùm tenetur Princeps, qui pro- 2
misit, sed etiam Successores eius, quandó
contractus fuit gestus sub nomine dignitatis *Can. iustitia 25. quæst. 1. Bald. in
L. Qui se Patris num. 22. vers. hoc scias
C. vndè liberi,* & *in cap. fin. de re Iudic.
Soccin. Iun. cons. 70. num. 27. vol. 3. Roland. cons. 13. num. 36. lib. 3. Decian.
cons. 25. num. 42. lib. 1. de Georg. alleg.
15. num. 11., & 12.* Quandò enim á
Principe non est facta simplex promis- 3
sio, sed formalis contractus, ob quem in
subditum dominium sit translatum, ùt
loquitur *Salgad. in Labyrinth. Cred. d. p.
1. cap. 28. ex num. 15., &* signantèr
num. 17., tunc promissio remanet irre-
uocabilis, etiam si in corpore concessio- 4
nis legerentur verba, *Indulgemus, & gratiam facimus, Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 49. de constitut.*, & ibi etiam
*Ancharan. num. 7., & Imola num. 9.
Roman. cons. 352. num. 14. Cranett. cons.
241. num. 20., & cons. 276. num. 7.
Paris. cons. 101. num. 69. lib. 1. Alexand.
cons. 190. num. 13. & seqq. lib. 2. Decian.
d. cons. 25. num. 49. lib. 1.* qui vlterius 5
subdunt, nec etiam talem reuocationẽ
his casibus permitti Principi de potestate absoluta, quæ tamèn, quicquid
sit, àn propriè in supremo Principe considerari possit, & quomodò, latè disputat *Francisc. Salern. siculus Doctor in suo
cons. 1. §. 5. ex num. 14. cum plurib. seqq.*
vbi refert *Couarr. variar. lib. 3. cap. 6.
ex num. 8.*, & idem *Salern.* vbi suprà §.
4. vbi contrarijs respondet, & reassumit
post alios nouissimè *Ioseph. Facella tract. 3. de recta administratione Iustitiæ
tit. de potestate Principis rectè administrantis Iustitiam cap. 1. per tot.*, illud 6
tamen certum est, quod omne concessum, ac gestum ex potestate absoluta, nõ
obseruato Iustitiæ limite, non durat nisi
durante vita Principis concedentis, &
post illius mortem concessionis, ac clau- 7
sulæ de plenitudine potestatis vis expiret, ùt optimè nonnullis Canonistarum,
ac *DD.* Doctrinis relatis, firmat *Eugen.
cons. 1. num. 90., & seqq. lib. 1.* quem

refert, & ſequitur Valenzuol. cons. 69. ex
num. 144. lib. 1., ex quo tunc non vi-
8 dentur concurrere in Principe tria illa,
nempè potentia, ſapientia, & Diuinus
cultus, quæ Principum actiones reddunt
ab omni malitia alienas, ùt benè diſpu-
tat Ioſeph Facella tract. 3. de adminiſtrat.
9 Iuſtit. cap. 1. ex num. 22. cum ſeqq., &
ob has rationes, ſi Princeps ex cauſa one-
roſa promiſiſſet non vendere Oppida
& Ciuitates, ſed illas in domanium con-
ſeruare, non poſſet huic promiſſioni
contrauenire, ſi. mat Crauett cons. 141.
num. 9. in fi. NeuiZan. inter conſilia Al-
berti Bruni cons 12. per tot. Anton. Sola
ad conſuetud. ſabaud. tit. de Pactis inter
empt. & vend. num. 62. vers. & maxi-
mè. Ferdinand. VasqueZ qui ad contra-
ria reſpondet quaſt. Illuſtr. cap. 5. num
14. in fin. Cacheran. cons. 26. per tot.
Cancer. Variar. part. 3. cap. 3. tit. de Pri-
uileg. num. 368. alioſque congerit Franc.
Salern. conſ. 19. §. 8. ex num. 81. cum
ſeqq. & §. 9. ex nu. 125. cum ſeqq., vbi
10 latè agit de reuocatione priuilegiorum,
nouiſſimè, & in fortioribus terminis Sal-
gad. d. part. 1. cap. 28. ex n. 15. ad 19.
quicquid in contrarium voluerint in
cõcluſione principali, Capyc., Ferdinand.
LoaZes, Soccin. Fulgos., & alij, quibus
reſpondet Ioſeph Facella in ſua allegat.
poſita ante tractatum de recta admini-
ſtratione Iuſtitia, & ſatisfaciunt VaſqueZ,
Caccheran., & reliqui ſupra allegati, &
nouiſſimè Staib. Iun. reſol. forens. 100. ex
n. 67. cum ſeqq. lib. 1. Capyc. Galeot. lib. 1.
controuerſ. 51. num. 56.

Omnibuſq; exemplum eſſe poterit
11 Summi Pontificis ſuprema poteſtas, qua
tamen nunquam abutitur, cum ſine cau-
ſa conceſſiones ab ipſo factas nunquam
reuocet, ùt optimè poſt plures Text. al-
legatos, deducit Cardinal. Zabarella conſ.
142. ex num. 1. Decian. cons. 14. ex nu.
69. lib. 3. Bereus in cap. qua in Eccleſia-
12 rum num. 168. de conſtitut., vbi quod
Papa priuando ſine cauſa, non excuſetur
in foro interiori, idem Bere. conſ. 177.
ex num. 64. lib. 2. Abb. in cap. vlt. nu.
10. de confeſſione vtili, vel inutili, cum
alijs per Franciſc. Salern. conſ. 10. §. 3.
num. 28., & conſ. 19. §. 7. ex nu. 107.

An autem credi debeat Principi aſſe-
renti ſe ex iuſtis cauſis, & de certa ſci- 13
entia priuaſſe, negatiuè ſentiunt loquẽ-
do de Summo Pontifice Geminian. conſ.
53. nu. 23., Decian. d. conſ. 14. nu. 81.,
& 117. lib. 3. Ruin. conſ. 123. num. 23.
lib. 3. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 891.
ex nu. 1. cum ſeqq. vbi reſpondet etiam
ad clauſulam de plenitudine poteſtatis
Franciſc. Ant. Coſt. conſ. 23. num. 61. 14
Rot. deciſ. 5. num. 14. par. 4. tom. 2. re-
cent., & quod tales cauſæ debeãt aliun-
dè iuſtificari, dicit Dec. in cap. qua in
Eccleſiarum ex nu. 27. de conſtitut., idem
conſ. 407. num. 23., & conſ. 410. num.
11. Ruin. d. conſ. 46. num. 8. & ſeqq.
lib. 1. Gabr. conſ. 179. num. 5. lib. 1. De-
cian. d. conſ. 14. per tot., & conſ. 23. nu.
10. lib. 3. Trentacinq. conſ. 1. num 7., &
8. Salern. conſ. 49. §. 5. num. 146. Genua
de Scriptur. priuat. lib. 2. quaſt. 2. ex nu.
19. cum ſeqq. Salgad. in tract. Laberinth.
cred. part. 1. cap. 39. ex num. 21., & eſt
inconcuſſa opinio Rotæ Rom. ùt apud
Verall. deciſ. 33. lib. 2. Creſcent. deciſ. 8.
alias 49. de probat. Put. deciſ. 124. lib. 1.
Mohedan. deciſ. 16. de reſtitut. ſpoliat.
Seraph. deciſ. 965. ex num. 1., & inter
recent. deciſ. 224. num. 1. par. 3., & de-
ciſ. 140. nu. 5. part. 7., & alias cumu-
lat Paul. Rub. in ſuis ſingularib. Rota de-
ciſ. 2. part. 5. fol. mihi 521., & conferunt
adducta per Capyc. Galeot. lib. 1. contro-
uerſ. 51. num. 58., & 59.

Quod ſi cauſæ non fuerint expreſſæ,
vel priuatio rei conceſſæ ex abrupto pro-
ceſſerit, ùt potè ſinè prætenſi inquiſiti 15
citatione, vel alias quod repugnaret, vel
iuri naturali, vel diuino, tenetur Prin-
ceps ſucceſſor ex principio neceſſitati-
uo, & in conſcientia, talem priuationem
caſſare, & irritare, ita enim in Summo
Pontifice, probat Text. in cap. nos ſi in-
competenter 41. quaſt. 7. cap. omnes cauſa
35. quaſt. 9. can. 2. & can. 3. can. 6., & can.
8. & in cap. ex litteris 5. de in integr. reſti-
tut. circa med. cap. olim de ſent. & re iu-
dic. Ruin. conſ. 196. num. 9. & per tot.
lib. 1. Cephal. conſ. 68. num. 83., & 84.
cum ſeqq. lib. 1., vbi quod Princeps re- 16

uocan.

uocandoabſque citatione,cenſeatur cir-
cumuentus, ac deceptus ex *Curtio Iun.*
conſ. 170. *num.* 9. non enim eſt quis
17 calumniandus,ſi priorem ſententiam in
meliorem formam mutat, *cap. ad Apo-*
ſtolic.2.de ſent. & re iud. in 6.cum alijs per
Geminian. d. conſ. 53. *num.* 3. *Decian d.*
conſ. 14. *ex num.* 76. *lib.* 3. *Bellamer. de-*
ciſ. 723. *num.* 12. *Fortun. Garz. in L.*
Gallus §. & quod ſi tantum, num. 193.
ff. de lib. & poſthum. Eugen. conſ. 1. *num.*
90. *lib.* 1. *Parij. conſ.* 68. *num.* 284., &
294. *lib.* 4. *Valenzuol. conſ.* 69. *ex num.*
144. *cum ſeqq. lib.* 1. *Franciſ. Salern. conſ.*
3. *num.* 6., & 7. videndus, quia refert
formalia verba egregiatum authorita-
18 tum Iuris Canonici, & loquitur pariter
in Imperatore, & alijs Principibus ſuc-
ceſſoribus *Pinell. in rubr. C. de reſcind.*
vendit. part. 1. *cap.* 2. *num.* 27.

Neque hoc licebit ex prętextu, quod
19 priuilegium, ſeù alia conceſſio facta ſu-
peret merita illius, qui fuit priuilegiatus,
in hoc enim conſiſtit Pontificia, Impe-
rialis, ac Regia liberalitas, adeo út exci-
pienti de tali exceſſu, incumbat onus
probandi,in puncto *Roland. cons.* 13. *nu.*
64. *vol.* 3., his enim caſibus iuxta
opinionem Theologorum,ſufficit æqui-
20 ualentia Geómetrica,ùt benè per *Fran-*
ciſc. Salern. cons. 19. *§.* 4. *num.* 41.
Attenta præcipuè,vt dixi, qualitate, ac
dignitate Principis concedentis, cuius
21 reſpectu iuxta circumſtantias quodlibet
minimum ſeruitium,reputari debet ma-
ximum *Seneca lib.* 1. *de benefic. cap.* 6.,
quem refert D. *Thomas* 2.2. *quæſt.* 106.
art. 5., & de Comitiſſa Matilda, quæ
22 dixit aliquantulum terræ tradidiſſe Ec-
cleſiæ,quamuis donaſſet 30. Terræ mil-
liaria, *Rot. deciſ.* 69. *num.* 71. *par.* 7. *re-*
cent. ſufficitq; quod Inferior aliquod
mereatur á Principe de congruo ad
23 conceſſionis irreuocabilitatem, ſicuti
merentur homines à Deo *Franciſc. Sa-*
lern. vbi ſupra, quià non ex eo, quod
ſubditi ſeruitium Principi exhibere te-
neantur, meriti de congruo ceſſat con-
ſideratio, ùt tenent Theologi,quicquid
24 ſit circá meritum de condigno, quini-
mò illa eſt natura gratiæ, ùt ſe coerceri

non patiatur intrá limites ſeruitij ac-
cepti, dùm potiùs cum quodam quaſi
fænore reſponderi debeat ei, qui primò 25
beneficium dedit, exemplo agrorum
fertilium,qui multò plus reddere ſolent,
quám acceperint, ùt egregiè *Rot. deciſ.* 26
358. *num.* 13. & 14. *part.* 6. *recent.*,
& data in remuneratione prò nobilio-
ri ſubſtentatione, & honore Cōceſſio- 27
narij,tanquam conſiſtentia in obligatio-
ne iuſtitiæ,ſunt ad recipientis vitam, &
iuxta materiam ſubiectam perpetua, &
irreuocabilia, *Franciſc. Becc. cons.* 129.
ex num. 44. *cum ſeqq.* latiſſimè *Pelliccion.*
contron. Illuſtr. quæſt. 21. *cap.* 1. & *ſeqq.*,
& in primi Conceſſionarij præiuditiū,
alteri priuilegium, vel beneficium con- 28
ferri non valet, *Aluarus Valaſc. conſult.*
72. *num.* 4. & *ſeqq.*, ex quo quando
res conceſſa ſuum accepit perfectum
effectum,remanet irreuocabilis,ùt opti-
mè per *Bald. cōſil.* 326. *n.* 50. *vol.* 1. vel ſal-
tem his caſibus Princeps teneretur ad 29
excambium, ùt probatur ex Textu in
L. Venditor §. ſi conſtat ff. Communia
prædiorum l. 2. *C. ex quibus cauſ. ſeruitus*
ammittatur, & poſt *Innocent.*, & alios
deducit *Valenzuol cons.* 59. *num.* 47.,
& *cons.* 69. *ex num.* 109. *cum ſeqq. lib.*
1. *Canalcan. deciſ. Finizzan.* 4. *num.* 17.
part. 2. *Capyc. Latr. conſult.* 41. *num.* 2.
& 3. *Burgos de Paz. cons.* 25. *num.* 47.
Roland. cons. 69. *num.* 15. *vol.* 2. *Capyc.*
Galeot. videndus *lib.* 1. *controuerſ.* 52.
ex num 21.

Cæterùm ex hyſtorijs repeti poſſet
memoria Principum,qui acta à Præde-
ceſſoribus non iure facta, reuocarunt,
eorumque paritèr,qui eadem confirma- 30
runt tanquám iuſtitiæ ſubnixa; ſed de
Principibus Eccleſiaſticis poteſt vide-
ri *Platina* in vitis Pontificum, vbi de
Sabiniano, Stephano III. Stephano VI.,
Romano, Theodoro, Ioanne IX. Sergio
III. Ioanne XV. &c. de Iulio II. qui an-
nullauit quædā geſta Alexandri VI. præ-
deceſſoris, meminit *Ruin. cons.* 91. *nu.*
3. & 11. *lib.* 1. *Pariſ. cons.* 82. *num.* 44.,
& 55. & *ſeqq. lib.* 1. de Nicolao III.
qui Carolo Regi Senatoriam dignitatē
abrogauit, quam deindè Martinus IV.
ſucceſ-

successor illi restituit, de Bonifacio VIII. qui priuauit DD. Cardinales de Columna, quos restituit Benedictus XI., qui etiam absoluit à Censuris Philippũ Galliæ Regem, ab eodem Bonifacio excommunicatum, de Bonifacio IX. qui reuocauit quasdam concessiones à se factas. *Card. Zabarella cons.* 147.; de Cælestino V. cuius gesta fuerunt reuocata ab eodem Bonifacio VIII., & Ioanne XXII, ût ait *Iacobatius de concilio fol. 39. col. 2.*, & in dies hoc etiam practicatur; & de Principibus sęcularibus potest videri *Cicero secunda Phylippica*, vbi quomodò tractatum erat de irritandis actis C. Iulij Cæsaris, & quomodò defuncto Sylla, Marcus Lepidus conatus fuerit introducere seditionem super irritandis illius gestis, cui restitit Quintus Catulus, de quo meminit *Valer. Max. lib. 7. cap. 9. de mutatione morum, & fortuna*; de Augusto, qui post deuictum Antonium, omnia, quæ sub Antonio, & Lepido per iniuriam acta fuerunt, vno decreto aboleuit, *Zonaras 2. tom. sua hystoria pag. mihi 162.*, de Domitiano, cuius gesta tanquám iure non subsistentia, fuerunt à Senatu post illius mortem, abrogata, & reuocatio à Nerua successore confirmata, *Suetonius in Domitiano*, *Dion Cassius in Nerua*, idemq; testatur *Eusebius in Chronicis, & in Hystoria Ecclesiastica lib. 3. pag. mihi 58. Paulus Orosius lib. 7. cap. 12. Zonaras vbi supra tom. 2. fol. mihi 199.* vbi etiam quod Ioannes Apostolus à Domitiano in Insulam Pathmos relegatus sub Nerua, Ephesum redijsse fertur.

31 Et quidèm quià Recol. M. Franciscus Censalius meus Germanus olim famigeratissimus Aduocatus in subsellijs Neapolitanis, elegantissimè scripsit in causa, quæ à nostra materia non diuagatur, ideó hic imprimendam curaui, vt tu Amice Lector fruaris, & Ego, quia non iniucundam conspicies.

DEFENSIO LEGALIS

Prò Ciuitatum, & Communitatum, atq; suorum Casalium, & Villarum Demanijs, in Regio hoc Nostro Collaterali Consilio, & apud Suam Catholicam Maiestatem, & Supremum Italiæ Senatum.

REm non nouam aggredior, sed priscis quidèm temporibus ab vniuersis Feudorum Professoribus, admissam, ac in termi- 32
nis contingentis casus dijudicatam; ita siquidē, vt operepretiũ videatur, obsoletã quandóq; controuersiã repetere, & nèdùm quæ in propria & peculiari causa occurrunt aduersús Fiscum, dilucidè, ac conclusiuè recensere prò Fidelissima Nolana Ciuitate, cuius causa nunquã sub inuictissimo, ac Religiosissimo Principe mala esse valet; sed & cœterarum demanialium Ciuitatum & Communitatum iura demonstrare, atq; præ ingenij viribus ab horrida præconis voce tutari, exarando tùm, tùm etiam & exorando; dùm supremam Maiestatem decet, concessa ab ea beneficia perpetuó esse mansura, ac initos, & cælebratos, quantùmuis cum subditis, & vassallis suis contractus, (præsertim data causa onerosa ex pretij redemptione) irreuocabiles, imò immortales esse futuros, & nè in temeritatis notam, siuè inanis prçsumptionis obiectum hæc ipsa decidat supplicatio, ex infrà adnectendis stabilietur in iure argumentis, ex quibus, vel demanij tùm Ciuitatis, quàm suorum Casalium, irreuocabilis ex qualibet causa, constituatur contractus, vel saltim iure prælationis ad Iuitionem eorumdem Casalium (quamuis Casalinensibus inuitis) admittatur, & de eisdem ipsis à Cattholica Maiestate, cuius Realem clementiam, ac vndiqué refulgentem Iustitiam supplex exorat, legitimè inuestiatur.

Prima ergò sit conclusio, quod quam- 33
nis Princeps suprà leges, atq; Plebiscita sit positus, atq; constitutus. *iux. textum in l. digna vox. C. de legibus*; Nihilo- 34
minús tùm pacta, quàm contractus seruare,

uare teneatur, quibus si idemmet Deus
contraheret, suppositus esse vellet, iuxtá
Prophetę dicta in Psalmis: quæ proce-
dunt de labijs meis, non faciam irrita; ita
enim concludunt infrá adnectendi DD.
Baldus in cap. 1. de nat. feud. & ibi om-
35 nes, ac præsertim Card. Alexand., idem
Bal. in l. 2. C. de seruit. & aqua num. 45.
& cons. 327. num. 2. & 3. in primo. Dec.
cons. 488. in fi. & 689. col. fin. Ias. cons.
1. lib. 1. & cons. 86. lib. 3. Felin. in c.
quæ in Ecclesiarum, nu. 62. de constitut.
& in cap. nouit. de Iudicijs, vbi Decius n.
13. & vterq; in cap. 1. de probat. & ibi
etiam Barbosa in collectanea, qui de com-
muni testatur, Bart. & Castr. in l. digna
vox C. de legib. Dec. in l. si quis Impera-
torem 1. notab. C. qui test. fac. Ias. in l.
si testamentum num. 5. C. de test. Roman.
cons. 52. num. 3. & 352. in fine, & 95.
436. num. 16. & seqq. Alex cons. 54. n.
13. lib. 4. Soccin. cons. 120. num. 11. &
seqq. lib. 3. Corneus cons. 284. lib. 4.
Dec. cons. 600. num. 2. & seqq. & 689.
num. 5. Card. Zabarell. cons. 147. Card.
Paris. cons. 1. num. 22. & 87. & cons.
11. num. 47. & seqq. lib. 1. Curt. Iun.
cons 142. num. 7. Dec. plenissimè cons.
25. num. 21. & seqq. lib 1. Iason. cons.
1. lib. 1. Syluester Aldobrandinus vber-
rimè cons. 1. num. 64. & seqq. & n. 29.
& rursùs cons. 158. lib 1. Roland. cons.
13. num. 33. lib. 3. Ant. Gomes in l. 4.
Tauri num. 89. & tom. 2. var. cap. 1.
Pereg. de iure. fisci lib. 1. tit. an habentes
Curiam fisci num. 44. & 45. Gonzal. ad
regul. Cancellariæ gl. 28. vbi plenissimè.
Surd. decis. 43. nu. 11. Sessa decis. Arag.
181. num. 1. & seqq. Rot. Rom. decis. 433.
num. 3. par. 1. in posthabitis Farinac. vbi
canonizatum est dictum cons. 11. Parisij
lib. 1. Afflict. decis. 128. num. 10. &
seqq. Consiliarius de Georgio allegat. 15.
quám edidit aduersùs fiscum conten-
dentem alienari Casalia Ciuitatis Con-
sentiæ sub num. 11.
36 Secunda sit conclusio, ad hanc irre-
fragabilem contractuum obseruantiam,
nè dúm teneri Principem, qui promisit,
verum etiam, & eius Successorem, ma-
ximè cùm contractus sub dignitatis no-
mine foret initus; ita enim conclu-
dunt, atquè secundam hanc conclusio-
nem firmant Diuus Gregor. Papa in ca- 37
non. Iustitia 25. quæst. 1. ibi: iustitia,
ac rationis ordo suadet, vt qui sua à suc-
cessoribus desiderat mandata seruari, de-
cessaris sui procul dubio voluntatem, &
statuta custodiat: & in canone si ea 25.
q. 2. ibi: si ea destruerem, quæ Antecef-
sores nostri statuerunt, non constructor,
sed euersor esse iustè comprobarer. Bald.
in l. qui se patris. nu. 20. vers. hoc scias,
C. vndè liberi; & idem in cap fin. circa
fin. de re iud. & cons 271. 281. 326. &
359. lib. 1. Socin. Iun. cons. 70. nu. 27.
lib. 3. Roland. cons. 13. num. 36. lib. 3.
Socin. cons 4. lib 3. Iason cit. consil. 86.
num. 3. lib. 3. Socin. Iun. cons. 1. nu 69.
lib 4. Roman. cons. 327. num 3. Cra-
uetta cons. 241. nu 17. & seqq. Decian.
d. cons. 25. num. 42. lib. 1. Consiliar. de
Georg. cit. all. 15. sub num. 11. & 12.
Quam conclusionem de indubitabili 38
fore; Primó, vbi non simplex promisio
intercedat à Principe facta, sed forma-
lis contractus sit cælebratus, ob quem
in subditum dominium sit translatum,
& si verba illa legantur: indulgemus,
vel gratum facimus; & quamuis exindè
in reuocatione, potestatis plenitudine
vtatur, & per viam legis, siuè generalis
decreti statuere velit, dixere Bald. & 39
Castren. quos refert, & sequitur Felin.
in cap quæ in Ecclesiarum, num. 49. ex-
tra de constitut & ibid. Anchar. num.
7. & Imol. num. 9. Fulgos. in l. fin. C. si
contra Ius, vel vtil. publ. Iason. cons. 145.
lib. 2. Roman. cons. 352. num. 14. Soc.
Sen. cons. 273. num. 9. & 164. num. 7.
lib. 2. Fulgos. cons. 20. ad fin. Crauet.
cons. 241. sub num. 20. & cons. 276. nu.
7. Card. Paris. cons. 101. num 69. lib. 1.
Vrsil. ad Afflict. dec. 282. sub num. 4.
vbi expendit Dec. Felin. & alios, Card.
in cap. quæ in Ecclesiarum, in 6 quæst. &
cons. 142. Bartol. in 1. constit. ff. nu.
4. & in l. fin. num. 2. C si contra ius,
Angel. cons. 6. num. 3. Alexander cons.
190. num 13. & seqq. lib. 2. Roman.
cons. 3. in 10. princ. Iason. cons. 1. num.
5. lib. 1. Decian. d. cons. 25. n. 49. lib. 1.

40 Secundò, eandem conclusionem ex-
tendendam siuè agatur de directò, siuè
vtili auocando dominio, & siuè de con-
tractu rei allodialis, vel bonorum feu-
dalium, quorum contractum magis
41 fore inuiolabilem, determinauere *Felin.
in d. cap. qua Ecclesiarum, num. 25. ext.
de constitut. Castren. in l. digna vox, nu.
6. in fin. C. de legi 6. Rimin. Iun. cons. 45.
num. 36. & seqq. lib. 1. Paneirol. cons.
185. num. 14. Aldobr. d. cons. 1. num.
88. & seqq. & num. 101. lib. 1. Bart. in
l. iuris gentium §. quinimò ff de pact.
Bald. & Ang. in l. legitima ff eod. Bald.
in d. c. quæ in Ecclesiarum, de constit.
Rimin. Iun. cons. 18. num. 96. Rosental.
de feud. c. 1. q. 5. nu. 10.*

42 Tertiò, iam supra positam conclu-
sionem vlteriùs ampliandam magis
indiuidualitèr ad casum vertentē, quod
Princeps, qui suam fidem præstitit, atq;
pollicitus fuit, Ciuitatem, & Casalia nō
alienare (maximé, quæ suis sumptibus
se redemit, etiam ex plenitudine pote-
statis, & ex causa, minùs valeat proce-
dere ad illius alienationem, atque di-
43 stractionem, testantur *Lucas de Penna
in l. 1. C. de Capit. Ciuit. censib. eximen.
lib. 11. num. 40. Socin. Iun. cons 78 vol.
1. Iacob Rebuff. cons. 146. col. 3. vers quar-
to & longè Afflict. cap. 1. §. ex ea tit. de
legib. Corradi n....Sola ad cōsuet. Saband. in
titul. de pactis inter empt. & vend. num.
62. vers. & maximè, Aymon Cran. cons
141. nu. 9. in fine, vers. rursus ipsa Com-
munitas*, vbi fundat, quod Princeps
etiam de iure diuino, obligatur ad ob-
seruantiam promissi demanij. *Ioannes
Neuizzanus cons. 12. per totum, inter con-
sil. Faudal. Alberti Bruni, Ferdin. Vas-
quez quæst. Illust. cap. 5. num. 14. in fi.
vers. decimò apparet*, in quo loco inuehi-
tur contrá *Capyc. in sua decisione 166.* &
Ferdin Loazes aliter tenentes his ver-
bis: *Sed hæc opinio Capyc. & Loazes, tàm
à veritate longè abest, vt impia iniuria,
& perfidia sit, etiam contra Ius Diuinum,
naturale, & gentium, & palàm egredia-
tur notissimos, & angustissimos terminos
Principatus, vt ex superioribus constat*,
hæc ille, *Octauianus Cacheranus cons. 26.
per totum* idem tuetur, & refert nonnul-
las decisiones Senatus illius Prouinciæ,
Lupus in c. per vestras, adduct. per *Octau.
Amadeum à Ponte in tit. qui feudum dare
possint nu. 17. Cancer. var. resol. cap. 3. p. 3.
in tit. de priuileg. num. 368. Menoch. cons.
426. Suarez allegat. 9.* maximè *à num. 6.
& seqq. Francisc. Salernus nouissimè cons.
19. §. 9. sub n. 125. cùm seqq & in præced.
§. à nu. 81. 82. 83. 84. & 85. cùm seqq.*
quàmuis tamen hæc ipsa non perpen-
dat, sed ex facti serié alitèr causam illam
exordiatur.

Quibus nequè refragantur, siuè ob- 44
stant allegata ex aduersò per *Capyc. cit.
decis. 166. Ferdinand. Loazz. in Responso
Oppidi Muræ, Socin. cons. 4. vol 3. Ia-
son. cons. 227. Raphaelem Fulgos. cons. 20.*
& nouissimè *D. Regentem Capycium Ga-
leotam* in suo, quem inscripsit, libello *de
Principis potestate, circa renocationem
Priuilegiorum*, post *Loffred. & Camillum
Salernum*, in locis intrá reportandis.

Si quidèm validissimè excipitur, quod 45
de decisione *Capyc.* non sit magni fa-
ciendum, cùm minus fuerint in præci-
tata decisione perpensæ, siuè discussæ
doctrinæ iam supra sigillatim reporta-
tæ, quas etiam degustauit *Vasquez dicto
cap. 5.* dùm *sub num.* 14. indiuidualitèr
ad *decisionem Capycij* respondet, & ver-
ba illa adnectit, quæ in superioribus in-
diminutè fuerunt transcripta, ex quibus
concluditur, *Capycij decisionem* esse con-
trá ius Diuinum, naturale, & gentium,
& palàm egredi notissimos, & augustis-
simos terminos Principatus,

Nec de consilijs *Socin. & Iason.* aliqua 46
est habenda ratio, ex quò in illa causa,
in quo patrocinium præstiterunt, con-
trarium fuit decisum, & decisio trina
decisione extitit approbata, itá quòd
minus de eorum dictis sit curandum, vt
testatur *Cacher. in allegat. cons. nu. 35.*

Nequè similiter in consideratione 47
esse valet dictum *Ferdinandi Loazes*. Pri-
mò, quia loquitur in gratuito Priuilegio
demanij, nos veró versamur in contra-
ctu oneroso, & in Ciuitate, quæ pecu-
nia mediante acquisiuit libertatem, &
spontè (quòad iurisdictionem immedia-

tam,

tam, Reg. Curiæ se subiecit) ; Secundò, quia, quicquid scripsit *Loazes* in præc. *cons.* ex causæ affectione processit, siquidem in lecturis contrarium docuit, in repetitione nempè *l. filius familias. §. Diui num.* 105. vbi tuetur, quod Vassalli, etiam in casu permisso, non possint alienari á Principe, quandò præcessit pactum de non alienando, & allegat *Bald. in cap.* 1. *§. præterea, de capitul. Corradi*, Quin & *cons.* 20. *Fulgosij* potiùs nostræ conclusioni, quàm Fisci opinioni suffragatur, prout legenti patebit.

48 Et, vt sic etiam minùs veniant attendenda, quæ *Dominus Reg. Capycius Galeota in præcit. suo libello*, summo ingenij acumine, suadere enixus fuit, cùm nouissimè sigillatim ad singulas per eum adductas doctrinas, atq; reportata argumenta, & rationes, nominatim respondeat *Francisc. Salernus Doctor Siculus*, admirabilis ferè lectionis in *suo consilio* 19. *§.* 3. *&* 4. *cùm seqq.* cuius dicta non transcribo, cùm latiùs infrà veniant repetenda, atq; ad exactum examen reuocanda aduersùs eiusdem *D. Regentis Galeotæ* argumenta, rationes, atq; Docto-

49 rum authoritates; *Loffredus* verò in suis paraphrasis feudalibus in *versic. nec Dominus fol.* 65. *artic.* eundem impugnare conatur, ex pluribus.

Primò, quia consensus Domini facit alienationem valere, quod roborat, dùm Rex nouas constituere potest dignitates.

Secundò, quod sicùt alienatio, inuitis vassallis prohibetur, itá & diuisio Ducatus, & tamen etiam dignitatum diuisio cum consensu Regis fieri valeat.

Tertiò, ex eo, quod vassallus Domino volente, possit feudum refutare.

Quartò, quod prò nostra conclusione, firmata, obtineant, vel obtinere valeant, quandò Dominus vendat vassallos retento Territorio, at secùs quandò alienet, & distrahat totam Curiam, quia poterit, etiam vassallis inuitis.

50 Sed tamen *Loffredi* fundamenta confunduntur, ex adductis per eundem, qui loquitur in casibus, in quibus adest consensus Domini, & vassalli, ergò deficiente consensu vassalli, alienatio non procedit, iuxta conclusiones iam supra firmatas, quas in terminis, quod nè dùm assensus Dñi, sed quod neq; inuestitura Domini aliquid operetur contrà voluntatem vassalli, comprobat *textus in c. si quis, tit. quo tempore miles.* vbi legitur, *si quis fecerit inuestituram, vel cambium de beneficio sui militis sinè illius consensu, cuius fuit beneficium, pro non facta habetur*, cùm vassalli Regij demanij, ipsimet sint Feudatarij opera prioris Domini soluentes, vt proindè inuiti, ad alium trasferri non possint, iuxta nostram fundatam, & inconcussam conclusionem.

Et quámuis *Loffredus* contendat, atq; summis viribus nitatur *Neuiz. cons.* 12. retrahere, ad suę sententiæ placita comprobanda, nihil, relegatur quęso *Neuizanus in præcit. cons. num.* 107. *&* 109. *cum seqq.* vbi innumeris iuribus, ac Iurisconsultorum autoritatibus, nostram fundat conclusionem, quod feudum, vassallis inuitis, alienare non possit, hocquè adeò verum sit, vt subditi, quámuis in casu necessitatis, & cùm Curia venditi, non possint cogi iurare fidelitarem, & forent laudandi, si à tali potestate, siuè per dolum, siuè per fallaciam quocumq; modo se redimerent, & priori supremo Domino redirent, ex *Igneo in l. donationes* 11. *col. C. de donat. int. vir. & vxorem*, quinimò *Neuiz. ibidem, sub num.* 112. *&* 113. ex alijs firmat, quod tali casu subditi resistere valeant, neq; somniauit vnquam (prout falsò tradit *Loffredus*) non negare, talem alienationē posse fieri cum Vniuersitate, vassallis inuitis, prout est videre ex toto illo *cons.* 12. vbi *in fine* ponit arrestum, siue sententiam, qua declaratum fuit, fructus Castri concessi, esse capiendos per Cōcessionarium à manu Thesaurarij, seù Præceptoris Generalis Comitatus Astensis, & Iurisdictio d. Villæ, & Territorij omnimodò exerceatur per Officiarios Comitatus Astensis, seù eius loci, vt prius fuerunt assueti, sicquè nostra conclusio, quod vassalli non alienentur inuiti, satis firmatur etiam ex *Neuizani* dictis, atquè relata decisione 51

aduersùs Loffredi placita, atquè *iam suprà* reportata argumenta, *Camillus Salernus addendo in Proœmio Neapolit. Consuetud. in versic. magna est Principum potestas, fol. 44. lit. C.* & si nostram conclusionem verbotenùs firmare videatur; attamen tribus adductis fallentijs eam rèuera eneruat. Primò siquidem, quandò tota Curia, Territoriū, & Iura feudalia alienantur; ea ratione, quia multa cum Vniuersitate transeunt, quæ separatim minus transire, & sic alienationem, quàmuis inuitis vassallis, valere concludit, ex *Baldo cons. 327. lib. 1. & cons. 29. lib. 3. Guid. Papa decis. 239. Afflict. decis. 265. num. 33. Ducnna in prima limitat. sua regula 215.* quin & etiam in rusticum inferiorem, alienatio fieri valeat, iux. *Isernia* sensum *in cap. si quis fuerit, num. 2. tit. quo tempore miles.*

52 Verùm, quod attinet ad auctoritates, quibus firmatur hæc prima fallentia: Respondetur, *Bald. in d cons. 327. ex pluribus nostram tueri conclusionem, & eandem firmare in consilio 324.* (dùm ibi legitur) *Item laudabile puto, & fortè necessarium, quod interueniat consensus hominum illius Ciuitatis, cuius status mutatur, vel quod in manus Feudatarij iurent*, & notatur in *l. inuitus ff de fideicommiss. libertatibus* & in *l. Titius, ff. de actionib. empti*, sicquè dùm præallegata iura nobis suffragantur, minus refragantur *Baldi dicta*, prout *Salernus* æquiuocè contendit; *Guid. Papa in praalleg. decis. 239.* vbi addentes, hoc voluit, quod Dominus sinè voluntate vassalli non possit ius suum in alium transferre, vndè nostram firmat conclusionem, tùm ibi, quàm in alia *decis. 560. Afflict. in decis. 265. sub nu. 33.* hoc tantùm dixit, vt valeat alienatio, quandò fieret in æquè idoneum, vel maiorem; At, quæ nàm æqualitas, vel comparatio excogitari valet intèr inuictissimum Regnātem Nostrum PHILIPPVM IV. & priuatos homines? verè nulla: quàmuis Regia foret Maiestas; quinimò *Afflict.* ipse in *cap. 2. tit. quo tempore miles, in fine* dixit, quod si quis promisit aliquam Ciuitatem in demanio tenere, si non sit eius hęres, valeat ipsius vtile dominium alienare; sed qui hæres sit, minus possit, & promissa prædecessoris seruare debeat; *Ducnnas in pracit. sua regula 215.* cùm eandem ipsam limitet, vt per *Camillum Salernum*, neq; obstat, quia alloquitur, quando vassalli alienantur de per se, & sic cum eorum consensu; prout etiam excipiendus venit *Iser. in locis* ex aduerso allegatis, cùm simplicitèr alienari posse tradit, vt vera sint eius dicta, quod vassallis consentientibus, valeant quidem ipsi alienari etiam in rusticos inferiores, cùm si aliàs intelligeretur, sibimet aduersaretur in locis iam suprà adductis, vbi expresśe concludit, vassallos inuitos alienari non posse.

Secunda fallentia, quam ad nostram cōclusionem adducit *Camillus Salernus*, in eo fundatur, quod ex necessitate vassalli alienentur inuiti, secundùm *Alex. in cons. 25. nu. 21. lib. 5. & Iacob de Arena, & Bald. in l. 2. in princ. ff. sol. matr.* sed verè nec *Alex.* nec *Iacob de Arena*, vel *Bal.* in his terminis fuerunt loquuti, vbi vassalli per alienationem, deterioris efficerentur conditionis; sed vbi vassallus Regius vendatur Baroni, deterioris efficitur conditionis; Ergò ipsimet etiam in casu proposito, concludunt, Vassallos inuitos alienari non posse. Ex quibus etiam resoluta manet tertia eiusdem *Camilli Salerni* fallentia, quæ respicit consuetudinem vendendi vassallos inuitos; vel quia eiusmodi consuetudo non fundatur, præsertim vbi vassalli ex causa onerosa sub immediata Regis iurisdictione fruerentur libertate, vel si adesset, erronea foret, atq; periurij nutritiua, ideoq; nulla, secundùm *tex. in cap. fin. extrà, de consuetud.* & iuxtà fundata, atq; in superioribus demonstrata post *Neuizan. in pracit. cons. 12. inter consil. Bruni*, qui consuetudinem vendendarum Ciuitatum improbat, de quo meminit nouissimè *Salern. pracit. cons. 19. §. 5. à num. 87. & 96.* vbi damna recenset huius improbæ consuetudinis. 53

54 Hæc conclusio, quæ omnibus ex aduerso resolutis argumentis, atq; dispunctis,

ctis, siuè Fęudistarum, siuè Ciuilistarum DD. auctoritatibus, satis vltra verior, atq; communior apparet, nedùm grauioribus firmatur DD. authoritatibus; verum etiam, & melioribus fulcitur rationibus, atq; iurium indiuidualibus responsis, quibus ducti, tum à nobis præcitati Doctores, tùm etiam innumeri alij infra recensendi, eam amplexati fuere.

Primò namq; ea ineonuincibili ratione suadetur, quod ius Domini, & vasalli à pari procedunt, ad *tex. in cap.* 1. *§. ex eadem lege, tit. de lege Corradi*, vbi *Aluarot.* & notat *Bald. in cons.* 188. *vers & ad Dominum pertinere, lib.* 2. vbi quod ad Dominum pertinet consulere, non solùm sibi, sed etiam subditis, quia connexus est Status eorum, *Afflict. dec.* 24. *sub n.* 24. *vers nam Dominus Rex*, qui ampliat etiam respectu reum, in quibus Dominus tenetur subditis auxilium præstare, *Brun. cons.* 109. ergò, sicut vasallus, & subditus non potest fęudum alienare, nec se ipsum in alium transferre in præiudicium Domini sine eius cōsensu, secundùm *Innoc. in cap. olim, il secondo, de restit. spoliat. Abb. in cap. cùm dilectus, de religios. domib.* & *Socin. cons.* 59. *col.* 2. *lib.* 3. vbi etiam, quod vna Ciuitas non valeat se alteri Domino subijcere sine consensu Domini, nisi esset destituta omni auxilio Domini sui, de quo etiam per *Bald. in cap.* 1. *col.* 4. *de iudic. in* 2. *lect. Brun. cons.* 86. *col.* 1. quinimò Domino actio competat ad vindicandum subditum, si alteri se subijciat, siuè vero Domino obedientiam recuset, secundùm *Io. Fabrum in §. praeiudiciales, col.* 8. *instit. de action. Abb. in cap. inter quatuor, col. fin. de maior. & obed.* eodem modo non debet Princeps, vassallos, siuè subditos inuitos in alium transferre, cùm á pari procedāt; ideoq; si inuitos distrahat, & alienet, contractus sit nullus, vt præscribit *tex. in c.* 2. *tit. quo tempore miles*, vbi per Scribentes, maximè si subditi per talem alienationem, deterioris reddeventur conditionis, vt potè, cùm in minorem distrahātur Dñm, prout tenent *Innoc. Hostien. Ioan. Andr. & alij* in præall. *cap. dilecti, de maiorit. & obed.* de quibus meminit nouissimè relegendus *Mastrillus tract. de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 10. *sub num.* 35. *& seqq* inferiùs sigillatim, & per formalia verba erunt expendendi.

55 Secundò, indè magis suadetur, quod vassalli non alienentur inuiti, sed omni iure indulto, ac concesso, maximè ex causa onerosa demanio potiri valeant, quia eorum interest, duos Dominos nō habere mediatum, & immediatum; sic etiam quia interest, non subijci subsidijs, ac præstationibus, quæ de iure, & consuetudine præstantur Baronibus; sic etiam, quia interest manere sub potentiori, & nobiliori Domino, iuxtà ea, quæ expendit doctis. *Praeses de Franch decis.* 17. *sub num.* 1. *&* 2. ergò meritò sunt audiendi, nè fiant deterioris conditionis, & nè mutent eorum statum, & ne subijciantur obsequijs, & oneribus Baronum.

59 Diximus, etiā fulciri hanc ipsā nostrā conclusionē indiuidualibus quidē iuriū siuè fęudalium siuè Ciuilium, ac singularibus Iuris Consultorum responsis, qui in proprijs terminis conseruandi demanij, respondere; vndè libet ea per compendium recensere, præter adducta in superioribus, vt vndiquè magis conclusionis veritas, & demanialium Ciuitatum Iustitia refulgeat, ad propriam tutandam libertatem, quæ toto non venditur auro, maximè hisce calamitosis temporibus.

Primò ergò se offert *tex. in cap.* 1. *§. ex eadem lege, tit. de capit. Corradi*, vbi Dominus sine voluntate vassalli fęudum alienare non potest.

Secundò, *text. in cap.* 1. *§. praeterea Ducatus, vers. nec Dominus, tit. de prohib. feud. alienat. per Feder.* vbi habetur, Nec Dominus sine voluntate vassalli ad alium transferat.

Tertiò, *text. in cap. si quis, tit. quo temp. miles*, ibi: *Si quis fecerit inuestituram, vel cambium de beneficio sui militis sine illius consensu, cuius est beneficium, pro non facto habetur.*

Quar-

Quartò, in Longobardis est *tex. in l. in nomine, §. finè, in l. in super, tit. de benefic. & tribut.* ibi: *Prohibemus, vt vassallus senior de beneficio suorum militum, cambinm, aut praearium, aut libellum sine eorum consensu facere præsumat.* & quamuis hæc duo iura nouissima, loqui videantur in possessorem feudi, attamen idem esse debeat in Vniuersitate effecta de demanio, cùm ipsa sit vti illius vtilis dominij domina, licét sub Regis directo.

57 Postquæ iura comprobat *glosa singularis* communi voto recepta *in l. inuitos, ff. de fideicom. libertatibus*, quæ vt sic dicit: *Dominus non potest in alium alienare ius vassalli, vel feudi, inuito vassallo*; *Glos. in auth. vt non fiant pignora tiones, in vers. formam, col. 5. Glos. in cap. dilecti, extra, de maior. & obed. Iacob. de Beluis. Petr. de Rauenna, Præpos.*

58 *Alnarot. Martin. Raudens. de cæteri Seribentes in* præcit. *§ ex eadem lege, Isern in cap. 1 § nec Dominus, nu. 47. de prohibit. feud. alienat. per Federic.* ibi: *Homo ergò demanij, si datur per Principē, defendat se, quia interest sua non habere plures Dominos, & est publicæ vtilitatis, vt Rex habeat vndè viuat, & non conuertatur in grauamina subiectorum, &c. Afflict. in d. tit. in 3. notab. num. 59. & 60.* ibi: *Rex ex naturali ratione non potest vassallos demaniales, eis inuitis, donare in Baronem, Bald. in cap. 1. §. in generali, tit. si de feudo fuerit controuersia inter Dominum, & agnatum*, ibi: *Rex Francorum non alienat Ciuitatem, inuitis Ciuibus; &c.* & allegat *Hostiens. in d. cap. dilecti, extrà, de maiorit. & obed.* vbi etiam *Fe-*

59 *lin. Anton. Sola ad Constitut. Sabaudiæ, de pactis inter emptorem, & venditorem num. 65. & 66.* loquitur in vassallis demanij, qui dantur Inferiori in feudum; & respondet, quod meliùs & tutiùs est esse sub trunco, quam sub ramis; *Conarr. in cap. quamuis, par. 2. §. 2. num. 4.* expressè loquitur de demanijs Regis Nostri Hispaniarum; *Alciat. cons. 7. lib. 3.* aliàs *cons. 177.* nedum loquitur de demanialibus, sed quia illi demaniales habebant promissionem nō alienandi, dicit, quod possunt recusare nouum Dominum; *Crauet. cons. 241.* loquitur de vassallis Brigiæ de demanio Ducis Sabaudiæ, qui est Rex Cypri, & qui habebant pactum, & promissionem de nō alienando; *Menoch. consil. 279. lib. 3.* loquitur, post alios Consulentes, ad instantiam Ciuitatis Montis Realis, ex eo, quod Dux Sabaudiæ alienauit municipium Baptistæ, de membris dictæ Ciuitatis demanialis, & mouetur, stantibus promissionibus antiquis de non alienando; *Rursat. cons. 60. lib. 1.* loquitur de Terra Torgi alienata à Duce Mantuæ de Statu Mōtisferrati, cui erāt factæ promissiones de eam tenendo in demanio, & nulli infeudando; *Menoch. idem cons. 416. lib. 5.* loquitur de Terra Longini, quæ habebat promissionem de non alienando, *Curt. Iun. cons. 174.* loquitur de Castro Casarucij de demanio Ducis Mantuæ quod habebat promissiones nō alienandi; *Ripa respon. 10. de diuersis refer.* loquitur de Castro Orgonensi demaniali cuiusdam Comitis, cui idem Comes fecerat pactum, & promissionem iuramento firmatam, de nō alienando; *Anna alleg. 27.* loquitur de vassallis Regis nostri, vt *num. 19.* vbi homo demanij potest dicere: *nolo esse Baronis*; & si tamen *allegat. 69.* controuertat, in alio casu, quia vassallus receperat nouum Dominum sine contradictione; *Consil. de Georg. alleg. 15.* loquitur de Casalibus Cosentiæ demanialibus Regis nostri, quæ Fiscus Regius contendebat, posse vendere, & à demanio segregare; *Socin. Iun. cons. 78. lib. 1.* loquitur de vassallis, quibus erat facta promissio non alienandi ex causa onerosa in vim contractus ob magnam pecuniarum summam solutarum Domino ab eisdem vassallis; *Purpur. cons. 548.* loquitur de vassallis demanialibus Principis Odelangi, infeudatis in inferiorē, & minus dignum, & respondet, quod homines demaniales poterāt se opponere, *Camillus de la Ratta cons. 86. à num. 82. vsquè ad num. 122.* pro demanijs seruandis respondit, & comprobauit in suo Theatro Fęudali *tom. 2. par. 11. de iurib.*

iurib. Princip. super feudo, dilucid. 29. vbi à num. 2. cum seq. singulares rationes, & argumenta expendit, quod Rex ex nulla causa etiam necessitatis, priuilegium demanij valeat reuocare, sed quod sua promissa tàm ipse, quàm sui successores seruare teneantur; & sub nu. 13. exclamat, quod priuilegium cuiuscunq; Terræ reemptæ, ac receptæ ad demanium, nèdum sit fauorabile vassallis, sed etiam respectù Regis Regni, cùm vnio fęudi ad Coronam, seu ad demanium Regium, fauor sit ipsi Coronæ, & Regno, secundùm Inno. in c. inter dilectos, de excess. Prælat. & Bald. in cap 1. de feu. Marchia; Quin & hinc gl in const. Regni, consuetudinem prauam, subdat, quod si daretur fæudo dominanti loquendi facultas, peteret membra, ac partes sui corporis reintegrari, & congratularetur reunione facta ex ipsis, & sequitur Lucas de Penna in l. originarios C. de Agricol. & Censit. lib. 11. & Bald in d. c. 1. de feudo Marchiæ, subdit, quod quandò fęudum reuertitur ad Dñm, censetur fertilior annus, & non noua acquisitio, Quin & Salernus præcit. cons. 19. §. 9. licet hæc ipsa non expendat, addit tamen damna, & præiudicia, quę Reali Coronæ contingunt ob distractionem vassallorum, & Ciuitatum demanialium, siuè in seruiendo, siuè in obsequendo, & signantèr sub num. 129. & 130. Belluga in Speculo Princ. rubr. 9. à num. 28. vers. & scias, quod in contractu Principis, vbi ex parte accipientis daretur pecunia Principi, & quandò Princeps vteretur verbo, indulgemus, esset venditio, & contractus irreuocabilis, argumento C. de præd. Curialium, l. fin. lib. 11. & elegantèr rescribit Bal. in l. qui se Patris. C. vndè liberi, &c. & sub num. 30. & 31. vers. sed hoc tamen limitauerunt, quotiès iurisdictiones transeunt in vim nudi priuilegij non transeuntis in contractum, quia si data pecunia, tunc esset contractus, & haberent locum, quæ diximus in alijs contractibus Principis, quià quàmuis antiquo iure iurisdictiones non essent in commerciò, neq; possent vendi, vel in contractum deduci; attamen hodiè consuetudine est vsurpatum, & omnes contractus in illa cadunt, vt notat idem Bald. in §. ead. tit. de lege Corradi in feud; Nimirum ergò, si in iurisdictionalibus est idem ius; ex his igitur causis supplicatur Rex in Curia, vt iuret foros, & priuilegia, & consuetudines Regnorum, & illa iurat in plena Curia, vt diximus.

60 Hinc quàmuis D. Regens Capycius Galeota in præcit. suo libello. Primò verissimam dicat hanc assertionem, cum causa est commensurabilis, atque æquiualens rei concessæ, falsam tamen contendit, cum idem non accidit; tunc enim putat priuilegium reuocabile existimandum, citatq; præcipuè Felin. in c. nouit. vers. nunc transeo, num. 10. de iudicijs, Ruin. cons. 173. num. 10. lib. 1. & alios, quos non repeto; Nihilominùs vt eruditè aduertit Franciscus Salernus in præcit. consil. 19. §. 4. sub num. 41. vel D. Capyc. Galeota requirit æquiualentiam Aritmeticam in re, de qua agitur, vt potè nè minimum quidem res, siuè priuilegium concessum excedat causam, atq; hanc æquiualentiam exigi, impossibile est, quandoquidèm hominis intellectus de huiuscemodi indiuisibilibus, dijudicare minimè valet, vel exigit æquiualentiam Geometricam, pura vt merita proportionem quandam habeant ad rem concessam, & hanc quidem omni iure admittit idem Salernus d. § 4. sub nu. 42. 43. & 44. vbi adducit Accurs. in l. sed & si susceperit, in verb. modicum, ff de iud. docentem, modicum quippiam dici respectu personarum, sicuti subdit idem Accursius (ait Comitissa Matilda aliquantulum terræ concedo illi Ecclesiæ, quæ tamen in vigintimilliaria extendebatur) & post Tyraquell expendit Barbat. in c. sedes, de rescript. dicentem, se substinuisse quandam donationem à Principe factam ob merita, quæ ob id impugnabatur, quod merita tantæ donationi non responderent, nam satis est (inquit) ea respondere liberalitati Principis, quæ maior esse debet, quam alterius priuati, & 61

inopis,

inopis, & post *Tiraq. & Barbat. meminit de Menochio cōf. 1003. n. 63. lib. 11.* & in cōtingenti casu arbitratur, Geometricā illam æquiualentiā deduci valere ex conditione Remunerantis, non verò tantùm ex rebus ipsis, atq; in se ipsis consideratis; Iterùm ex parte donatarij, aut priuilegiati perpendendas esse circumstantias, quæ meritum ipsum, siuè præstitum obsequium comitatæ sunt, vtpotè tempus, quo illud exhibitum est, si scilicet fuit opportunum, difficultatem, quæ in eodem exhibendo adfuit, locum, in quo fuit præstitum, Merentis nobilitatem, aliaq; huiusmodi, ac præsertim eiusdem affectum, quo illud præstitit, quem præcipuè considerandum docuit *Sanctus Thom. 2. 2. quæst. 106. art. 5.*
62 *atq; ideò Seneca lib. 1. de beneficijs c. 7. quem idem S. Thom. in argument.* sed contrá, laudat (nonnunquam ait, magis nos obligat, qui dedit parua magnificè, & qui exiguum tribuit, sed libentér) sicq; concludit *S. Thom. in fin.* gratiæ recompensationem, attendere magis affectum Dantis, quàm effectum; & *in responsione ad primum*, docet, Beneficium, secundum quod est laudabile, & prout ei gratiæ recompensatio debetur, materialitér quidêm consistere in effectu, sed formalitér, & principaliór in voluntate, vndè *Seneca dicit lib. 1. de benefic. cap. 6. beneficium non in eo, quod fit, aut datur, consistit, sed in ipso dantis, aut facientis animo,* & idem *D. Thom. in respons. ad secundum*, vult, nòn requiri in gratia eam æqualitatem, quæ ad iustitiam exigitur, & in *responsione ad 3.* ait, quod licèt affectum huiusmodi per se solus Deus introspiciat; attamén secundùm quod per aliqua signa manifestatur, possit etiam ipsum, homo cognoscere, & hoc modo, affectus Benefacientis cognoscatur ex ipso modo, quo beneficium tribuitur, vtpotè, quia gaudentér, & promptè aliquis beneficium impendit.

63 Secundò, instat *D. Regens Capycius Galeota*, vt priuilegia remuneratoria omninò destruat, non dari, nec cognosci merita subditi ad suum Principem relata, quæ præmio aliquo videantur rependenda, cum quæcunq; obsequia, subiectus Principi præstet, ea omnia eidem debeat, secundum doctrinam *Diui Thomæ 1. 2. quæst. 7. art. 5.* sicque subdit idem *D. Capycius Galeota*, filium de parentibus non mereri, neq; de viro vxorē, ac expendit *D. Præsid. de Franch. decis. 428. num. 5.*

Cęterum, & hæc ipsa argumentatiō, eo distinctionis genere facillimè dilui valet, quod vel idem *D. Regens* inter recensitas personas neget meritū condignum, concedatq; congruū, vel vtrumq; inficietur, si primum eligat, satis superq; nobis est, at verò si eligat secundum, apertè indè conuincitur quod etiam homines de congruò á Deo quippiam merentur, & si tamen nihil prorsùs de condigno acceptum ferri valeat, secundùm ea, quæ pluribus adductis, ac cumulatis Theologorū responsis, concludit idem *Saler. d. cons. 19. §. 5 sub num. 66. 67. & 68.* vbi fundat, quomodo de congruo homo à Deo aliquid valeat mereri, filius à Patre, vxor á marito, seruus, siuè vassallus á suo Domino; ea siquidem ratione, quod licèt filius parti, vxor viro, seruus Domino obsequi teneatur, quia tamen re ipsa possunt id non exequi, quin & contrarium præstare, cum ad id habeant Phisicam libertatem, tum quo ad exercitium, quàm quo ad specificationem, sequitur omninò eos de congruo mereri, cùm re ipsa obsequatur, secundum *D. Thom. in 2. 2. quæst. 114. art. 1. in responsione ad tertium*, ac Secundùm ea, quę latissimè prosequitur idem *Franciscus Salernus in præcit. §. 5.* post *num. 60.* quæ nō repeto vti minus necessaria ad contingentem casum, qui satis fulcitur ex *tex. in cap. intellecto, extrà, de iureiurando*, vbi expressim reuocantur alienationes à Rege Vngariæ factæ in præiudicium Regni sui, & contrà Regis honorem, quamuis iuramento ab eo fuerint affirmatæ. 64

Et licèt *idem D. Reg. Capycius Galeota* denuò insurgat, ac præcitati *Textus* sanctionem, de vtriusq; dominij alienatione, sicq; totius iurisdictionis translatione, 65

tione, & non de solius vtilis dominij distractione, (vt in feudi concessione euenit) forè excipiendum, contendat, ac nonnullos DD. suæ opinionis dicat asseclas; Nihilhominus si cumulati per
66 ipsum DD. attentè perlegantur, dignoscetur quippè, prorsùs nihil eos docere, quod suæ suffragetur sententiæ, sicquè præsertim relegatur *Bald. in l. 1. C. vndè cognati*, & *Innoc. in cap. Grandi de supplenda negligentia Prælatorum*, quos prò se refert, & dignoscetur, ipsos nè verbum quidém hac de re attigisse;
67 Præterquàm quod *Franciscus Salernus in pracit. §. 5. sub num. 128. & 129. cum seqq.* tùm rationibus, quàm authoritatibus eam refellit sententiam, quæ substinet, citatum *Capitulum* solùm loqui de vtriusq; dominij alienatione, ac totius iurisdictionis distractione, & non de vtili dominij tantùm translatione.
68 Tertiò & tandém per *D. Capycium Galeotam* roboratur causa reuocandi priuilegij demanialis ex publica vrgēte, siuè imminente necessitate, vt supremi Nostri Regis, ob vniuersalem maximè fidei, & Religionis tuendæ vtilitatem indigentijs subueniatur, quam sanè publicam vtilitatem, quin & necessitatem Rex in suis litteris exarauit, cùm distrahendi huius nostri Regni demaniales Ciuitates, facultatem fecit, atq; mandauit.
69 Attamén quamuis publicæ, ac communi omnium vtilitati, publicæquè necessitati, ab omnibus sit subuemendum, non tamen ab vno solùm, vel à paucis quibusdam erit consulendum, cùm alioquin distributiuæ Iustitiæ contrauenia-tur; vt vbi communis sit necessitas, non tamen commune sit quoq; remedium; sed ad nonnullos quosdam restringatur id, quod distributiuæ Iustitiæ præcepta non patiuntur, prout de vectigalibus ratiocinator Caietanus *verbo vectigalia iniqua*, docens, eorum formam conuenientem in eo sitam, vt communia sint omnibus & referantur ad vnius cuiusq; bona, gerendaque negotia, nè, scilicet, alter plùs alterò iniuria grauetur, & facit insigne. Innocentij Papæ rescriptum *in cap. accedentes extra de præscriptionibus*, ibi, *volentes autem, vt quod omnibus imminet, ab omnibus comportetur*; Et tamen contrarium apertè foret, vbi miserrimarum demanialium Ciuitatum distractione publicæ necessitati, siuè cōmuni vtilitati remedium quæreretur, prout obseruat *Vasquez Menchaca in locis iam supra adductis*, cuius verba, & doctrinam transcripsit *Francisc. Salern. pracit. cons. 19. §. 6. sub num. 93.* præsertim *cap. 5.* vbi docuit, id esse penitus obseruandum, cùm publica aliqua causa cuipiam, quod suum est, tollitur, nè scilicet cæteri huius, illiusue damno locupletentur; Quæ sanè fuit ratio, cur ius nobis contrà eum, repetitionem impartiatur, qui damno nostro locupletior effectus est, *ad tex. in l. vndecima §. si eidē ff de transact & in l. iure succursum, ff. de iure dotium, in fine*; Quin & faciunt prò huiusmodi obiecti resolutione, quæ iam suprà fuerunt exarata, quæq; hic non repeto, cùm satis ex ibi dictis, & hic fundatis, eidem sit satisfactum; Sed tantùm addo, ita in terminis respondentes *Anton. Eugen. cons. 50. num. 39. Raph Fulgosium cons. 20. num. 7. circa medium*, & alios, quos cumulat *Cancerius variarum resolut. cap. 3. part. 3. num. 84.*

Tertia principalis sit conclusio, Ciuitates demaniales si fuerint alienatæ, 70
siuè si earum Casalia, vel Suburbia fuerint distracta, ac se redimere velint, omninò forè audiendas, ac ad redemptionem admittendas ipsorum Casaliū, vel Suburbiorum, nihil obstante iuris luendi venditione, ac quàmuis contractu perfecto, atq; dominio in emptorem translato; ita enim testantur, ac secundum Iuris Fæudalis veros tramites, tuentur *Ioannes Faber in §. nec Dominus in stit. de noxal.* quo loci satis hanc conclusio 71
nem exornat *Neniz. in pracit. cons. 12. Andr. de Iser. in §. præterea ducatus, vers. nec Dominus in prim. & 2. quæst. tit. de prohibit. feudi alienat. per Federicum*, vbi finalitér concludit, quod semper interest vassalli, vt seruetur æqualitas, & potest vassallus dicere, *ego nolo*

O *esse*

esse vassallus alterius, quam Regis: interest enim mea, non adijci seruituti, sed in primaeua seruari libertate, Conar. in d. cap. quamuis part. 2. *§.* 2. *sub num.* 4. qui allegat *Hostien. Felin., ac Hipolitum de Marsil.* quin & expendit *tex.* apertum *in l.* 2. *C. de patrib. qui filios distraxerunt,* vbi, si filius liber venditur á patre ob necessitatem, quia efficitur seruus, ideó offerendo pretium, potest filius ad pristinam libertatem redire, quia de libero, ex venditione fuit effectus seruus, & sic eius conditio facta deterior, quia libertatem amisit, *Camillus de Larata* nouissimè *in suo Theatro Feudali tom.* 2. *par.* 11. *dilucid.* 27. *sub num* 39. *&* 40. ac *dilucid.* 28. *à nu.* 15. 16. *cum seqq.* idem *Camill de Larata in suo consil.* 84. *sub nu.* 21. *&* 22. respondẽdo, quomodò hoc in casu sit dare Vniuersitati restitutionem aduersùs sententiam, atq; contractum propter pupillos, aliasq; personas priuilegiatas, ex doctrina *Bald. Salicet. & Castren. in l. Respublica, C. si aduersus donationem*; atquè ex alijs *Doctorum* placitis, quæ hic non transcribo, sed tantùm addo, ex profectò eundem ipsum de *Larata* in alio suo *cons.* 86. eandem prælationis causam pertractasse *à num.* 38. *&* 39. *vsq; ad num.* 77. *& per totum, Francisc. Saler.* nouissimè in præcit. *consil.* 19. §. 10. *à num.* 136. *&* 137. *vsq. ad num.* 149. *per totum*, vbi singularitèr probat, quám legitimè Ciuitati competat ius illud congrui, siuè retractus, præsertim ab extraneo emptore; & nè dùm argumenta recenset, quibus hæc nostra fulcitur conclusio: Verùm etiàm & DD. cumulat, ex quibus indubitata redditur, ac vlterius sub *num.* 142. meminit de *Baldo, & Tyraq.* & *sub num.* 145. de nostro *Præsid. de Franch. decis.* 17. *sub num.* 2. *&* 3. post quem rationem reddit, quia Vniuersitatum interest liberari á seruitijs, ad quæ vtili Domino tenentur, & sub *num.* 146. recenset *Didaci Couarr. verba in præcit. c. quamuis pactum, par* 2. *§.* 2. *num.* 4. *de pact. in* 6. & si (inquit) Dominus ex causa necessitatis velit eã Ciuitatem alienare, admittendi sunt homines hi ad emptionem libertatis, si tantundem dare velint Domino, quantum ab alio emptore, vel pollicitum, vel solutum fuerit) & sub *nu.* 147. satis firmat, hanc se redimendi facultatem, quæ propria est Ciuitatum, minimè earum emptoribus vendi posse, quia quamuis rem alienam distrahere quispiam queat, attamen ea emptori auferri potest, iuxtà *tex. in cap. rem alienam. ff. de contrah. empt.* vbi *gloss. fin.* subdit, quod nobis inuitis, non debeat alius res nostras retinere; quinimò faciunt adducta per *Afflict. de iure prothomiseos, §.* 3. *nu.* 21. quod scilicet nequeat quispiam rem ea lege emere, quòd Vicinus ius congrui non habeat, ac multis iuxta morem demonstrat *Tyraq. de retract. conuent. glo.* 7. *nu.* 19. vbi & eodẽ *n.* probat, mè nequire alium priuare iure ei quæsito ex meo contractu, quamuis id iuris sit solùm in spe, vel quæsitum legis, statutiuè dispositione, atq; animaduertit *Castellius in suo Codice ad leges Siculas, ad leges Iacobi cap* 8. *sub num.* 6. *&* 7. *& ad leges Martini cap.* 5. *notab.* 2. de quo meminit idem *Saler. sub num.* 148. *&* 149. subdens, ita in supremo Italiæ Senatu decisum, ac ad vendita Casalia re- 72
dimenda, facultatem fuisse concessam Ciuitati, nihil penitùs obstante pacto illo, quo illis se redimendi facultas ablata videbatur, quámuis pretium iuris luendi á Regia Curia fuerit restitutum, *Ioseph Sesse dec.* 36. vbi præcipuè *nu.* 18. tradit sic quotidiè fieri, & practicari quòad demaniales, de quo meminit *Ricc. collect.* 599. *par.* 5.

Hæc quoad primã nostræ cõclusionis 73
partem, satis, superquè vidẽtur exarata, cùm rationes, quibus ea firmatur, sigillatim repetantur per Doctores, atquè grauissimos Iurisconsultos iam suprà cumulatos, qui tantùm extollunt, ac præcipua rationum fundamenta resundunt, in supremo illo, ac nunquam ve- 74
nali libertatis dono, & è conuersò recensent seruitutis nocumenta, atq; Baronalis captiuitatis perpetua vincula; quibus vt solui queant, iura proponunt, Realem Maiestatem exorant, Supplices apud

apud Supremos Iudices libellos porrigũt; ac tãdẽ pretiũ offerũt, vt mẽbra, nempè Casalia ipsa sub Ciuitatis demanio reponantur, à quo dismembrari, ac sepa-
75 rari nullo pacto, nulloq; iure valere, eruditè siquidem, ac neruosé demonstrauit *Doctiss. Consil. Io. Andr. de Georgio in sua* quam edidit *alleg.* 15. pro Casalibus Cosentiæ.

76 Et vbi secunda eiusdem conclusionis assertio ad examen reuocaretur, quòd prælatio sit concedenda ipsi Ciuitati in venditione suorum Casalium, seù pro illorum infęudatione (quamuis Casalinensibus inuitis) consulendus venit idem *Francisc. Salern. pracit. consil.* 19. quod edidit pro Ciuitate Mistrettæ, di-
77 tionis Siciliæ, & pro eius Casalibus à demanio non separandis, de quibus meminit sub *nu.* 4. apud Supremum Italiæ Senarum, & feliciter obtinuit (vt ipsemet testatur, & decreti verba transcribit) restituto siquidem emptori pretio,
78 atq; ex nostris *Io. Bapt de Thoro in suo Compend. Decis. tom. 3. par. 3. verb.* prælatio án erit concedenda alicui Ciuitati in venditione sui Casalis, seù illius infęudatione; vbi decisionem in Regio Collaterali Consilio Neapolitano factã reassumit super dismembratione Casalis Sabbatelli á demanio Ciuit. Rhegij, quæ Ciuitas, nedùm fuit præiata contrá Ducem Bruzzani emptorem; verùm ẽt & ipsis Casalinensibus inuitis, atq; in iudicio refragantibus, fuit ad infęudationem eiusdem Casalis admissa, mediante pretio, quòd fuerat per emptorẽ oblatum.

79 Hæc decisio solidas quidèm habet rationes, quibus innititur, ac satis aperta & iuris, & I.C. responsa, quibus fulcitur; Primó, quia si singulari cuilibet Ciui ad demanium prouocare conceditur, iuxtà
80 fundata per *Camil. de Med. cons.* 164. *num.* 5. *per Camil. de Laratha prac. cons.* 84. 85., & 86. ac per *Reg. Rou. in comm. ad prag.* 63. *de off Proc. Cæs. num.* 20. longé magis hoc licebit Ciuitati, cuius principalitèr interest membra, prout sunt Casalia, à suo corpore non separari, in exactione gabellarum non lædi, ac pro reali præstando seruitio, maximé inter bellorũ tumultus expeditum magis se præbere, quod vtiq; satis diminutum foret, ob Baronis in hospitando prærogatiuas, quas Regnicolæ, reseruatas Cameras appellant, & tit. Marchionatus, Ducatus, vel Principatus decoratis, multiplices cõcedunt; sicq; Dñi Regis seruitio conducit, Ciuitati prælationem indulgere, prout in casu illius decisionis, his perpensis, fuit concessa.

Secundò, quia ipsa Ciuitas veré po- 81
titi valet iure congrui, siué retractus, etiam ex *Regni Constitutione, Sancimus, de iure prothomiseos*, quam in fęudis obtinere voluit *Bald. in tract. de iure prothomiseos, num.* 12. *in fine, ex §. sed & rei, tit. per quos fiat inuestitura*; & *Tyraquellus*, qui alios pro more cumular, *de retractu lignag §.* 1. *glo.* 3. *num.* 10. *& sequentib.* saltim ratione sanguinis, vt
loquitur *Afflict. in princ. legis, de iure* 82
prothomiseos, num. 7. & tamen, nemo sibimet ipsi, se ipso proximior est, vt ex pluribus probat *Tyraquell. de retract. lignag. §.* 1. *num.* 30. ergó nullus magis, quam ipsamet Ciuitas tanto & loci, & sanguinis vinculo ipsis Casalibus, sicq; suis membris coniuncta, ad eorum retractum admitti debet, præsertim cúm ea *Constitutio* fauorabilis sit, proindeq; extendenda secundum *Tyraq. loco citato in præfationibus, num.* 21. 56 57. & 58.

Tertiò, quod cúm ipsa Ciuitas, siué Vniuersitas sit quoddã corpus mysticũ, personarum, & domorum congregatio-
nem in se continens, necnon iurisdictio- 83
nem, honorem, districtum, & territoriũ sub se complectens, secundùm *Loseum de iur. Vniuersit. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 13. & ipsa sit caput territorij, iuxta tradita per eundem *par.* 3. *cap.* 13. *nu* 4 prout Domino fæudi cõperit ius congrui pro re fæudali alienata per vassallum iure
prælationis, secundùm *Parid de Puteo* 84
de reintegr. fæudi, cap. an si vendantur, num. 1 *fol. mihi* 133. & *in cap. fuit facta, nu.* 15. *fol. mihi* 10. *à terg.* & hoc fauore reunionis, & consolidationis vtilis dominij cum directo; vt concludit *Clapperius caus.* 100. *q.* 1. *num.* 4. ita & omni

O 2 iure

iure competere debet ipsi Ciuitati, quando Casale ipsius venderetur, ex quodam iure superioritatis, vt possit eo iure alienarum, ac dismembratum, ad illius vnitatem deducere; nam turpis esset pars, quæ suo non congruit Vniuerso, ad *tex. in cap. tuas, de sponsalib. duorum*, & considerauit *Menoch. consil.* 264. & *Aymon. Crauett. consil.* 592. *num.* 87. *&* 88. Sic si percipiatur, Ciuitatem liberam esse, & Suburbia, siuè Casalia sub seruitute posita, ipsius status verè deformis esset.

Quartò, quia vti socia, tale ius ei competit, & non denegatur, quemadmodũ

85 consocijs aduersùs alios vendentes res ipsorum, vt latiùs prosequitur *Rendella de iureprothomiseos. verbo socij fol.* 110. Quin enim verbo, *sub eodem seruitio, num.* 14. *&* 15. in fortioribus terminis concludit, vt ius congrui etiam habeat locum inter possidentes feudum pro diuiso sub annua pensione, quæ dicitur reale seruitium, quia socij viderentur; & eò magis si res esset communis, & indiuisa, ex *Gomez. in l. septuagesima Tauri. num.* 27. *& Mathiens. recompil. iur. lib.* 5. *tit.* 11. *&* 13. *glo.* 3. *num.* 2. *& Tyraq. de vtroque retract.* §. 1. *glo.* 10. *num.* 118. vt proindè etiam hinc valeat prælatio, atquè retractus obtinere, quàmuis ipsismet Casalinensibus inuitis,

86 prout inuito socio, consors alter in re vendita præfertur, secùndùm *Ferronum in commento ad Consuetud. Burdig. tit. de retract.* §. 2. vbi meminit de *Castillonis responso*, quod inter *Baldi consilia* relatum est, *consil.* 220 *libro* 2. & considerauit indiuidualitèr post innumeros quos allegat *Iacobus Cancer. tom.* 3. *variarum. cap.* 13. *de iuribus Castrorum, sub num* 7. *&* 8. *cum sequentib.* maximè vbi Casalinenses ipsi, atquè Suburbani homines, nullum ex ipsa venditio-

87 ne percipiant commodum; imò potiùs maxima incommoda seruitutis, & seruitiorum Baroni præstandorum, substinere haberent, quæ vtiquè satis effugerent, vbi suo capiti, scilicèt, ipsi Ciuitati, vel per demaniũ, vel per infeudationẽ coniuncti forent, vt in suo casu notat *Loffred. consil.* 128. *vers. & arbitror. Iason in* §. *quadam. num.* 59. *Institution. de actionibus*: quo loci nedùm tradit, 88 rem dici non posse commodè diuidi, quandò non potest diuidi, siuè deteriorari; Verum etiam, quandò diuisio foret in iniuriam consortis, subditq; extraneum non admitti ad licitandum, nisi 89 quandò consors non offerre vellet pretium iustum, & reassumit *Cas. Barzius dec.* 100. *sub nu.* 15. *vers. & rei dicitur, non posse commodè diuidi, nedùm, quandò non potest sine deterioratione diuidi, sed etiam quandò diuidendo fit ad iniuriam alterius ex consortibus, &c.*

Quintò & tandem laudetæ decisionis 90 veritatem, imò & apertam iustitiam suadere valent, quæ in his terminis exarauit Diuinus ille *Plato li.* 5. *de legib*, dum rescribit: *Agri publici, eorumq. fines, & modus publicis notus sit, ac descriptus, & Ciuitatum adiacentes Villæ, non alijs, quam ipsimet Ciuitati fidantur*; *Tit. Liu. deca.* 1. *lib.* 6. cum scribit: *Vbi maius oppidum primo impetu capi nõ potest, est circũducendum circà oppida vicina, & minora bellum, vt illis prius captis, hoc postea capiatur, si itaq; Suburbia priuatis non credantur, sed cum Ciuitate vnita habeantur.* Politicorum, facilè Princeps *Cornel. Tacit.* ea ad posteros documenta dimisit *lib.* 13. *annal. Cum Colonia deducuntur, non singuli & sparsi ex varijs vrbibus, vel vexillis, collecti, sed collecta tribus & vicina, vel vexilla simul mittenda*, & *non separatè à Ciuitate retinenda*. Philipp. Commin. *p.* 1. *c.* 81. *Potissimum, ac fortissimũ Regnum est, cuius Prouincia omnes sita, & finibus inter se coniunguntur, & priuata Ciuitatis Castra, priuatis nõ committũtur, sed cum Ciuitate iuncta, non disgregantur.* Ex quibus viderint Supremi, ac 91 INVICTISSIMI NOSTRI REGIS à latere Consiliarij, dùm Monarchicæ ditionis Gubernia substinent, quanti sit facienda Villarum, ac Suburbiorum ad Ciuitates Reunio; Ac quàm perniciosa sit dijudicanda diuisio, & eorum in priuatos Barones translatio, dimisso Regis immediato dominio, sub quo Ciuitas caput fere

fęre deformis retinetur cum membris seruis, atq; captiuis, vt hinc depręcantis Nolanę Ciuitatis, sic & & cęterarũ idem fortè exorantium votis annuant, & ad pristinam libertatem, sub ipsa, suamet Casalia restituant, restituto saltim emptori pretio.

Franciscus Censalius Aduocatus.

ARGVMENTVM.

Quòd detrahendi occasio cesset, vbi Principes personaliter Populis audientiam pręstant.

SVMMARIVM.

V*irtutes in Principe, per quas augetur illius fama, ac detrahendi occasio tollitur, quæ sint, num.* 1.
Princeps Populis audientiam præstans, detractionum causas tollit num. 2. *& de ratione num.* 3.
Principes ipsi appellantur Iudices, nu. 4.
Nihil tàm Regium est, quàm iudicare, & de exemplo Romuli num. 5. *&* 6.
Iudices etiam in sacris litteris æquiparantur Regibus num. 7.
Aditus ad Iudicem nemini debet esse impeditus, num. 8., *&* 12., *sicuti etiam ad Principem ex sententia D. Ambrosij num.* 9.
Adriani Imperatoris exemplum refertur, cui cum à muliere ob denegatam Audientiam dictum fuerit, Noli igitur regnare, *statim audientiam ei præstitit num.* 10., *& de alijs exemplis, & sententijs num,* 11. 13., *&* 14.
Nomen bonum melius est, quàm diuitiæ multæ, num. 15. *cum exemplo Sacræ Scripturæ num.* 18.
Scipio cum totam Africam potestati Romanorum subiecisset, ex ea nihil quod suum diceretur, præter Africani cognomen, retulit num. 16.
Patres debent aduertere, ne filijs in Baptismate, turpe nomen imponant, & quare num. 17.
Populorũ Iura disiecta manent, cùm Principes personalem audientiam non præstant, prout debent, ex Sacra Scriptura verbis num. 19.
Traianum Imperatorem, quia Iudicium fecit, & Iustitiam, vita æterna ad praces D. Gregorij restitutum fuisse refertur, num: 20.
De maxima Iustitia Traiani Imperatoris ad importunas petitiones cuiusdam mulieris, pulchrè exemplũ recẽsetur n. 21.
Princeps recusans, vel negligens facere Iustitiam eam postulantibus, illis debitor constituitur nu. 22.
De pluribus Imperatoribus, qui personaliter Populis ius dixerunt ad eorum leuamen, tractatur num. 23. *De Regibus & Principibus num.* 24., *& de locis diuersis, vbi ipsis audientiam præstare consueuerant num.* 26.
Principes audientiam alicui præstantes, debent pro Reo alteram ex auribus Custodire num. 25.

§. NONVS.



AVGERET tamen Principis ęgregiam famam, 1
tolleretq; omnem detrahendi occasionẽ pręter alias ęgregias virtutes, quas eleganter recenset *Cacheran.* in proemio *decis. Senatus Pedemontani ex num.* 3. *cum seqq.* si aliquandò Populis audientiam pręstabit, vt per *Gregor. Lopez. ad L.* 29. *tit.* 2
9. *part.* 2. *vers. Algunas vezes, Tiraquell. de Nobilitate cap.* 28. *num.* 17. 3
quia sic occurritur subditorum necessitatibus *cap.* 1. *de Offic. ordinarij*, impiorumq; calumnię extirpantur, cum & Principes ipsi appellentur Iudices *L. si* 4
quis Decurio C. de Decurion. lib. 10., nihilq; tàm Regium est, quàm iudicare, 5
vt de Minos, & alijs, refert *Aristotil. lib.* 3. *Politicorum cap.* 10., *&* 11., *& ex nostris D. Paul. Xamar. de Officio Iudicis, & Aduocati par.* 1. *quæst.* 2. *ex num.* 1. 6
vbi quod Romulus post diuisum Populum in 30. Curias, Magistratusq; creatos, ipse controuersijs pręerat, & in *Sacris litteris* Reges appellantur etiam Iudi-

7 Iudices, vt Iudicum *cap.* 2. 16., & 18.; & aditus Iudicis nemini debet esse im-
8 peditus *L. vnic. cum glos. C. de Public. lætitijs lib.* 12. *Thesaur. Inn. in addit. ad decis. Thesaur. Patris in præfat. num.* 24. aliás iuxta sententiam *Diui Ambros. lib.* 2. *de Offic.* etiam si Princeps sit in-
9 structus ad Iustitiæ Opem, ex difficili ad eum accessu, videtur aquæ fons præclusus, & reassumit *Bouadill in sua Politic. cap.* 14. *num.* 83. *Ioseph Facell. tract.* 3. *de rect. administr. iustitiæ cap.* 1. *ex*
10 *num.* 34. *vsq; ad fin*, arrideto; Hadriani Imperatoris exemplum, cui obuia mulier cum eum rogaret, vt se audiret, neganti Cæsari sibi vacare, succlamauit, *Noli igitur regnare*, quæ vox ita Principem mouit, vt sedulò statimq; Ani-
11 culam audiret, & de Traiano Imperatore ait Plinius, *Nulla in adeundo difficultas, nulla in respondendo mora, adeunt statim, dimittuntur statim, tandéq; Principis fores exclusa negotiantium turba, non*
12 *obsidet*; hocq; etiam esse obseruandum á cęteris Iudicibus, vt in ipsos adeundo, faciles se præbeant, iuxta *Text. in L. obseruandum ff. de Offic. Præsid.*; vt æstimatione, & iudicio vigeant, quia secun-
13 dùm *Tacitum* 3. *Annal.* rectè factorum sibi quisq; gratiam trahit, vnius inuidia ab omnibus peccatur, & obsequium in Principem, & emulandi amor validior, quam pæna ex legibus, & metus, & solidiora reputantur encomia, quæ in hominum animis sunt infixa, & aiebat *Ti-*
14 *berius. Hæc mihi in animis nostris templa, hæ pulcherrimæ effigies mansura, non quæ saxo struuntur, si iudicium posterorum in odium vertit prò sepulchris spernuntur*, omnia enim Principibus statim adsunt, sed vnum insatiabiliter (*vt ait Tacitus* 4. *Annalium*) parandam prosperam
15 sui memoriam, cum meliùs sit bonum nomen, quàm diuitiæ multæ *prouerb.* 22. & nos alibi in hoc tractatu annuimus,
16 exemplumq; esse poterit Publius Scipio vir ille insignis Romanus Consul, qui cum Fratrem suum de benè gestis obtrectatum defenderet, dixit, *cum Aphricam totam potestati vestræ subiecerim, nihil ex ea quod meum diceretur, præter co-*
gnomen, retuli, de qua re latissimè discurrit *Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius par.* 1. *num.* 53. *de testament.*, vbi ex hoc in *numeris sequentib.* vtiliter infert, vitandam esse turpis nominis im- 17
positionem, inuehiturq; contrà Patres, qui in filiorum Baptismate id agunt, cum ex nominis deformitate, resultent praua indicia; Ideóq; *Exodi* 23. dicitur 18
ad Moysen, *inuenisti gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine*.

Cæterũ, quiá absq; personali audientia Populorũ iura disiecta manẽt, ideò ante oculos Sacræ Scripturæ verba habenda, 19
Regũ cap. 10., ibi, *& constitui te Regem, vt faceres iudicium, & iustitiam, & Psalm.* 9. *Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam, sedisti super Thronum, qui iudicas iustitiam*, de qua re etiam ex nostris, post plures congestos laté discutit *Valenz. cons.* 70. *ex num.* 3. *cum plurib.* 20
seqq. lib. 1., & ob hanc causam præcibus S. Gregorij Papæ fuisse vitæ ęternæ donatum Traianum Imperatorem, refert *S. Antonin. par.* 1. *hystor. lib.* 7. *cap.* 3. *§ final. Lucas de Penn. in l.* 2. *col.* 3. *C. de exactor. Tribut. lib.* 10. *Petr. Rebuff. in princ. proem. ad concordata, Valenz. d. cons.* 70. *num.* 70. *lib.* 1. vbi refert verba *Ioannis Salisburgen. in politicis lib.* 5. *cap.* 8., ibi, cum Traianus Imperator equum ascendisset ad Bellum profectutus, Vidua apprehenso pede eius, miserabiliter lugens, sibi iustitiam fieri petijt de his, qui filium eius optimum, & innocentissimum iuuenem iniusté occiderent *Tu*, inquit, *Auguste Imperas, & ego tam atrocem iniuriam patiar*, & cum Imperator dixisset, *satis faciam cum rediero*; *quid*, inquit illa, *si non redieris, successor meus*, ait Traianus, *satisfaciet tibi*, & illa, *quid tibi proderit si alius benefecerit, Tu mihi debitor es secundum opera mercedem recepturus, fraus vtiq; est nolle reddere quod debetur, successor tuus iniuriam patientibus pro se tenebitur, te non liberabit iustitia aliena, benè agetur cum successore tuo, si liberauerit seipsum, ita ut his verbis motus Imperator de equo descenderit, & casum præsentialitèr examinauerit Viduam consolatus*;

hæc

hæc ille. Hinc *Camanus cons.* 151. *num.*
22 3. resoluit effici debitorem iustitiam postulantibus Dñm, vel Superiorem recusantes, aut negligentes iustitiam facere.

Et meritò quia de Caio Iulio Cæsa-
23 re, Galba, Vespasiano, Traiano, Adriano, Aurelio Antonino, Marco Maximo, Commodo, Pertinace, Seuero, Caracalla, Balbino, Iustiniano, Federico, id attestantur plures Hystorici, & deducitur ex *Textibus in l. non putabam ff. de condit., & demonstr. L. penult. ff. de Tut. & Curat. dat. ab his &c. L. extraneo ff. de Quæst. L. Minor. L. Mulier, & L. Titius ff. ad Trebell. L. Emilius ff. de Minor. l. proximè ff. de his qua in Testam. delent.*, Ex quibus apparet plures Imperatores pro tempore personalitèr Populis ius dixisse ad illorum leuamen, quod etiam
24 de Regibus, alijsq; Principibus prosequitur *Tyraquell. de Nobilit. d. cap. 28. num. 17., & 18.*, vbi subdit, esse his
25 casibus seruandum, vt Principes alterã ex auribus custodiant prò Reo, præcipuè in detractionibus, alijsq; causis, vel famam, vel vitam tangentibus; de loco
26 autem, vbi tales Principes audientiam præstabant, plura dicit *Tyraquell.* vbi proximè; Alij enim ex Sella Regia, alij conuocato Senatu, alij pro Tribunali sedentes, & videre ad hoc poteris *Herodot. hystoriarũ lib. 1. Liuium in eodem lib. 1. hystoriarum* ab Vrbe Condita, *Polien. lib. 4. stratagẽmatum* ad Antonium, & Verum Imperatores *Valer. Maxim. lib. 3. cap. 7. Aul. Gell. lib. 7. cap. 1.*

ARGVMENTVM.

Quod sit detractionis species frigidè aliquẽ laudare, & multa de Adulatorib9 & hypocratis in Aulis Principũ.

SVMMARIVM.

Laudare minùs quàm aliquis meretur, est maledicere, num. 1. & peccatum mortale committitur, n. 3., quia circumstantes minorem concipiunt opinionem de Viro sic diminutè laudato. num. 2.

Turpiùs est aliquem frigidè laudare, quàm grauiter diffammare, & euidens ratio adducitur num. 4.

An occultans virtutes alterius, peccet peccato detractionis, num. 5.

Laudantes aliquem, si veritatem interrogati dicant, videntur aliquid de proprio amittere, & ideo quandoq; illam tacent num. 6., & nedùm inter Principes, sed etiam inter scientiarum Professores isti tales reperiuntur, qui tacendo aliorum virtutes, eorum propriã augere putant num. 7. & 8.

Tiberij tempore quidam Cremutius, qui non satis Imperatorem laudauerat, fuit capite obtruncatus num. 9.

Laudare nimis affectatè etiam nocet, quia id faciunt Adulatores, quorum lingua magis inficit, quàm manus persequentis, & meliora sunt vulnera Amici, quàm oscula Adulatoris, num. 10.

Principibus non est adulandum num. 11. & de exemplo Alexandri Magni, qui librum adulationes multas continentem, in flumen Hydaspes eiecit num. 13.

Inter amicos, nulla maior pestis esse potest, quàm Adulatio num. 12.

Adulatores Principum honesta, atque inhonesta laudare solent num. 14.

Adulatores, quibus assimilentur, nu. 15.

Diogenes maluit Oleribus substentari, quàm Dionisio Adulari num. 16.

Magnanimi viri est gloriam non appetere, sed sola suorum recti factorum conscientia contentum esse, ideoq; Adulatorum verba sunt fugienda num. 17.

Adulatores sunt Reipublica, & Aularum pestes, & cũ fortuna Principis potiùs loquuntur, quàm cum ipso num. 18., & de illorum iniqua natura num. 19.

Viri scelesti hodiè apud Reges & Principes, in honoribus, & muneribus, cæteris præferuntur num. 20.

Hypocritæ sunt similes adulatoribus, & quo modo efficiantur vt Vulpes num 21.

Contra Hypocritas, qui iusti videri appetunt, inuehit D. Augustinus num. 22.

Hypocritæ sub specie recti alios emendare, & corripere satagunt, simulantes maximam Religionem num 23. vbi de alijs eorum moribus.

Hy-

Hypocrita volunt esse humiles sine despectu, sine auctoritate Iudices, sine visu Testes, ac sine culpa Accusatores n. 24.
Principibus interest tale hypocritarum genus extirpare, vt maledicentia occasio cesset, ac eorũ encomia relucescant num. 25.
Quomodo apud Principem probum, sermo haberi debeat absq; adulationis labe num. 26.
Inseruientes Principibus hodiè ambulant inter Laudẽ, & Placentiam, non versus Veronam num. 27.
Temeritatis nota corripitur, qui absq; considoratione, & prudentia incedit num. 28., & 29. vbi exemplum de Liuio Crispo, quasue artes ipse ad prudentiam adhibuerit.
Principi expetenti consilium, quomodò debeat responderi. num. 30.
Antistius Labeo, & Atteius Capito Iuris Consulti, qui vixerunt sub Augusto, & Tiberio, Vita, & moribus inter se dissidentes, quomodò libertatem in respondendo exercuerint, num. 31., & 32.
Trascas Petus in minimis à Senatu rogatus, libertatẽ dicendi demõstrabat n. 33.
Quomodo subditi, et si Principi cõfidentes, à iocosis verbis se abstinere debeant num. 34.
Marcus Antonius vsq; ad scurrilem procacitatẽ, delectabatur iocosis verbis n. 35.
In Aulis multa insunt pericula, quomodò ab illis possint earum Sectatores se praeseruare, cum hystorijs num. 36. 37. 38. & 39.
Nihil mortalium est tàm instabile, quàm fama potentia non sua vi, nixa nu. 40.
Subditis non licet occidere Principem Tyrannum, nu. 41.
Tribuni voluptatum apud Principes, nullam merentur existimationem, n. 42.
Ioculatoribus, & Hystrionibus iniuria illata reparatur vmbra hominis, & quarè num. 43.
Priscis temporibus vmbra consueuit esse in fænore, & àn locato Asino, censeatur locata vmbra tempore æstiuo num. 44.
Varia referuntur quæstiones, in quibus DD. absq; necessitate tempus terunt. num. 45. & 46.
Fumi venditores, qui sint apud Principes, & quomodò puniri debeant ex sententia Alexandri Seueri nu. 47. 48., & 49.
Inseritur Bulla Sanctiss. D. N. Alexandri VII. circà confirmationem, innouationem, declarationem, & extentionem, constitutionum Bonifacij VIII. & Gregorij XIII. de datis, & promissis pro iustitia, vel gratia apud Sedem Apostolicam obtinenda num. 50.
Supradicta Bulla cum alijs pranominatis, non procedit in Procuratoribus, Tabellionibus, & Aduocatis. num. 51.
Ratio habetur num, 52.
Pactum de quota litis differt à conuentione de certa quantitate, quæ loco Palmarij permittitur etiàm vltrà stipendium. num. 53.
Quomodò debeat intelligi. num. 54.
Procuratori, siuè Aduocato, quæ summa aureorum recipienda, sit permissa pro obtinenda gratia à Principe. nu. 55.
Et Ratio num, 56.
Aduocato facundo, augetur taxa recognitionis. num. 57.
Aduocato facundo debetur taxa recognitionis praeisè necessaria num. 58.
Scientia sine eloquentia habetur pro gladio in manibus paralitici num. 59.
Aduocatus eloquens pessimam causam potest facere bonam num. 60.
Aduocatus debet potiùs esse necessariò scientificus, quàm eloquens nu. 61.
Scientia comparatur auro, eloquentia verò argento ibid.
Aduocati non verborum folia, sed veritatis fructus sunt attendendi nu. 62.
Aduocati hodiè deberent examinari, antequam in eorum numerum recipiantur num. 63.
Nemo aduocare potest in Regno Neapolitano, nisi priùs examinatus nu. 64.
Enunciatur dictum, quod multi sunt Aduocati, pauci verò Doctores ibid.
Reprobatur Glos. in l. 1. §. postular. ff. de postulan. nu. 65.
Excipiuntur ab hac regula qui aduocant Venetijs, non vtentes legibus, ac auctoritatibus, sed rationibus nu. 66.
Rationes sunt legum anima Insigni eloquentia præditi, ibid. exemplificatur. Ad-

Aduocatus, seu Procurator non prohibetur recipere, ac retinere data à sponte dantibus nu. 67.

Aduocatus, seù Procurator sine peccato potest sibi solui facere prò suo labore aliquid iusti, & certi, vel causam vincat, siue non nu. 68.

Aduocato non prohibetur conuentio, quod negotio subsequuto, certa quantitas sibi persoluatur, præcipuè si causa indigeat legali discussione nu. 69.

Aduocatus, vel Procurator impendens suam industriam pro consequenda gratia, sine iustitia, non incurrit labem num. 70.

Simonia non habet locum in dante pecuniam mediatori pro intercessione ad obtinendum beneficium, cum non vendat beneficium, sed intercessionem, aut industriam ibid.

Aduocatus, seu Procurator, industriam vendere potest nu. 71.

Aduocatus conueniens cum Cliente de aliquid recipiendo in euentum victoriæ, intrat ratio contrà bonos mores, quæ conuentio à lege improbatur n 72.

Pactum quota litis locum sibi vendicat, quandò conuentio respicit rem, quæ in iudicio deducitur nu. 73.

Conuentio maioris lucri facta ab Aduocato cum Cliente in casu victoriæ, & nihil in casu amissionis litis, est prohibita, secùs si aliquid minus in euentum ammissionis eiusdem nu. 74.

Maximè, quandò summa coniuncta non sunt excessiua nu. 75.

Adducitur nouissimus Scriptor Amicangelus tractat. de regalib. offic., qui plures distinguit casus in materia salarij Aduocatorum, remissiuè nu. 76.

§. DECIMVS.

1 MALEDICIT quoq;, qui minus laudat, quàm putet eius virtutem in aliqua scientia, facultate, vel arte mereri, dicitur enim vulgò *Ars inuidet arti*, & in laudationibus diminutis continetur mendacium formale iuxta sententiam *D. Thomæ 2. 2. quæst. 110. art. 2.*, nam qui diminuté laudat, 2
tollit de merito illius, qui multò plus mereretur, & Circumstantes minorem concipiunt opinionem de viro sic diminuté laudato, illique maximum ex hoc irrogatur præiudicium; Quinimò 3
hoc casu committi peccatum mortale, deducit nouissimé *Anton. Merend tract. de Camb. Nundinal. cap. 28. per tot.*, & subdi potest ex *Fauorino* id, quod in eius noctibus dixit *Aulus Gellius*, quod turpius est aliquem frigidè laudare, quàm grauiter vituperare, quoniam, qui 4
maledicit, & vituperat, quantò id acerbius facit, prò iniquo, & inimico ducitur, & plerumq; propterea fides non datur, sed qui infecundè laudat, destitutus à causa videtur, & amicus quidèm creditur eius quem laudare vult, sed nihil reperire posse, quod iure laudet, sed ad materiam vide *Nauarr. lib. 2. cap 4. num 343 cum seqq. Molin tom. 5. disput. 27 per tot. tract 4. Bartolom. de Sancto Fausto in speculo Confessorum tit. de restit. famæ quæst. 21. quæst. 43. tit. an qui* nō reuelat virtutes alterius, pec- 5
cet peccato detractionis.

Reperiuntur enim aliqui, qui sibi de proprio aliquid amittere videntur, si interrogati, vel cum occasio se præbuerit, benè de aliquo loqui sapiant, & quod peius est vel submussant, si alius 6
laudādi cupedia fuerit adductus, vel potiùs tacent veritatem, qui quantùm peccent, & quod hæc sit fortior detractionis species, deducit *Merenda* vbi supra videndus; & Vtinàm ex istis non solùm inter Principes, sed inter scientiarum Professores, inter Magistratus, 7
cæterosque, similes non adessent, qui dùm aliorum virtutes tacent, non per 8
hoc proprias deregunt; Absit tamen, vt tales adulari debeant, præcipuè Principi, cum non versemur in tempore Tiberij, quandò Cremutius quidam fuit 9
decapitatus, quia non laudauerat ad plenum Imperatorem, vnde *Tacitus* exclamat, *nouum, ac primum inauditū crimen*; Etenim sicut nocet diminuta laudatio, ita & multò magis peruersa, & affe-

& affectata, cùm adulatio sit excessus delectandi alios verbis, & factis, & est res mala, & detractanda *Psalm. 12. Prouerb. 24. Matthei 11.* & meliora sunt vulnera Diligentis, quàm fraudolenta oscula Blandientis, quique dicunt Impio, Iustus es,& maledicēt ei Populi,& Maledicenti proximus est, qui benè dixit proximo suo voce grandi de nocte consurgens *Prouerb. 1. Ecclesiast. 7., & 11., & Isaiæ 3. Popule meus, qui te beatum dicunt, te seducunt*, & alibi in *Sacra Scriptura*, & passim *SS.PP.* Etenim Augustinus super *Psal. 59.* dicit, quod duo sunt genera Persecutorū, scilicet, Vituperantium,& Adulantium,sed plus persequitur lingua Adulatoris, quàm manus Persequentis, cum Adulatores sint hostes, & scintillæ Diaboli, dum semper ad voluntatem loquuntur, vt decipiant, *Hyer. ad Celantiam*, & super *Psal. 17.*, vbi quod præcipuè Principibus non sit adulandum, itaut Sanctarum
11 Scripturarum veritas negligatur, & Tiberius aliquandò, vt ait *Tacit. lib. 6. Annal.* mox quoque modo dicta vulgari malebat,veritatisq; cui adulatio officit, per probra gnarus fieri.

Idque magis inter Amicos, cum in amicitijs nulla pestis sit maior, quàm
12 assentatio *Picus in Lelio*, ex quo amicitiæ maximè repugnat simulatio, & *Stobeus Sermon. 12.* asserit ex *Pythagora* magis esse gaudendum Redarguentibus, quàm Assentatoribus, & quod Alexander Magnus in flunium Hydaspes proiecerit librum, in quo multa ipsum adulantia contine-
13 bantur, refert *Plutarc. in Aphotegmatibus Regum, & Imperatorum*, nam Adulatoribus, Principum honesta, atq; inhonesta laudare, mos est, vt ait *Tacit. lib. 2. Annal.*, & ex nostris contra tale
14 personarum genus,inuehitur *Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius verb. & Vxorē nomine Adalasiam n. 198., & seqq.* & in verb. *Condidit il primo ex n. 49. cum seqq.* vnde *Policrates lib. 3. cap. 13.* loquens Augusto dicebat, *si Deceptores istos,idest, Adulatores, & Susurrones exter*
15 *minaueris, Deos te pracellere non putabis*, sunt enim Scorpiones facie blandientes, & cauda percutientes, & confert illud Ezechielis 4. *Cum Scorpionibus habitas*, super quo *Gregorius lib. 1. Epist. 60.* dicit, Quod Adulator tanquā
Scorpio palpando incedit,sed cauda ferit; omnibusque ante oculos patientissimi Diogenis exemplū esse debet, qui maluit oleribus sustentari, quàm Dionisio adulari, fortis enim est,& magnanimi viri,gloriam non appetere, sed sola suorum rectè factorum conscientia 16
contentos esse; & *Socrates* dicere erat solitus, viam ad gloriam proximā esse, & quasi compendiariam, quod intelligitur,si quis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis esset; sunt ergò fugienda Adulatorum verba ad *Tex. in cap. inter Verba 11. quæst. 3.*, & possent circa hoc infinita cumulari, quæ tamen cum sint vulgaria, consultò omitto,cum sufficiat 17
dicere,istos esse Reipublicæ, & Aulatū pestes, & cum fortuna Principis potiùs loqui, quàm cum ipso, vt per eundem *Tacit. hyst. lib. 1.* licèt aliquādò videātur ita compositi, vt ex euentu rerum aduersa abnuant, vel prospera agnoscant, quia tamen Tales sunt ingenio paudi, licèt vt vni adulentur, optimū quemq; iurgio lacessant, Respondenti tamen 18
subtracent, *Tacit. annal. lib. 14.*, & multis eruditionibus,hystorijsque congestis prosequitur *Guglielm. de Benedict. in d. cap. Raynutius de testament. verb. & Vxorem nomine Adalasiam nu. 198. & seqq.*, & in verbo *Condidit il primo ex nu. 49. cum plurib. seqq. Lucas de Penna in L. Prisco 3. C. de Palatin. sacrar. largition. nu. 3. lib. 12.*, vbi postquam probauit, quod regularitèr boni sint malis sem- 19
per odiosi,subdit hæc verba. *E contrario viri scelesti apud Reges, & Principes, insigni hodie habentur honore, frequentissimo quoque donantur munere.* 20

Similesque Assentatoribus sunt Homines hypocritæ, qui induunt imagi-
nem iustitiæ, & efficiuntur, vt dicitur, Archilochi Vulpes,quę habitu religiosi cucullati induta, gallinis, anseribusque concionabatur, de quibus Horatius. 21

Nunquā nos fallāt animi sub Vulpe latētes.

Et

Et Plato *in Dialogo secundo de Repub.* dicebat extremam iniustitiam esse, iustum videri eum, qui non est iustus, &
22 contra eos inuehitur *D. Augustin. super Psalm. 63. D. Thomas 2. 2. quaest. 3. art. 4. D. Greg. super Iob. cap. 36. D. Bonauentura in lib. de puritate conscientia, & Tex. in cap. cauete 22. qu. 5.*, tales enim simulant in verbis, & in opere, claudūtque Regnum Cęlorum ante homines,
23 vt legitur *Matthei* 23., & sub inanis gloriæ vitio colorantur, & sub specie recti alios emendare, & corripere satagūt, ipsi sanctitatem, ac maximam Religionē simulantes, præpotentes in impatientia potissimùm iraeundiæ vitio laborant, ijsq; inter corporis humores bilis flaua dominatur, ob quod ingenio subdoli, ingeniosi, feruidi, ambitiosi, arrogantes efficiuntur, maximamq; in minimis adhibent curam, vt *Luca* 13., *& Matthei* 13. voluntque esse humiles sine despe-
24 ctu, *cap. cum humilitas 32. qu.* 2., sine authoritate Iudices, sine visu Testes, sine culpa Accusatores, vt deducitur ex *D. Bernardo*, & alijs relatis per *Rayner. de Pisis in sua Panthologia verb. Simulatio cap. 1. in fin.*, vnde valdè Principibus aduertendum, vt talium bestiarum
25 genus extirpent, vt maledicentiæ esset occasio; Regiaque encomia in dies splēdescant in lucem.

Sed dicet fortasse aliquis, quomodó absque aliqua adulationis specie, liberè á viro aliás probo apud Principem sermo
26 haberi poterit, & maximè, vt ait *Tacitus 2. annal.* Angusta, & lubrica oratio sub Principe, qui libertatem metuebat, adulationem oderat, *& lib.* 4. Adulatio moribus corruptis perindè anceps, ac si nulla & vbi nimia est; & regulariter quod Principibus hodie inseruientes,
27 ambulent inter Laudem, & Placentiā, non versus Veronam, ex Enea Syluio, postea Pio II. deducit *Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius verb. & Vxorem nomine Adalasiam num.* 198., *&* 199., Hic enim erunt obseruanda prudentiæ
28 præcepta exemplo periti nauium Gubernatoris, qui ex procelloso pelago plerumque incolumis euadit, è contrà vetò vndis obrutus conspicitur, qui nimia ductus temeritate, se elemento inconstanti committit, vt de *Lucio Volusio*, qui sub malo Principe incolumis semper vixit, testatur *Tacitus*, & de *Vibio Crispo*; qui floruit tempore Domitiani, testatur *Quintilianus*, eiusdemque Crispi pru-
dentiam, iucunditatem, facundiam descripsit *Iuuenalis Satyra* 4. his versibus. 29

Venit, & Crispi iucunda senectus.
Cuius erant mores, qualis facundia, mite
Ingenium, maria, & terras Populoque Regenti
Quis comes vtilior? si clade, ac peste sub illa
Saeuitiam damnare, & honestum afferre liceret
Consilium, sed quid violentius aure Tyranni?
Cum quo de pluuijs, aut æstibus, aut nimboso
Vere, loquuturi fatum pendebat amici
Ille igitur nunquam direxit brachia contra
Torrentem, nec Ciuis erat, qui libera posset
Verba animi proferre, & vitam impendere vero
Sic multas hyemes, atque octogesima vidit
Solstitia, his armis illa quoque tutus in Aula.

Quod si artis, & prudentiæ præcepta
valuerunt apud malum Principem, 30
multò fortius apud bonum, qui si consilium de aliqua re expetat, optimū est, quæ dicas, verbis placidioribus temperare, modestiamque absque adulationis labe in medium proferre, cuius rei exēplum duci potest ex *duobus Iuris Consul-*
tis Antistio Labeone, & Atteio Capitone, 31
qui sub Augusto, & Tiberio vixerunt, quique non solùm exercitatione iuris prudentiæ, sed etiam vita, & moribus plurimum diffidebant, *Labeo* enim cū Principibus contumacia certabat, vt di-
cit *Capye. Latr. decis.* 107. *num.* 41. *Ca-* 32
pito verò Dominantibus vsq; ad adulationem obsequebatur, ideoque (*vt anna-*

lij lib. 13. *Tacitus* refert, *illi quod intra*
Præturam stetit commendatio ex iniuria,
huic, quod Consulatum adeptus est, odi-
um ex inuidia fuit; hocque summoperé
est obseruandum á Senatoribus, & Ma-
gistratibus, quos non pigeat aliquandò
Principis voluntatem in meliorem par-
tem lenire; nec faciant vt *Traseas Pa-*
tus sub *Nerone*, qui vt dicendi liberta-
tem in senatu ostentaret, leuioribus qui-
busdam decretis contradicebat, silentio,
33 vel breui assensu, in magnis autem mo-
menti rebus, priores adulationes trans-
mittere solitus, sicuti refert *Cornel. Tac.*
lib. 13., *&* 14.; Abstineant tamen io-
cosis verbis in ipsum Principem, quia *fa-*
34 *cetiarum apud Præpotentes in longum*
memoria, Tempori ergò est inseruiendũ,
cùm regulariter Principes similibus io-
cis delectari non soleant, vt olim *Mar-*
cus Antonius, qui illis delectabatur vsq;
ad scurrilem procacitatem, adeò vt nec
facile esset discernere, ludens nè, vel
35 magis delusus gauderet, vt refert *Plu-*
tarch. in vita Marci Antonij, & alia ad
materiam congerit *in libro de discrimine*
Amici, & adulatoris, & Maximus Tyrius
sermone 4. Aulæ enim multa insunt pe-
ricula, quæ vt effugiantur, quisque imi-
tari deberet *Pomponij Attici* mores (*vt*
Author est *Cornelius* Nepos, qui illius vi-
tam elegantissimè scripsit) ipse namq;
36 inter Principes etiam plurimùm aduer-
santes, æquam tenuit pacem, perpetu-
umque seruauit institutum, vt se non
adstringeret, addiceretque cuiusquam
arctiori familiaritati, quo pacto se nemi-
ni obnoxium reddidit, libertatemq; cũ
dignitate retinuit, amicusque & *Cæsari*,
& *Pompeo* remansit; non tamen impro-
batur amicitiæ comparatio cum illis,
qui apud Principes, vel gratia, vel aucto-
ritate plurimùm possunt, quorumue
37 consilijs, & opera res administrentur,
non vt opes per eos consequantur, sed
primó nè bonis Ciuibus lædant, qui faci-
lè possunt, deindè, vt ab aliorũ iniurijs
eos protegant, & tandem omni ope cu-
rari debet, vt siuè Principi, siuè eorũ fa-
miliaribus, boni Ciues non sint inuisi, id
quod sibi accidisse, conquestus est *Luci-*
us Aruntius, qui non culpa, sed flagitio-
rum irrogatorum impatiens, resolutis
venis mori maluit, quám diù viuere,
nunc *Tiberio*, nunc *Seiano*, nunc deni- 38
que *Macroni* inuisus; non ita tamen po-
tenti Principis amico adhærendum, vt
videamur ex illius fortuna pendere, vt
contingit *Seneca*, cuius potentiam in-
fregit interitus Burri, à quo pendebat, 39
& *Tutio Ollio* Patri *Sabina Poppea*,
quẽ *Seiani* amicitia peruertit; Rari enim
sunt, qui in blandientis fortunæ splen-
dore, diutius manent *ex Tacito lib.* 13.
annalium, hæcque in hac parte sufficiant
inter multa, quæ dici ad propositum
possent, omnibusq; illud perpetuo ani-
mo sit fixum, quod nihil mortalium tàm
instabile, ac fluxum est, quám fama po-
tentiæ, non sua vi nixæ, quod plerumq; 40
Tyrannis Principibus accidere solet, qui
dominandi cupiditate, crudelissimum
exercent Imperium, vt benè ex nostris
demonstrat *Andreas Barbatia super de-*
cretalibus titulo de testament. in præfato
num 5 *vers.*, *& ante omnia afferam ali-*
qua de Tyrannis fol. mihi 93. *col.* 1. vbi
latè quis dicitur Tyrannus, & alia ad 41
materiam, & quomodò, & quandò lice-
ar occidere Tyrannum, quodque hoc
non permittatur, exemplo S. Scripturæ
probat *Moditius in suis dubit dubitatione*
100. *num* 10 *& seq* § *plebiscitum*, *&*
§ *magistratuum seu prætorum adicta du-*
bitatione 5 *num.* 12., *&* 13., & reiecta
sententia *D Thoma in* 2. *sentent. artic.*
penult. vbi quod licitum, & meritorium
est subditis, interficere dominum ipsos
intolerabilitèr opprimentem; Contrariũ
tenet *D. Augustin in tract. de Potest. Eccl.*
quæst. 54. *art* 3. *vers. omnia autem ista*,
& contrà D. *Thomam* fuisse decisum in
Cõcilio Costãsiensi, refert *Felin. in cap.*
cum nobis col. 3. *de præscript.* *Moditius*
dicta dubit. 5. *num* 22.

Cæterum etiam illi, qui Tribuni vo-
luptatum appellantur, & varijs artibus
sibi Principum voluntates deuinciunt 42
iuxta *Tex. in l. vt iurisiurandi* 7. § *dabi-*
tur ff de oper. libert., sunt summoperè
fugiendi, ipsisque vti morum corrupte-
lam inducentibus, vlla debetur merces,

quasi

quasi nulla sit voluptatis æstimatio, nec heredes Principis ad aliquod post illius mortem tenebuntur, vt firmat *Colerus de processi. execut. par. 1. cap. 6. nu. 12.* vbi infert ad Ioculatores, & hystriones, quibus vti infamibus si fuerit minutia illata, vmbra tantum viri emendata censebitur, sicuti ex vmbra tantùm, vel pecuniæ, vel alterius rei aliquando priscis tempo-
43 ribus, hominum, vel mulierum auiditati fuisse satisfactum, refert *Gratian. discept. forens cap. 185. num. 44., & 45.* & non mirum, quia & vmbra etiam consueuit esse in fœnore, vt de eo, qui locauit Asinum, an censeatur quoque locasse vmbram, itaut conductor debeat præferri locatori pro gaudimento eiusdem vmbræ tempore æstiuo, disputat *Iacob. Bonicour in suo enigmate 2. per tot.*, de quo
44 meminit *Niger Cyriac controuers. forens cap. 208. num. 20., & cap. 381. num. 56.*, *licèt* re vera istæ sint quæstiones ridiculæ, in quibus absq; necessitate tem-
45 pus teritur, & huius generis sunt infrascriptæ, an alimentorum appellatione, veniat potus, de qua per *Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 1., & 3.* An Chirurgus, qui venam in Palatio ægroti secauit, com-
46 prehendatur sub Statuto loquente deficiente sanguinem in Palatio, de qua per *Coras. miscellan Iuris lib. 2. cap. 18. num. 9.* An ludens ad par, & impar vincat, si dixit par, & alter tenebat quinque denarios in manu, quorum vnus erat falsus, de qua re *Marant. in suis singular. verb. ludens.* An studens, qui pactus fuerat cum Magistro, quod si obtineret in prima causa, solueret ei mercedem, secus si succumberet, & iste primam causam patrocinando, eidem Magistro quæstionem mouerit super eadem mercede, quid agendum, quiá neutro casu studens perderet, de qua per *Bald. in pract. iudiciali de cautelis vlt. quæst. in fi.* An Gallina fuerit prior Ouo *Thesaur. decis. 229. in fi.* & de alijs similibus, de quibus per *Gratian. discept. forens capit. 284. num. 58.*, vbi an hora prandendi sit mittendum ad inuitatos, vt veniant, quod etiã ponit *Anton. Scappi in suo tract. de Iure non scripto lib. 1. cap. 61. num. 5. & 6.* *Royz decis. Lituanica 7. num. 361.*, vbi an filius ieiunando, liberet Patrem á ieiunio, dùm habetur pro vnica persona, *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7. Gloss. 3. par. 5. ex num. 24. cum seq.* vbi satis de his miratur.

Consimilis quæstio agitari solet de fumi Venditoribus, qui dicuntur illi, qui se offerunt apud supremos Magistratus gratias obtinere, mediante tamen pecunia, promittuntq; bonum negotij euentum, vel victoriam, vel Principum fauorem, de qua re latè *Menoch de arbitrar. lib. 2. casu 344. Caball. resol. crim. casu 67 Farinacc. in prax quæst. 101. art. 12. num. 279.*, *& seq.*, vbi quod tales grauissimè puniri debeant ex *Tex in l.*, *qui explicandi C. de accusa.*, & ob hoc aliquos antiquitùs fuisse Cruci affixos, alios fumo necatos, vt pœna corresponderet delicto, refert *Menoch. vbi supra*, & seruasse Imperatorem *Alexandrum Seuerum*, refert *Faber in Cod defin. 1. tit. de conditionib. ob turpem caus num 5.* vbi meminit de vulgato dicto, fumo pereat, qui fumum vendit, *Caualchan. de Brach. Reg. par. 5. num. 69 Celsus Bargal. de dolo lib. 3. num. 105.*, *& lib. 5. num. 15.*, sed quod mitiùs hodié cum talibus agatur, vt nempé triremium pœnam mereantur, refert decisum *in Sacro Consil. Neapol. Thor. in suo compen. decis. Regni par. 3. verbo fumi venditor, Faber vbi supra*, vbi etiam quod ante omnia debeat cogi ad restituendum acceptа.

47
48
49

Et secundùm proximam traditionem, optimè attident Summorum Pontificum constitutiones, & extrauagantes, nempè *Bonifacij VIII.* quæ ex *cap. 1. de sent excomunicat. in 6.*, *& Gregor. XIII.*, *sub tit. de datis, & promiss.*, quas nouissimè confirmauit, innouauit, declarauit, & extendit Sanctissimus D. N Alexander VII. per specialem constitutionem, quam vti notabilem, hic per extensum imprimendam curaui, vt inde talium personarum, ac fumi venditorum perniciosissimum in Aulis Principum, extirpetur genus.

ALE-

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Confirmatio, innouatio, declaratio, & extenſio Conſtitutionum Bonifacij VIII. & Gregorij XIII. de datis, & promiſſis pro iuſtitia, vel gratia apud Sedem Apoſtolicam obtinenda.

50 INTER grauiſſimas, multiplicesque curas, quæ ex debito paſtoralis officij humilitati noſtræ diuinitus commiſſi Nobis aſſiduè incumbunt, illam peculiari ſtudio amplectimur, vt iuſtitiæ, & gratiæ expeditiones, quæ apud Sedem Apoſtolicam in dies obtinentur, ea qua par eſt, rectitudine peragantur, nec perniciosо cuiuſquam circa illas exceſſu Romanæ Curiæ exiſtimatio vllatenus lędatur, ſed ipſa Curia in omnibus præclara ſemper ſplendeat laude integritatis, & abuſus quicunque ab illa procul arceantur. Quapropter operæ pretium facturos Nos exiſtimamus, ſi ea, quæ à nonnullis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris ſimili conſilio prouidè ſancita ſunt, vt in poſterum firmius obſeruentur, innouemus, illaque declaremus, & extendamus prout in Domino arbitramur rationi eſſe conſentaneum.

Dudum ſiquidem emanarunt á fel. recordat. Bonifacio VIII. & Gregorio XIII. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris litteræ tenoris qui ſequitur, videlicet, Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: auctoritate quoque Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & noſtra omnes Clericos, Religoſos, & Laicos vtriuſque ſexus, ſiue ſint familiares Curiæ, ſiue alij vndecũq; qui aliquod pactũ fecerint, ſeu aliquod paruũ, vel magnũ promiſerint, vel promiſſionẽ receperint, aut ex pacto ſiue promiſſione occulta, vel manifeſta facta ſub generalibus, & plenariè nõ expreſſis, ſiue ſit ſub ſpecialibus, & expreſſis apertè verbis quicquã dederint, aut receperint magnum, vel paruum, vel promiſſionem de quacunque re, aut vtilitate propter hoc conſequenda fecerint, vel receperint pro aliqua iuſtitia, ſiue gratia pro ſe, aut pro alio in cauſis, vel iudicijs, ſeu aliás per litteras Apoſtolicas, & quibuſcunque modis apud Sedem Apoſtolicam obtinenda.

Et hanc ſententiam ad promittentes, & acceptantes, dantes, & recipientes duximus extendendam.

Illos quoque qui aliquem ſciuerint culpabilem in prædictis, & Nobis intra dierum trium ſpatium non retulerint, vel alicui per quem ad Nos verbum fideliter perferatur, ſimili decernimus ſententiæ ſubiacere.

Decernimus etiam, vt nullus hanc incurrens excommunicationis ſententiam pro prædictis, vel aliquo prædictorum (abſque ſpeciali mandato) noſtræ abſolutionis beneficium valeat obtine-

re: nisi forsan ad Nos habere accessum non posset in mortis articulo constitutus: Nec etiam ad absolutionis gratiam admittatur, nisi prius quantum dedit, vel recepit integraliter pauperibus largiatur.

Iustitiam verò, siue gratiam sic obtentam nullius prorsus esse momenti volumus, omnique statuimus carere effectu, & robore firmitatis.

Sed & scienter vtentes ipsis, simili sententia excommunicationis adstringimus, & reseruantes Nobis absolutionem eorum cum præmissis in omnibus ad pœnas similes obligamus.

Gregorius Episcopus Seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ab ipso Pontificatus nostri principio quam maximè possumus, enitimur, atque contendimus, vt domus, & Curia nostra à sordibus expurgetur.

Cui salubri consilio incumbens fel. recor. Bonifatius Papa VIII. excommunicauit, & anathematizauit omnes Clericos, Religiosos, & Laicos vtriusque sexus siue familiares Curiæ, siue vndecumque alios, qui aliquod pactum facerent, seu quid paruum, vel magnum promitterent, vel promissionem reciperent, aut ex pacto, vel promissione occulta, vel manifesta, siue sub verbis generalibus, & plenè non expressis, siue specialib., & apertè expressis facta quic quã darent, aut reciperent pro iustitia, siue gratia, siue pro se, siue pro alio in causis vel iudicijs, seu aliàs per literas Apostolicas, & quibuscumq; alijs modis apud Sedem Apostolicam obtinenda, & eam sententiam ad promittentes, & acceptantes, dantesque & recipientes duxit extendendam: Illos etiam qui sibi intra triduum non denunciarent eum, quem in culpa esse scirent, vel alicui per quem ad se fideliter referretur, simili voluit sententiæ subiacere; Ac decreuit vt nullus hanc incurrens excommunicationis sententiam absq; speciali mandato suo absolutionis beneficium valeret obtinere, nisi in mortis articulo constitutus; sed nec quisquam admitteretur ad absolutionis gratiam nisi prius erogatum esset pauperibus quantum ille dedisset, vel etiam recepisset. Iustitiæ verò siue gratiæ expeditiones sic obtentæ nullius prorsus essent roboris, vel momenti; & scienter illis vtentes simili sententia innodauit, ac reseruauit sibi absolutionem eorum cum prædictis ad pœnas similes in omnibus obligauit.

Sed hoc scelus ita hodie in mores inductum est, vt plerique cupiditate improbi quæstus, potentiorum suffragationibus adnixi, huiusmodi negotiorum expeditiones hac, illac conquirentes turpissimè nundinentur. Alij alios quos gratia præstare arbitrantur, donis, & pollicitationibus ambiant. Quidam etiam se talium operam, atque industriam pretio, & muneribus quæsisse effingant. Quæ cùm pessima sint, & Curiæ prædictæ existimationem grauissimè offendant, in eos qui talia agunt animaduertendum fore arbitrati, Constitutionem prædictam cum suis censuris, & pœnis omnibus innouamus, easdemque omnes extendimus ad audentes qualecumque horum facinorum, quæ adscripsimus, dantesque illis, & alijs supradictis auxilium, consilium, vel fauorem.

Quin etiam eos omnes omni beneficio, & officio ecclesiastico, & sæculari siue temporali, siue perpetuo ipso iure priuamus, ac priuatos esse declaramus, & præterea infamiæ subiectos perpetuò, ac inhabiles ad illa, & alia esse volumus. A quibus etiam prout quæque res erit, tales pœnæ exigantur, quæ cæteris sint exemplo.

Illis tamẽ qui rem adhuc incognitam complicesque, fautores, & socios retexerint, impunitas concedatur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo, septuagesimo quarto nonis Nouembris Pontificatus Nostri anno tertio.

CVM autem subinde variæ vulgatæ fuerint prædictarum Bonifacij, & Gregorij prædecessorum constitutionum interpretationes, quarum aliquæ ipsarum constitutionum rigorem non sine

earum

earum vtilitatis dimunitione, & boni publici detrimento contra eotundem prædecessorum mentem nimium relaxant; Hinc est, quod Nos omnem quæ circa præmissa in posterum enasci posset, dubitationem tollere, & quamcumque speciem, suspicionem, & occasionem damnatæ per constitutiones huiusmodi labis á Curia prædicta quantum Nobis ex alto conceditur, perpetuó excludere cupientes, Motu proprio, ac ex certa scientia,& matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine easdem præinsertas *Bonifacij*, & *Gregorij* prædecessorum constitutiones cū omnibus, & singulis censuris, & pœnis, ac alijs quomodolibet contentis in illis (sublata tamen reuelandi obligatione) tenore præsentium perpetuó confirmamus, innouamus, & aduersus quēcumq; non vsum,seu contrarium vsum qui quoquo modo prætendi posset, restituimus & plenariè reintegramus.

Ac in ijsdem constitutionibus casus in quibus aliquid promittitur, datur, & accipitur, vel deponitur pro iustitia, vel gratia siue in spiritualibus, siue in temporalibus, & mixtis apud Sedem prædictam, & non solùm ab ipso Romano Pontifice, verùm etiam à quibuscunque eius Ministris, Iudicibus, & Officialibus, etiam Episcopis, & S Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & alia qualibet ecclesiastica, vel mundana dignitate, & auctoritate præditis, & fungentibus, aut ab alijs gratia, vel fauore pollentibus etiam eidem Summo Pontifici consanguinitatis, seu affinitatis gradu quocumque coniunctis, seu attinentibus etiam laicis obtinenda in alma Vrbe, aut in alio quocumque loco, in quò dictam Curiam esse contigerit. comprehendi decernimus, & declaramus.

Præterea constitutiones huiusmodi non tantum in actionibus iure naturali, & diuino prohibitis quia malæ sunt, sed etiam in alijs, quæ ideò malæ sunt, quia iure humano, & prædictis Apostolicis constitutionibus, ac præsenti nostra interdicuntur, locum habere.

Nec non mediatores siue immediatos, siue mediatos quotquot, & quicunque sint, & quauis dignitate, præeminentia, auctoritate, fauore, consanguinitate, atque affinitate,vt præmissum est polleant, & præfulgeant.

Ac etiam promissiones, seu verba præmissoria, dationes, & receptiones factas ob bonum finem comprehendere, nec earum dispositionem, ac pœnas euitari posse in casibus, in quibus cesset suspicio mali.

Deinde illos etiam comprehendere, qui pro aliorum iustitia, vel gratia quomodolibet impedienda, vel differenda aliquid dant, & recipiunt, vel deponūt, promittunt, seu pollicentur, vnde alijs damnum, vexatio vel molestia quomodocumque inferri, & resultare posset, & mediatores quoscumque immediatos, siue mediatos.

Insuper quæcumque verba, seu signa etiam æquiuoca quouis modo apta inducere quācumque obligationem iustitiæ, aut fidelitatis in principali, seu mediatore, etiam sub titulo remunerationis, vel gratitudinis á constitutionibus supradictis prohiberi.

Quinimó non licere quicquam promittere, dare, vel accipere quibuscumq; Iudicibus, Ministris, Officialibus,& alijs auctoritatem, aut potestatem habentibus, nec quibuscumque mediatoribus pro defensione iuris quæsiti, siue assecutione quærendi etiam ad redimendā iniustam vexationem, motu, scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, & tenore prædictis, decernimus pariter, & declaramus.

Ad hæc dationes, promissiones, & acceptiones pro gubernijs, vel alijs, quibuscumque officijs & muneribus etiā minoribus obtinendis,siue pro vnica vice, siue in singulos annos, aut menses, vel aliter quomodocumque á constitutionibus prædictis interdici; neque Iudicibus, Ministris, ac Officialibus pro gratia, vel iustitia obtinenda, etiam in his, quæ dependent ab eorum arbitrio, & ad quæ obligatione iustitiæ non tenentur,quicquam dare, aut promittere, nec ipsis accipere licere.

Neque

Neque etiam permissum esse Officialibus, vel Ministris dictæ Sedis in prouisionibus, seu earum occasione quorumcumque officiorum etiam Iurisdictionem, vel eius exercitium annexum nō habentium imponere pensionem vllam, responsionem, præstationem, vel onus, seu partem aliquam commodi, vel emolumenti ad sui, vel alicuius alterius cuiuscumque fauorem reseruare absque expressa, & speciali in singulis casibus nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis licentia in scriptis in singulis casibus ab vtraque parte obtinenda:

Insuper exigentes á partibus, vel alijs interesse habentibus, seu agentibus, ac mediatoribus quibuscumque pollicitationes, promissiones, pacta, vel recipientes aliquid sub assertione, quod Iudicū, Ministrorum, Officialium, aut Magnatum, seu aliorum quorumcumque operam, auctoritatem, vel officia pretio, vel muneribus, aut promissionibus huiusmodi comparauerint, seu quęsiuerint.

Nec non pollicitantes, promittentes, offerentes, ac tradere tentantes, licet pollicitatio, promissio, & oblatio non fuerint acceptatæ, neque traditio secuta, nullumque habuerint effectum:

Ac etiam illos, qui ex eo quòd gratias, & fauores ipsis ob familiaritatem, obsequia, ac seruitia proprijs Dominis, vel alijs præstita debitos, seu ab ipsis separatos in aliorum eum propria eiusmodi iuris, vel spei iactura commodum, & beneficium transferunt, conuertunt, & impēdunt, pro gratia, seu iustitia pro eis obtinenda aliquid recipiunt, sub memoratis costitutionibus contineri, illarumque pœnis, & censuris subiectos esse.

Pro actuali verò labore circa expeditionem impetratorum non licere officialibus, curialibus, & alijs quibuscumque recipere, nec illis polliceri, promittere, vel cum eis pacisci, nisi mercedem labori conuenientem.

Iudicibus autem Officialibus, & Ministris quibuscumque, quibus incumbit expeditio gratiæ, vel iustitiæ, minimé permitti quidquam recipere, nequè illis polliceri, promittere, vel cum eis pacisci vltra taxas præscriptas etiam ratione celerioris, aut facilioris expeditionis.

Quin etiam illicitum esse quidquam magnum, vel paruum Iudicibus, ac Ministris quibuslibet offerre, promittere, pacisci, seu polliceri, dare, vel ipsis recipere mediatè, vel immediatè etiam quod eorum animum mouere non possit, pro gratia, vel iustitia obtinenda:

Demùm supradictarum Constitutionum dispositionem, censuras, & pœnas nō censeri abolitas, vel sublatas ob scientiam, patientiam, seu tolerantiam Romani Pontificis per quęcumque etiam longissimi temporis cursum, nisi speciali licentia, vel indulto in vnoquoq; casu à singulis partibus inscriptis particulariter obtinendo fuerint expressæ, remissæ, motu, scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, & tenore paribus decernimus, statuimus, & declaramus.

Præfatasque constitutiones, ac censuras, & pœnas in eis contentas ad omnes & singulos casus supra expressos, quatenus opus sit, extendimus, & ampliamus.

Præterea easdem Bonifatij, & Gregorij prædecessorum Constitutiones per alteram piæ mem. Clementis PP. VIII. prędecessoris pariter nostri, quę incipit. Pro commissa, anno Incarnationis Domini MDXCII. decimo octauo Kal. Septembris editam ad cæteras Ditionis temporalis S.R.E. Ciuitates, & loca immediatè subiecta (præterquam quoad bona Communitatum) minimé extensas fuisse, neque per hanc nostram extendi; sed eos quidem omninò comprehendere, qui in alijs locis eiusdem Status Ecclesiastici, & cuiuslis alterius partis mundi existentes pollicentur, promittunt, paciscuntur, mittunt, vel dari faciunt per litteras, vel mediatores, vel aliter quomodocumque, & qui ab eis recipiunt contrà dictarum constitutionum dispositionem quidquam magnum, vel paruum pro iustitia, vel gratia apud Sedem prædictam obtinenda, declaramus pariter, & statuimus.

Postremò tametsi credamus, & speremus in Domino nunquam euenturum vt aliquis ex Ven. Fratribus nostris Epi-

scopis, Archiepiscopis, Metropolitanis, Primatibus, & Patriarchis, aut in quacumq; alia etiam superiori Ecclesiastica quantumuis sublimi, & speciali nota digna constitutis dignitate in præmissis quoquomodo delinquat; quia tamen diligentiam nostram in remouendis ab eadem Curia abusibus quibuslibet abundare potius, quam in aliquo deficere volumus, etiam Episcopos, Archiepiscopos, Metropolitanos, Primates, ac Patriarchas, cæterosque in quacumque alia etiam prędictis superiori ac quantumuis sublimi, & speciali nota digna constitutos dignitate, etiamsi per nostras, & Cancellariæ nostræ Apostolicæ regulas cautum sit, quod illi in Constitutionibus per Nos editis, & edendis non comprehensi censeantur, nisi in eisdem Constitutionibus facta fuerit ipsorum expressa mentio, in prædictis Constitutionibus, vt præmittitur, declaratis, & extensis, ac in præsenti nostra quoad censuras cõprehendi motu, scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, & tenore similibus statuimus.

Porrò xenia solita, esculenta, & poculenta, quæ Iudicibus, Ministris, & Officialibus Romanæ Curiæ exhiberi consueuerunt, præfatis prædecessorum nostrorum litteris, ac præsentibus nostris minimè prohibita fuisse, nec prohiberi decernimus.

Declarantes per præsentem nostram Constitutionem non censeri abrogatam Constitutionẽ Fælicis record. Pij PP. V. etiam prædecessoris nostri contra ambientes dignitates, & officia iurisdictionis administrationem habentia, eaquè pretio, seú promissione procurantes, quæ incipit. Etsi Romani &c. nonis Decembris anno sexto eius Pontificatus emanatam: sed illam, ac cæteras ipsius Pij prædecessoris; & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum quorumcumque Constitutiones, ordinationes, canones, & decreta in hac materia, vel circa hactenus edita, ac nostrã & Cancellarię Apost. regulam lxvij. qua statuimus, vt Officiales Romanæ Curiæ prędictæ nihil exigant vltra debitum, in suo robore remanere.

Ac decernẽtes præsentes litteras, & in eis contenta quęcumq; etiã ex eo quod prędicti, & alij quilibet etiã speciali nota, & expressione digni in præmissis interesse habẽtes, seu habere quomodolibet prętendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi; seu causæ propter quas eædem præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ aut iustificatæ vllatenus fuerint, vel ex alia quacumque quãtumuis iusta, legitima, iuridica, & priuilegiata causa, colore, prętextu, occasione, & capite etiam in corpore iuris clauso nullo vnquam tẽpore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, vel intentionis nostrę, seu interesse habentium; & aliorum quorumcunque consensus defectu notari, impugnari, inualidari, restringi, limitari, ad viam, seu terminos iuris reduci, in ius, vel cõtrouersiam reuocari, aut aduersus illas quodcumque iuris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu etiam motu simili concesso quempiam in iudicio vel extra illud vti, seu se iuuare posse, neq; ipsas præsentes sub quibusuis similium, vel dissimilium Constitutionum ac declarationum, & extensionum reuocationibus, limitationibus, suspensionibus, seu alijs contrarijs dispositionibus vnquã comprehendi, aut comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimũ statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas esse, & censeri, firmasque, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis prædictis, & alijs ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, cuiuscumque qualitatis, dignitatis, ordinis, gradus, & conditionis fuerint, perpetuò inuiolabiliter, & incõcussè obseruari; Sicque, & non alitèr in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices, Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiã de Latere Legatos, necnon Curiæ, & Vrbis præfatarum Iudices, Officiales, & Ministros, & alios quoslibet quauis auctoritate, & potesta-

te

te fuugentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate; iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Non obstante de iure quæsito non tollendo, & quod Cardinales non comprehendantur sub regulis, & Constitutionibus editis, & edendis, nisi in eisdem facta fuerit ipsorum expressa mentio, ac cæteris nostris, & Cancellariæ præfatæ regulis, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis etiam conciliaribus, necnon earundem Vrbis, & Curię, ac illarum Tribunalium quorumuis, & alijs quibuslibet etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quauis firmitate roboratis, statutis, eorumque reformationibus, & nouis additionibus, stylis, vsibus, & consuetudinibus etiã immemorabilibus: priuileg'js quoque indultis, motuum propriorum cedulis, Chirographis quorumcumque Romanorum Pontificum prædecessorũ nostrorum manu subscriptis, ac litteris Apostolicis sub quibuscumque verborũ tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, & alijs efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus in genere, vel in specie etiam motu simili, & consistorialiter, ac alias quomodolibet in cõtrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innouatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus speeialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum omnium & singularium tenores, formas & occasiones, ac alia etiam speciali expressione digna præsentibus pro plené & sufficienter expressis, insertis, & seruatis respectiuè habentes, illis alias in suo robore permãsuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresè derogamus, ac derogatum esse volumus, cętérisque contrarijs quibuscumque.

Vt autem eædem præsentes litteræ omnibus innotescant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus vt illæ, seu earum exemplum ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Datariæ nostræ, & Cancellariæ prædictæ, nec non in acie Campi Floræ de eadem Vrbe per aliquem ex Cursoribus nostris, pro vt moris est, publicentur & affigantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes & singulos perinde afficiant, ac si illis personaliter intimatæ fuissent; quod quę illarum transumptis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in ecclesiastica dignitate constitutę munitis eadem prorsus fides in iuditio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forẽt exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorẽ sub Annulo Piscatoris die secunda Maij M D C L V I. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

G. Gualterius.

Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi Millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto Indictione nona Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Alexandri Diuina Prouidentia Papæ VII. Anno eius secundo, die verò decima septima Mensis Maij præsentes Litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Datariæ & Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ per me Petrum Paulum de Grassis Apost. Cursorem.

Pro D. Mag. Curs. A. Castruccius Cursor

Verùm tám præfata Bulla *Bonifatij VIII.* quám etiám *Gregorij XIII.* nupèr vt supra á Sanctiss. D. N. confirmatæ, non habent locum in Procuratoribus, Tabellionibus, & Aduocatis, cum expresè tám à Bonifaciana, quám á Gregoriana excludãtur. *Nauarr. notabil.* 1 ... *num. 26. vers.* 25. *noto, & notabil.* 21. *num.* 34. *vers.* 8. *infertur Gloss. d. cap.* 1. 51

 de

de ſent. excommunicat. in 6. verſ. ſed nunc
Aduocatus, & facit tex. in cap. non licet
52 11. quæſt. 3. ex ratione, quia quod da-
tur Aduocato, Procuratori, & Notario,
non datur principalitèr pró obtinenda
iuſtitia, vel gratia, ſed prò honorario
ſuæ induſtriæ, & laboris, quod honora-
rium abſqué criminis labe poteſt vſque
ab initio in pactum deduci Adden. ad
Guidon. Pap. deciſ. 202. in vlt. annotat.
vers eſt quidem verum, Pappon. in ſuis ar-
reſt. rubric. de Aduocat. arreſt. 19. & de Pal-
mario, quod datur pro victoriæ cauſa in
Regno Neapolitano, & alibi, teſtatur
Vrſill ad Afflict. deciſ. 123 n. 6. Nauarr. cõſ.
4. n. 12. 13. & 14 de pact lib. 1. Menoch. de
arbitrar. cap. 522. num 8. Farinac. in prax.
quæſt. 106. nu 48. & ſeqq. Horat. Barbat. de
diuiſ. fructuum par. 2. cap. 11. nu. 13. & 15.
53 Differt enim pactũ de quota litis á
conuentione de certa quantitate, quæ
loco Palmarij permittitur, etiam vl-
tra ſtipendium Nauarr. in manual. cap.
25. nu. 30. Ricc. collect. 1061. verſ. 2. in
casù, Cancer. var. cap. 14. nu. 172. Boua-
dill. in politic cap. 14 nu. 68. Auguſt.
Barboſ. in collect. ad text. in l. ſi quis
Aduocatorum in 5. nu. 19. & ſeqq. Cod.
de poſtulan. D. Paulus Xamar de offic. Iu-
dic., & Aduocat. p. 2. qu. 9. num. 30.
54 quod tamen eſt intelligendum de con-
uentione moderata iuxta magnitudinẽ
Cauſæ, & laboris, ac ſcientiæ Aduocati,
& ſecundùm conſuetudinem Regionis,
vt deducitur per Gloſ. in d. cap. non licet
11. quæſt. 3. Graff. deciſ. aurear. par. 1.
lib. 3. cap. 8. tit. de Aduocat. & Procurat.
nu. 12., & ſumma centum aureorum,
55 hoc caſu non dicitur exceſſiua; Immò
permiſſa per tex. in l. 1. § ſi verò ff de
var., & extraordin. cognit. Magon. de-
ciſ. Florent. 12. nu. 12. Io. de Amic. conſ.
148 n. 7. & 8. Auguſt. Barboſ. vbi ſupra
nu. 22. circà fin. Galganett. ad ſtat. Vrbiſ.
cap. 92. nu. 20. lib. 3. vbi etiam Fenzon.
ex nu. 32. ad 43. Farinacc. d. quæſt. 106.
56 n. 53. & ſeqq. quiá Curialium labores, vix
æſtimationem recipiunt Magon. d. de-
ciſ. Florent. 12., præcipuè quandó tracta-
57 retur de Palmario, vel ſalario cum Ad-
uocato eloquenti, & facundo, quia fa-
cundia eſt modus augens taxam reco-
gnitionis l. 1. §. in honorarijs ff. de var. & 58
extraordin. cognit., & in Aduocato elo-
queuti eſt præciſé neceſſaria l. per hanc, 59
& l. reſtituendo Cod. de Aduocat. diuerſ.
Iudic. l. Magiſtrati Cod. de profeſſ., &
Medic., & ſcientia ſine eloqentia eſt ſi-
cuti gladius in manibus Paralitici, vt ex
Cicerone probat Alberic. in l. 2. §. poſt
has ff. de origin. Iur. Boer. in tractat. de
poteſtat. Magn. Cõſil. n. 89. & Aduoca-
tus habens dulcedinem humanæ elo- 60
quentiæ, peſſimam cauſam poteſt facere
bonam Gloſ. in l quod ſi nolit. §. manci-
pium verb. adhibuerit. ff. de edilit. edict.
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 186. nu. 64.
licèt ibid. hoc dictum, tanquam perni- 61
cioſum, reprobet, & Aduocati funeſta
vox non eſt audienda, licét reuera ma-
gis ſit neceſſaria ſcientia, quàm eloquẽ- 62
tia, quià iſta comparatur auro, illa argẽ-
to cap. legimus 37. diſtinct. non enim ver-
borum ſolia, ſed veritatis fructus ſunt
attendendi cap. ſedula 38. diſtinct., & 63
deberent hodiè Aduocati etiam exami-
nari, antequam in illorum numerum re-
cipiantur, vt dignoſci poſſet, an vna, vel
altera qualitas cõcurreret l. nemini Cod.
de Aduocat. diuerſ. Iudic. Bart. Angel. &
Caſtrenſ. in l. 1. §. Poſtular. ff de poſtulan., 64
& in Regno ſuper hoc adeſt Conſtitu-
tio incipiens Aduocatorum, vndè pro-
uenit dictum illud, quod multi ſunt Ad- 65
uocati, pauci verò Doctores, vt dicit
Fab. de Ann. allegat 79. nu. 4., & per
hãc rationem cauẽdum eſt à Gloſa in d.
l. 1. §. poſtular. ff de poſtulan. vbi quod 66
etiã nõ Litteratus poſſit habere peritiã,
& cõſuetudinẽ Aduocãdi, quia hæc Gloſa
cõmunitèr reprobatur per Bart., Alberic.
Angel., & Alios in eodem §. poſtular.
Excipiuntur tamen ab Hac regula In- 67
clitę Venetiarũ Reipublicæ Aduocati,
immò potius Oratores, qui licét Impe-
riales leges, ac Doctores in cauſis agẽ-
dis, ac deffendendis, pro auctoritate
non deducant, ex rationibus tamen, quę
legum ſunt animæ, inſigni eloquentia
præditi, Iudicum animos mouent, per-
ſuadent, adducũt, & velùti Demoſthenes,
& Carneades, Iudiciorum claues tenent.

Vt igitur supra dicebamus, non repe-
ritur Aduocatus, seù Procurator prohi-
bitus recipere, ac retinere data á Spon-
tè dantibus *Tyraquell. de nobilit. cap. 29.*
nu. 27., & 30. August. Barbos. in collectan.
ad tex. in l. Creditori suo 5. n. 4. Cod. de
pact. Fenzon. ad stat. Vrb lib. 3. c. 92. n. 93.
Vrsell. in suis conclus. Verb. Aduocatus
conclus. 60. nu. 89., vb i subdit, Aduo-
68 catum seù Procuratorem sine peccato
posse pacisci, vt sibi iusta, & certa quã-
titas pro suo labore soluatur, siuè causam
vincat, siuè nõ *ex Nauarr., & Alijs supra*
adductis, Alà de officio Aduocat. quæst. 12.,
& 13. per tot. Sanchez. cons. moral. lib.
3. cap. 1 dub. 42., & lib. 6. cap. 7. dub. 9.
Ronit. in Pragmat. 1. de postulan. nu. 5.
D. Paul. Xamar. de offic. Iudic., & Aduo-
cat. par. 2. quæst. 9. nu. 3.; Præcipué
quandò causa indiget legali discussione,
69 quo casù non reperitur prohibita con-
uentio, vt negotio subsequuto, certa
quantitas persoluatur *August. Barbos. in*
70 *d. l. si quis Aduocatorum nu. 19., & 20.*
Cod. de postulan.; Quinimmò Aduoca-
tus, vel Procurator, qui impendit suam
industriã pro cõsequẽda gratia, vel Iusti-
tia, non videtur labem incurrere, sicùti
non incurrit Simoniam dans pecuniã
Mediatori pro intercessioné ad obtinen-
dum beneficium, ex quo veré hic non
venit beneficium, sed intercessionem,
seù industriam, nouissimè *Donat. Anton.*
de Marin. quotidianar. lib. 2. cap. 206. nu.
71 *9. cum. duob. seqq.*; Quippé quod indu-
stria ab Aduocato, seú Procuratore,
vendi potest *cap. fin. 14. qu. 5. cap. non*
sane ead. caus., & quæst. cap. Præcariè x.
quæst. 2. speculator de salarijs § 3. n. 1. par-
ticul. 4. lib. 1.
72 Quandò veró conuentio inter Aduo-
catum, & Clientẽ est collata in euentum
victorię, intrat ratio cõtrà bonos mores,
hæcq; conuentio á l. Improbatur *cap. in-*
fames 7. qu. 7. l. si quis Aduocat. Cod. de
postulan. l. litem Cod. de procurat. latissi-
73 *mè Gratian. decis. Marcb. 218. per tot.*
vbi additio nu. 1. intelligit, quando con-
uentio respicit rem, quæ in Iudicio de-
ducitur, quia tunc dicitur pactum de
quota litis *Peregr. de priuileg. fisc. lib. 4.*
tit. 7. nu. 16. Rolan. cons. 36. nu. 20. lib. 74
1., Verùm si maius lucrum fuisset con-
uentum in casu Victoriæ, & nihil in ca-
sù ammissionis, conuentio esset prohi-
bita, secùs si aliquid minus in casú am-
missionis *Io: de Amic. cons. 148. nu. 7.*
cum seqq latissimè August. Barbos. in d. l. si
quis Aduocatorum; maximè quandò sũ- 75
mæ conuentæ nõ sunt excessiuæ *Nauarr.*
d. cons. 4. n. 4. lib. 1., & in manual d. cap.
25. nu. 30. in fin. cum Alijs per Gratian. 76
vbi proximè, quibus est adden. nouissimus
Scriptor Amicangel. tract. de Regalib. offic.
quæst. 18. tit. de offic. Aduocat. ipsius
offic., & salar. per tot. signantér *ex nu. 13.*
cum seqq., vbi plures distinguit casus, &
materiam salarij Aduocatorũ prosèqui-
tur, de qua te late etiam *Gratian. discept.*
forens. cap. 56. per tot.

ARGVMENTVM.

Quod munera, & officia sint à Principe distribuẽda optimè Reipublicæ meritis, & an his casibus, ad vitandã detractionem, debeant pręferri Nobiles, Iuuenes, vel Senes.

SVMMARIVM.

DEtrahendi datur occasio, cum Principes honores distribuũt, non considerata proportione, & æqualitate, imò in ipsorum, & Reipublicæ detrimentum resultat, præcipuè vbi ambitiosi ad maiora subleuantur, nu. 1., & 2.

Magistratus sunt cum maturitate eligendi, nu. 3.

Imperatores antiqui solebant habere libellũ, vbi adnotati erant Viri bonæ famæ, qui deinde secundùm temporis Circumstantias possent ad munera subleuari, nu. 4.

Ministri proponẽtes Principi suos tantùm Amicos, male faciunt, n. 5.

Iudices nõ ex Comẽdatione, sed ex fama eligi debent nu. 6.

Virtutes cum Nobilitate coniunctæ magis elucescunt. nu. 7.

Nobiles ad Officia sũt præferendi, nu. 8.

Nobilitati præferẽda est virtus, nu. 9.

Offi-

Officia non debent esse Venalia, & quarè, nu. 10.
Magistrtus proferentes Venales sententias, quomodò puniantur, nu. 11.
Personæ pauperes non debent ad Magistratus eligi nu. 12., *& de ratione, nu.* 13.
De officijs Romanæ Curiæ, & quæ, & quãdò sint venalia, traditur distinctio n. 14. *&* 15.
Officia an debant conferri senibus, nu. 16.
Iuuenes præferri debent ad officia cùm sint alacriores ad laborem, nu. 17.
De nonnullis Iurisconsultis, qui in Iuuenili ætate difficiles Iuris quæstiones subtiliter explicarunt, & ad Doctoratus Laureã fuere assumpti, laudabilis memoria recensetur n. 18.
Iuuenes ingenio senes præferuntur ad officia, n. 19. *cùm non canicies annorum commendetur, sed morum, nu.* 20.
Apud Indos non attendebatur ætas quoad officia conferanda, nu. 21.
Prudentia supplet ætatem, sicut, & malitia nu. 22.
Senes quandoq; non sunt dedignati Iuuenum opiniones insectari; n 23.
Iuuenis dicitur is, qui donec inter senes cõnumerari incipiat, nu. 24.
Senes nimis improbatur à iure, quòd efficiãtur Iudices nu. 25., *& de ratione nu.* 26.
Senes persæpè redduntur pusillanimes ex sententia D. Chrisostomi, quæ hic refertur nu. 27.
Aduocato Seni, Iuuenis Doctus est associandus, & quarè nu. 28.
Iuuenis cum sit memoria tenacior, ac gloria cupidior, in causis defendendis à sene est timendus nu. 29.
Senum vitia exprobantur nu. 30.
Cum senibus modestè agendum n. 31.
Iuuenum agregia facinora recensentur n. 32. *vbi id comprobatur exemplo Sac. Scripturæ.*
Bonifacius IX. fuit assumptus ad Pontificatum in trigesimo suæ ætatis anno, qui Pontificiam restituit dignitatem nu. 33.
Laudatur P. O. M. ALEXANDER VII. in florenti ætate ob inclytas eius virtutes ad Pontificatum euectus.

§. VNDECIMVS.



Aximam insuper præbet obloquendi occasionẽ id, quod dicit *Aristotiles Politicorũ* 5. nempè non cõsiderata proportio, ac æqualitas in honoribus distribuendis, qua de Causa Reipublicæ bonum corruere, Principesq; in deteriùs abire, experientia docet, præcipuè quandò illi, qui ad maiora euehuntur, ambitionis vitio notãtur, latissimè *Staiban Iun. lib* 1. *resol* 100. *ex n.* 180. *cum seqq. & n* 212. *cũ seqq.*, vbi quod Magistratus sint cũ maturitate eligendi, Principesq; tenere debeãt libellum nominum, & cognominum Virorum bonæ famæ, vt secundùm temporis circũstantias possint ad eiusdem Principis munus subleuandum, assumi, idq; fuisse seruatum ab antiquis Imperatoribus vsq; ad nostra tempora, & *nu.* 283. *cum seqq.*, *& nu.* 288. vbi quod malè faciunt Ministri proponentes Principi tantũ suos amicos, vt ad Magistratus trahãtur, cùm iuxta sententiam *Lypsij* Iudices ex commendatione eligi non debeant, sed fama, & literis præclari *Xamarr. de offic. Ind quæst.* 1. *nu.* 82., *&* 83. Sunt ergó his casibus inspiciendæ virtutes, quæ si erunt cum nobilitate coniunctæ, magis splendebunt, & erunt sicuti luminaria suprà montes posita, eisq; iudicandi, gubernandiq; munus magis peculiare, vt elegantèr *Surgent. de Neap. illustrata cap.* 17. *nu.* 14., *&* 15., *& in adnotat.* alios cumulat, & est *Text. in cap. de multa de Prabend. D. Thom. de Erudit. Princip. cap.* 4, & quod semper debeant præferri Nobiles *Cassã. in suo cathalog.* 8. *par. considerat.* 8. *Xamar. de offic Ind., & Aduocat. par.* 1 *quæst.* 1. *nu.* 31., *&* 32., aliás cuicumq; nobilitati simpliciter virtutes præponendæ, vt ait *Cicero lib.* 1. *Offic.*, & satiùs est absq; personarũ acceptione, virtute concurrente, Principes procedere, asserẽte *Tacit. annal lib.* 2. *Principes instar Deorum esse, sèd neq; à Dijs, nisi iustas supplicum*

cum praces exaudiri, *&* Poeta Cecinit.

Et genus, & proanos, & quæ non fecimus ipsi
Vix ea nostra voco.

Non enim prosunt aliquibus maiorum fumosæ imagines, quarum ipsi, qui illis gloriantur, nil aliud quandoq; retinent præter colorem, vt quondám *Ciceronē* objecisse *Pisoni* legitur in *inuectiua* contrá eundem in *exordio*, & refert *Tyraquell. de nobilit. cap.* 19. *nu.* 26.

10 Est etiàm valdé aduertendum, né officia sint venalia, necesse est enim, vt
qui emit, vendat, vt dicere solebat *Alexand. Seuerus* Imperator, subdens, nec
posse à Principe animaduerti in eum,
qui vendat quod emit, hancq; esse rem
perniciosam, demōstrat *Surgens de Neap. illustrat. cap.* 17. *nu.* 24., *&* 25., *&* 26.,
11 vbi de pęnis Magistratuum, qui venales
sentētias proferunt, ideoq; sancitur per
Text. in L. rescripto ff. de muner., & honor.
12 né homines pauperes admodū ad Magistratus euehantur, & *Aristotiles Politic. lib.* 2. *cap.* 7., *&* 9. dicit, quod Iudices
propter ægestatem, venales fiunt, idq;
inuiolabilitér olim seruatū fuisse apud
13 *Chartaginenses*, quæ tamē materia est intelligenda cum declarationibus, quas
ponit *Staiban. Iun. resol. forens. lib.* 1. *cap.* 100. *ex nu.* 50. *cum plurib. seqq.*, &
latissimè fuit hæc materia tractata in
Sacr. Rot. *in Romana census, seu Salniani* 27. *Iunij* 1653 *per tot.* confirmata 8. *Iunij* 1654. *coram bo. mem. Bichio, quas Impressas videas in* §. 28. vbi etiam ponitur
differentia officiorum Romanæ Curiæ,
de quibus tractat post alios *Duard. de*
14 *societ. lib.* 2. *cap.* 6. *quæst.* 2., & fit distinctio
in illis, quæ annexam habent iurisdictionē, ac in illis, quæ in solum titulum cōceduntur, de qua re sunt etiam videndi
Valasc. in prax. partition. cap. 13. *ex n* 60. *Constant. in l.* 1., *&* 2. *C. de filijs official. Mastrill. de Magistratib. lib.* 1. *cap.* 20. *ex nu.* 17. *Merlin. de legitt. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 23., & nouissimè *Amicang. tract.*
15 *de regalib.* vbi latissimé tractat de vēditione officiorum, quandó Principis
Supremi assensus requiratur, vel ad cōtractum perfectionandum, vel ad obstaculum remouendum.

Et licet Staib. Iun. *d. quæst. Forens.* 16
100. *ex nu.* 273. *cum multis sequentibus*
contendat, officia esse conferenda tantùm viris maturæ ætatis, ac senibus,
idq; erudité demonstret, & Iuribus, &
Authoritatibus, & meritó quidém,
quiá Iuuenes senibus detrahere non debent, ipsisq; magis hoc liceat de iuuenibus ad æmulationem excitandam.

Tamèn secundùm subiectam mate- 17
riam, & regularitèr Contrarium ego puto esse verius, nempè Iuuenibus virtute,
& scientia præditis, officia paritèr esse
conferenda, cum alacriores sint ad labores, si enim ad Iuris Consultos iuue-
nes inspiciamus, legimus *Guglielmum* 18
Durandi, *speculatorem* appellatum in
prima sua iuuentute, speculum, quod est
ferè Diuinum, opus legale composuisse, vt de eo testatur *Paul. de Castro in L. Antea Cod. quib. Appell. non est permiss.* *Bartolus* vegesimum primum annum
agens, ad doctoratus lauream ascendit;
vt de se ipso testatur in *L. quidam cū filium insi. ff. de verb. oblig*, & priùs
dùm decimum septimum agebat annum, causas in foro agitare cęparat, de
quo *Angel. in l.* 1. §. *initium ff. de lib. & posthum.* vbi etiam loquitur de *Baldo*
eius fratre viro doctissimo, de quo dicitur, quod omnia sciuit, & nihil ignorauit, quod agens decimum quintum annum, publicè explicauit difficilem textum in *L. centum Capua ff. de eo quod certo loco*, & inde *Angelus* loquens de se
ipso, ait, quod vicenarius cæpit causas
agere; *Alciatus* vigesimum paritér agebat annum, cum nobile paradoxorum
composuit opus, vt ipsemet testatur
lib. 6. *paradox.* *Picus Mirandolanus* omnium scientiarum scientissimus 18. agēs
annum super quibuscumq; materijs, etiā
varijs linguis respondebat.

Vndè quandó reperitur Iuuenis in-
genio senex, non mirum, quod simplici- 19
tèr seni pręferri debeat ex sententia *D. Ambrosij*, vbi quod ætas numerari non
debeat prò ratione corporis, sed prò qua-
litate virtutis, cum non canicies com- 20
meodetur annorum, sed morum, *Gregor. moralium lib.* 3. *Hieronym. ad Paulin.* *&*

Moy-

Moyses 70. Presbyteros non æuo, sed prudentia duxit iudicandos, pueri .n. vt dicebat Daniel, adhùc lōgæuos iudicāt; idemq; referunt Strabo in sua Cosmographia lib. 15. commemorans, ita apud Indos seruari, Quintilian. lib. 2. Episto-
21 larum, Tacitus lib. 11. Annal., vbi quod apud maiores, virtutis id præmium fuerat, cunctisq; ciuibus, si bonis artibus fiderent, licitum petere Magistratus, nec ætas quidem distinguebatur, quin prima iuuentus consulatus, ac dictaturas inirent.

Ex nostris hoc idem asserit Salycet. in L. prouidendum C. de postulan., & ex-
22 pressè voluit Iustinian. in §. planè Auth. de Monacis, prudentia enim supplere potest ætatem, sicut malitia, l. si alterius Cod si minor maiorem se dixerit, cap. de illis de Desponsat. impub. Glos. in cap. Isidorum 26. Distinct., & in cap. vltim. verb. Antiquiores de consuetud. in 6. Roman. in L. si verò §. de viro fallent. 53. ff. solut. matrim.

23 Et quandoq; senes non sunt dedignati iuuenum opiniones insectari, vt ait Paulus in L. si seruum Stichum §. sequitur verb. Celsus adolescens ff. de verb. signific. vbi Imol. Alexand. Iason. Aretinus idem affirmant, & S. Augustin. dicebat senes à iuuene, Episcopus tot annorum á collega nondum anniculo paratus sum edoceri, & habetur in cap. vl-
24 tim. 38. distinct. Burgos. in L. 2. Thauri, & quod iuuenis quis dicitur, donec inter senes connumerari incipiat L. non aliter §. final. ff. de legat. 3. imò in iure
25 improbatur, quod nimis senes, efficiantur Iudices l. 2. §. quem ita, & L. penult. in princip. ff. de vacatione munerum, Glos. in cap. nisi cum pridem §. alia, & in cap. 1. verbo senectutem de renunciat. Archidiac. in cap. tanta 86. distinct. Segura in directorio iudicum par. 1. cap. 4. in fin. nā
26 animi fortitudo, quæ à viribus corporis, in homine admodum pendet, vt dicit Boter. de ratione stat. lib. 2. in senioribus deficit, ipsiq; vt sæpius redduntur pusillanimes, iuxta sententiam S. Chriso-
27 stomi super Epistola D. Pauli ad Titum homilia 4. ibi, Vitia quadā propria senectuti insunt, scilicèt segnitiesquadā. & tarditas, obliuio profunda, obtusus sēsus, iracundia atq; pusillanimitas, & benè ad propositū dixit Rip. de peste nu. 60. quod semper Aduocato seni, Iuuenis doctus sit asso- 28
ciandus, quia senis experientia, causæ ordo benè procedit, Iuuenis alacritate magis defenditur, cum Iuuenis vti me- 29
moria tenacior, ac gloria cupidior sit in causis defendendis à sene timendus, eādemq; opinionem nouissimè tenuit D. Paul. Xamarr. de offic. Iud., & Aduoc. par. 2. quæst. 2. nu. 14. vbi benè loquitur fauore Aduocati iuuenis, nec hoc casu arrogantiæ nota detrahi possunt, & alia exempla de hac materia poterunt videri in cap. tanta 86. distinct. ibi, tanta nequitia de Senectute sua &c., & 30
inferiùs ibi, hortamur vt aliquando respiscas miser Senex, Lucas de Penn. in L. 1. de consulib. lib. 12., qui tamen loquuntur de senibus vitiosis, de quibus Isaias cap. 66. Maledictus Puer centum annorum, secùs de senibus experientia, ac virtute præditis, quibus omnis debetur reuerentia, & si casus occurrerit ab eo- 31
rum sententia discedendi, id reuerenter modestèq; agendum, vt fecit Celsus filius, qui noluit insectari opinionem Celsi Patris, vt refert Vulpian. in l. 3. §. si quis quasi statu liber ff. de condit. ob causam.

Iuuenes enim sunt alacriores ad pugnam, vt dicebat S. Martyr Syxtus Pa- 32
pa Laurentio discipulo, & leuitæ, & alios casus refert D. Bernardus in Epistola ad Vgonem; Moyses enim imberbis Ægyptiorum contrá Æthyopes Dux fuit effectus, pariterq; Agoth contrá Mohabitas, Gedeo Iuuenis á Deo electus ad Populi Gubernium, Samuel in duodecimo anno suæ ætatis prophętauit, David satis Iouenis multa prælia confecit, de quibus omnibus plena est Sacra Scriptura, & de alijs nempè de Alexandro Magno, Marco Coroliano, Mutio Scęuola, Scipione Africano, Scipione Nasica, Marco Marcello, Pompeo, quiq; gesta iuuenes fecerint, habes plenas hystorias, & viciniotibus temporibus quid satis Iuuenes non egerint in prælijs Zaston de-

de Foy, Dux Andegauensis postea *Henricus* III. Caroli IX. successor, & alij.

Quibus omnibus addi potest Bonifacius IX. Summus Pontifex, qui consi-
33 lio ætatem superans (30. quippe annos natus fuerat) eandem Pontificiam restituit Maiestatem, vt sunt verba *Horatij Tursellini in epitome hystariar. lib. 9. fol. mihi 476.* quam etiam Maiestatem præ cæteris diù, communi totius Orbis applausu speratur conseruaturum P.O.M.
34 ALEXANDRVM VII. in florenti quoq; ætate, cunctis Eminentissimorum Cardinalium suffragijs, ob eius inclytas, & omni æuo memorãdas virtutes, creatum.

ARGVMENTVM.

De Detractoribus alienæ virtutis, morum, vel Natalium, qui in Aulis Principum versari solent, qua occasione multa de probatione Nobilitatis.

SVMMARIVM.

Detractores quas maledicentiæ opponant cõtra benemerentes viros, ne ad dignitates assumantur nu. 1., & 2.

Nobiles non sunt priuandi muneribus, & officijs eo quia in temporum, & fortunæ inconstentias, miserrimè inciderint nu. 3.

Nobilitatis prærogatiua non amittuntur, etiam si alij intermedij de eadem stirpe aliquid cõmiserint in præiuditium Nobilitatis, nu. 4.

Filij dicuntur habere nobilitatem à stypite, & non à Patre nu. 5.

Patris vile officium, & ministerium, non nocet filijs quoad nobilitatem nu. 6.

Contrarium nu. 7. declaratur, nu. 8.

Nobilitas infixa prima radici, non obscuratur per actus subsequentes nobilitati contrarios in præiuditium Posterorum, licèt tantùm exercentibus tales actus præiudicetur, nu. 9.

Ars Chirurgia, vel Aromataria, vel Medicina, an derogent primæ nobilitati, & quandò, nu. 10. 11., & 12.

Nobilis electus ad Officium Populare, an illud acceptans, & exercens, sibi præiudicet n. 13. Quid si cõcurrat vtilitas Reipublicæ, vel Superioris præceptum, nu. 14., & an tunc sit necessaria protestatio, vel clausula citrà præiudicium Nobilitatis, nu. 15.

Iudices cognoscentes de causis Nobilitatis, in dubio sẽper pronũciare debẽt prò Actoribus n. 16. Quid si actores succũbant ibid.

In causis nobilitatis, cõtendentibus duabus familijs eiusdem cognominis, potest pronunciari constare de bono iure vtriusq; ad effectum honorificentiæ tantùm, ex opinione Rotæ Romanæ nu. 17.

Identitas cognominis, quandò sit efficax argumentum ad probandam identitatem familiæ nu. 18.

Familia à primæua origine potuit esse vnica, & inde in plures ramos diuidi nu. 19.

Cognomini quandò est additum aliquid accidentale, an ex hoc arguatur diuersitas familiæ, exemplificatur nedùm in alijs, sed in propria Auctoris familia nu. 20.

Nobiles ex Costa Amalphitana, vt plurimùm descendunt ex Romanorum Sanguine ex vulgata traditione, secundùm quam etiam Censalia familia dicitur descendere ex Romana familia de Cẽsorijs seù de Censorinis nu. 21.

Ricardus de Censalio de anno 1322. sub Vexillo Gulielmi Boni, vt Baro Regni, obtulit plures milites pro expeditione Terræ Sanctæ, nu. 22.

Qualitas accidentalis, quomodò diuersificet familias, nu. 23.

Alteratio, vel diminutio, seu mutatio alicuius literæ in cognomine, quomodo indicat nobiliũ familiarũ diuersitatẽ, n. 24.

Insignium identitas plurimùm confert ad nobilitatis antiquitatem probandam, nu. 25.

Si quis eiusdem cognominis gestasset diuersa insignia, quomodò possit prohiberi, ne alijs vtatur, nu. 26.

Scientia tricennalis suffragatur prætendẽti familiæ identitatem, si olij sunt passi, vt gestarentur eadem insignia, nu. 27.

Ciuis Perusinus si quis fuerit creatus, ciuilitas acquisita suffragatur fratribus, eorumq; descendentibus nu. 28.

Ad susceptionem Habitus militaris, præsertim in Religione Hyerosolimitana, quæ nobilitas requiratur num. 29., & nu. 44. & quid obseruetur in Hyspania nu. 30.

Inter Hyspanos nulla maior nobilitas considerari potest, quàm Hydalghum esse, nu. 31.

Ad nobilitatem probandam, sufficit communis reputatio, & sola fama nu. 32., & 33. amplia, vt nu. 34. Idemq; si Testes deponant de antiquitate familiæ nu. 35., & 38.

Mentio temporis antiqui includit lapsum centum annorum, nu. 36.

Tempus sexaginta annorum dicitur etiam antiquum, nu. 37.

Nobilis quis præsumitur ex publica voce, & fama, vel si Contraxisset matrimonium cum familijs nobilibus, nu. 39., & 40.

Quæ probationes fieri debeant ad effectũ, vt quis admitti, vel reintegrari possit ad nobilitatem Sedilium Neapolis.n.41.

In Italia Ciuitatibus ad probandam nobilitatẽ, attenditur Consuetudo, & plura inspiciuntur nu. 42., & 43.

Filiatio legittima ex communi omnium reputatione, & ex præcedenti legitimo matrimonio, habetur prò iustificata nu 45.

Nobilitas quomodò probetur, ad effectũ suscipiendi habitum Religionis Hyerosolimitanæ nu. 46., 47., & 50.

Testes vel Nobiles, vel Senes, vel Diuites deponentes de nobilitate, plenissimè probant nu. 48.

Testes seniores, cæteris præferũtur nu. 49.

Scriptura antiquissima demonstrantes nobilitatem familiæ, iunctis Testium depositionibus, suffragantur ad effectũ suscipiendi habitum Religionis Hyerosolimitanæ nu. 51.

Mala vita præsumptio tollitur ex Testium depositione super bona fama, & moribus, ac etiam ex sententia absolutoria, nu. 52.

Nobilitas ex quibus probetur nu. 53., & præcipuè ad effectũ admissionis ad Habitũ Religionis Hyrosolomitanæ nu. 54.

Descendentia probatur per publicam vocẽ, & famam nu. 55.

Probationes leniores etiàm per indicia sufficiũt in materia antiqua vltra sexaginta annos nu. 56.

Testibus reddentibus optimas, & concludentes rationes sui dicti, est adhibenda fides nu. 57.

Verbum, Hydalgos, quid importet nu. 58. Los Hydalgos sunt magis nobiles, quàm sunt æquites, & quinam propriè dicatur Hydalgus. nu. 59., & 60.

Religio Hyerosolimitana, quæ requirat, & quomodò probetur antiquitas annorum nu. 61.

Appellatione Antiqui in probationibus, intelligitur tempus centum annorũ n. 62.

Officium Depositarij Regni, est Officium honorificum, quod Nobilitati non derogat ad effectum assumendi Habitum Hyerosolimitanum nu. 63.

Nobilitas per Commissarios ex parte Auiæ Materna admissa, & per vtrumq; Cõsilium approbata, non potest amplius in controuersiam deduci, maximè quandò per partem non fuerit appellatum n. 64. & de ratione ibid.

§. DVODECIMVS.



NEc tursùs leues esse solent detractiones, quæ in Principum Aulis fiunt, vt impedimetum, vel Obex Benemerentibus Vitis, nè ad dignitates euehantur, apponantur: quo peccati genere grauissimo, nil protsùs grauius considerati potest, dùm nunc mores obtunduntur, nunc scientia attenuatur, nunc Vitæ libertas prædicatur, 2 nunc vitia deteguntur, nunc demùm Genetis, ac Natalium humilitas euulgatur, cęteraq; similia patefiunt, sed ex iam dictis Principis prudentia in hoc præualente, omnia fælici successu euenire possunt, non sine Dettactorum rabie, sufficiensq; à Principibus diudicati valeat, quem proptijs actionibus decoratum 3

tum

tum, suam nobilitatē in mediū proferre
posse, inspecta præcipuè fortunæ, tempo
rumq; inconstantia, dū omni æuo, vel no-
bilissimæ familiæ apparuerunt, ad vl-
timum fati exitum descendisse, vel aliæ
infimæ ad primos Apicis gradus ascen-
disse; & Germano fratri Iosepho Cen-
salio omnium scientiarum prædito, & in
curia Romana cælebri Aduocato, (qui
nō sine omnium mœrore mensibus ela-
psis euolauit ad Cœlum, vt ad partes in-
ferius de eo mentionē faciemus) cōtingit
defendere quendam de cognomine no-
bili, cui ad habitum Hyerosolimitanū
suscipiendum, multa opponebantur, & in
specie probauit, quod non semper fami-
liarum fortunæ, statusue eodem gradu
4 consistant, sufficiatq; descendere á stirpe
nobili, vt nobilitatis prærogatiua dene-
gari non possit, etiam si alij de eadem
stirpe intermedij aliquid commisissent,
& propriæ nobilitati præiudicauerint,
pro vt sunt expressa Iura *l. cum qui ff. de
Interdict.*, *& relegat. l. emancipatum in
fin.*, *& l. filius Senatoris in fi. ff. de Sena-
torib. Tyraquell. de Nobilit. cap. 35. nu.
4. vers.*, *& ego, & de iure primogenitu-
ræ quæst. 23. ex n. 20.*, ex quo in his quæ
Generis sunt, Maiorum negligentia, si-
5 ue factum, posteris non præiudicat, & filij
dicātur nobilitatem habere à stirpe, &
non à Patre, vt post alios respondit *Fab.
de Anna cons. 17. ex nu. 3. cum seqq.*, *&
ex n. 13.*, *& per tot.* sufficiatq; aliquan-
dò redire ad Nobilium actus *Guidopap.
decis. 196.*, *nu. 2. Cassan. cons. 64. nu.
39.*, *& ad Consuetud. Burgund. rubric. 4.
§. 19. nu. 31.* reperitq; multa ad mate-
riam idem *Fab. de Anna cons. 18. ex
nu. 11. cons. 80. ex nu. 8.*, *& cons. 88.
6 ex nu. 2.*, quinimò quod vile officium,
& ministerium Patris, non noceat filijs
quoad generis nobilitatem, tenet *Natt.
cons. 577. nu. 8. Cephal. cons. 238. nu.
23. lib. 2. Anna. d. consil. 80. ex nu. 8.
cum sequentibus.*

7 Et licet contrarium videatur sentire
*Excobar de puritate Sanguinis par. 1.
quæst. 13. §. 2. ex nu. 27.* Vbi quod ma-
cula transfunditur ad posteros de fami-
lia, *& quæst. 17. §. 1. ex nu. 30.*, tamen
loquitur de macula infixa primæ radici, 8
& sic quandò infectio esset in stypite,
vt potè si quis descenderet ex Mauro,
vel Iudæo, secùs verò quando prima
Radix fuisset nobilis, quia tunc Gene- 9
ris nobilitas, non obscuratur per actus
subsequentes Nobilitati contrarios,
qui tantùm gerentibus præiudicarent,
vt benè explicat *Fab. de Anna d. cons. 17.
ex n. 19.* idemq; secundùm hanc distin-
ctionem admittit *Excobar d. qu. 17. §. 1.
ex nu. 35. cum seqq.*, & ex hoc firmat
*Paschal. de Patr. potest. part. 4. cap. 2.
ex nu. 51.*, quod ars Chirurgiæ, vel 10
Aromatariæ non deroget primæ Nobi-
litati *ex Cephal. cons. 611. per tot. signan-
ter ex nu. 24.*, dummodò tamen quis
non descendat ex illo Aromatario, qui 11
appellatur Manualis, de quo est intelli-
genda decisio Rotæ apud *Post. de manu-
tenendo. 479. n. 4.*, *et 5.* Sicuti nec etiā
derogat ars Medicinæ, vt relato *Tyra-* 12
quello, & alijs, dicit decisum *de Franch.
decis. 564. per tot. vbi Addent.*, & præ-
sertim *Nouar.*, & passim legitur serua-
tum Neapoli in familijs nobilibus de
Sedili.

Et in Ciuitatibus, vbi nobilitas sepa- 13
rata residet, si quis, vel necessitate vrgen-
te, vel aliàs ad officium populare eliga-
tur, illudq; acceptet, & exerceat, sibi
non præiudicat ad *Text. in L. 1. C. de
his qui sponte publica munera subeunt*, &
multò magis, si pro tali Officio exer- 14
cendo, concurreret, vel Reipublicæ
vtilitas, vel Superioris præceptum *l. ad
Subeunda 46. Cod. de Decurionib. lib. 10.
l. honor §. De honoribus verb. Origo
Natalium ff de Muneribus, & honor.
De Ponte de potest. Proreg. tit. de Abun-
dantia Ciuit. §. 1. ex nu. 4. Thor. in com-
pend decis. Regni Neap. par. 1. verb. No-
biles si fuerint electi, Garz. de Nobilit.
Glos. 6. nu. 37.* Neq; sit hoc casu præci-
sè necessaria protestatio, vel Clausula 15
cittá præiudicium nobilitatis, quæ ra-
men ad maiorem Cautelam adhiberi
potest, vt Communitèr obseruari refert
de Ponte, vbi supra, maximè, quia decla-
rare aliquem non ammisisse nobilitatē,
vel quod sit de aliqua familia Nobili,

ipseq; etiam gaudere debeat, sit modici præiudicij, vt firmat Egregiè *Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 2. disput. 3. ex*
16 *nu. 3.* vbi monet Iudices de talibus causis cognituros, vt in dubio sempèr pronuncient prò Actoribus, quibus succũbentibus, perpetuum irrogatur detrimentum, quod nuperrimè obseruauit *Rot. in Romana Iuris honorifici 12. Iunij 1651. coram bo. mem. Dunozet*, vbi contendentibus duobus Ramis de Nobili
17 Domo Anibaldentium, quisnam melius ius foueret in reponẽdo antiquo monumento in Basilica Lateranen. respondit constare de bono iure vtriusq; ad effectum honorificentiæ tantùm.

Fateor tamen aliquandò cognomi-
18 nis identitatem, non esse efficax argumentum ad familiæ identitatem probãdã, si familia in diuersis partibus, & locis reperiretur, vt in puncto loquendo de propria familia, dicit *Signorol. de Homode. cons. 81. nu. 5.*, & refert decisum *Horat Montan. Controuers 80. nu. 11. vers. plus dico*, & plura exempla cumulat *Cioff. cons. 18. ex nu. 8. lib. 1.*, potest
19 enim esse, vt quicquid sit, an familia á primæua origine fuerit vnica, posteá tamèn fuerit diuisa, de qua re latè disserunt *Curt. Sen Cons. 40. nu. 13. Paris. cons. 51. nu. 10. lib. 2. Ronit cons. 27. ex nu. 13. lib. 1. De Pont. cons. 154. ex nu. 55. cum seqq. lib. 2. Rot. decis. 15. nu. 31., & 32. par. 7. recent.* Maximè
20 quandò cognomini est additum aliquid accidentale, vt exemplificando incognomine fontana delle Guglie, & de Papaueris, seu Arcellis, dicit *Menoch. de. præsumpt lib. 6. præsumpt. 16. nu. 49. Censal. ad Peregr. de fideic. fol. mihi 36. col. 1. vers. Tertio ex eo, in prima impress. Capyc. Galeot. lib. 2 Contrau. 2. nu. 49.*, vel sicùti est in Nostra Familia Censali de *Sebastiano*, qui *Sebastianus* pluribus retroactis sæculis fuit Vir Illustris ex Costa Amalphitana, & Romanorum sanguine
21 Censorijs, seu Cẽsorinis descendens, ex cuius etiam Prosapia fuit *Ricciardus* de Gensal., qui in Regijs Archiuijs commemoratur inter Barones Regni, quiq;
22 de anno 1322. obtulit plures milites pro expeditione Terræ Sanctæ sub Vexillo *Guglielmi Boni*, vt refert Pater *Burell.* ex Clericis Minoribus Sacerdos, & Nobilis antiquitatum Indagator in *recollectis post Apologiam Latinam contrá Elium Marchesium litt. R.*, Cum enim
talis additio circà qualitatem acciden- 23
talem continuetur, dubitari non potest de identitate familiæ ab vno stipite descendentis, vt supra deduximus, & passim patet, vt in Anibaldensibus de Zancaro, in Visinis de Pitigliano, & in Vrsinis de Bracciano, in Caraffis della Spina, & in Caraffis della Stateia, & sic de singulis, & loquendo in specie familiæ Piccolomineæ *Anton. Monac. decis. Florentin. 71. n. 2. & 3.*, & dicitur identitas probata in specie, si qualitas addita Cognomini concurrat, aliás secùs, *Ronit. d. cons. 27. nu. 14. Menoch. de Præsumpt. lib. 4. præsump. 88. nu. 12., & Consil. 30. nu. 13., & 14 Paris. cons. 51. nu. 10. lib. 2. Corne. cons 41. nu. 5., & 6. vol. 4. Surd. cons. 247. nu. 12.*

Nec mirum, quod aliquandó reperia-
tur, vel facta aliqua mutatio de Cognomine, vel quarumdam litterarum, vel 24
alteratio, vel diminutio, quiá id passim accidere dicit *D. Camillus Tutinus in tract. de Nobilit. Sedilium Neap.*, & idem dici posset de familia Anna, quæ est eadem cum Annia Romana, & sic de alijs; & ego obseruaui in Scripturis antiquis, quod nostra familia nùnc denominatur de Genzano, nùnc de Gensali, nùnc Censali, nũnc Setisalis, cum in omnibus insignia conueniant, quam conueniẽ-
tiam esse præcipuè obseruandam ad 25
probandam antiquitatem, ac gestorum memoriam, elegantèr differit *Thesaur. decis. Pedem. 270.* signantèr *ex nu. 33. vsq. ad fin.*, & ad hoc maximi ponderis etiam reputantur enunciatiuæ antiquæ *Fab de Ann. cons. 110. ex. nu. 38 lib. 2. Capyc. Latr. consult. 94. n. 5 cum seqq. lib. 2.* alias, vt dixi, simplex denominatio eiusdem Cognominis parùm prodesset, *ad Text. in l. Imperatores 38. § item rescripserunt ff. ad municipal. Carleual. de Iudic. lib 1. tit. 2. disput. 3. nu. 13. vers. neq; sat est ad probationem identitatis ge-*
neris

26 ueris, quod ſi probaretur, quem geſtaſſe
diuerſa inſigoia, competeret ius prohi-
bendi, de qua re eſt videndus Cenall. cõ-
mun. Contra Comm. quaſt. 745. nu. 12.
Anton. Cioff. conſ. 16. nu. 1., & conſil.
17. nu. 6., & ſeqq. lib. 1. Tyraquell. de
Nobilit. cap. 6 nu. 17. verſ. fateor. Nouar.
quaſt forenſ. 24. nu. 10. verſ. primum
eſt. Ioſeph Ruſtic. in tract. an, & quando
liberi in Conditione poſiti cap. 6. nu. 51.,
& 54. licét aliàs 30. annorũ ſpatio, ioſi-
gnium vſus præſcribi valeat Maceraten.
Variarum lib. 1. reſol. 82. nu. 8., & facta
27 probatio, nequis vtatur inſignibus, ſi
ſubſequitur acquieſciẽtia tricennalis, ſuf-
fragabitur prærendenti familiæ identita-
tem Capyc. Latr. Conſult. 110. nu. 13.
lib. 2. Non tamen ita rigoroſè procedi-
28 tur in probaoda Ciuilitate Peruſina,
qua etiã Noſtra Familia in gradu Patri-
tiorum gaudet, reſpectu cuius ſufficit,
quod vnus frater fuerit creatus Ciuis
Peruſinus, vt eadem Cioilitas cæteris
fratribus, eorumq; deſcendentibus ſuf-
fragetur iuxta auream doctrinam Angeli
in Auth. vt liceat Matri, & Auiæ §. 1.
verſ ad hac in fin. Rouit. conſ 80. nu. 60.
lib. .. Capyc. Latr. Conſult 128. n. 12., &
Conſult. 129. nu. 8., & 9. lib. 2.

Hinc incongruum oon videtur appo-
nere ad materiam oon nulla circá pro-
bationem nobilitatis pró ſuſcipiendo
29 Militari habitu, præcipuè Religionis Hye
roſolymitanæ ad formam Statuti dictæ
Religionis 5. 7., & 17. de recipiendis fra-
tribus, vt népè probari debeant quatuor
latera nobilitatem retioentia, ſcilicet ex
patre Patris, & Auiæ paternæ, & ex
prateMatris, & Auię Maternę, quę ſiqui-
dèm probatio poteſt fieri per Teſtes de-
30 ponentes de Comuni reputatione, & in
Hiſpania ſufficit, quod prætendens ha-
bitũ, probet ſe deſcendere ab Hydalghis,
vt latiſſimé Rot. apud bo. mem. Merlin.
decíſ. 164. per tot. cum ibi nulla maior
31 nobilitas conſideretur, quám Hydalghũ
eſſe, ideſt filium deſcendentem à nobili
ex ſanguine Ghothico, vt latiſſimé di-
ſcutit Baezza tract. 2. cap. 36. de inope
32 debitore ex nu. 43. cum pluribus ſeqq., &
quod iſta Comunis reputatio ſufficiat,
firmat Bartol. in L. 1. nu. 97. Cod de
dignitat lib. 12. Tyraquel. de nobilit. cap.
10. nu. 8. Valenz. conſ. 90. nu. 36. lib. 1.
Rot. apud Buratt. decíſ. 358. n 1., & ſeqq.
& in Melnitana Habitus 9. Iunij 1638.
coram Reuerendiſs. D. Ghiſlerio, & quan-
dò Hydalghia eſſet notoria, di ſangue, 33
Nome, Armi, & Antichità Conoſciuta,
ſufficit, quod Teſtes deponant de auditu
etiam quod non facerent mentionem
de armis, & inſignijs Rot. apud Merlin.
d. decíſ. 164. nu. 10. cúm ad hunc ef-
fectum ſola fama ſufficiat, etiam ſi non 34
dicatur à quo teſtes audiuerint, latiſſimè
Carleual. de Iudic. tom. 2. diſput. 3. nu. 8.
circa fin., & nu. 10. cum pluribus ſeqq.
Idemq, procederet, ſi Teſtes deponerẽt, 35
quod aliquis eſſet de familia antiqua,
vel quod teneret antiquitatem in loco,
vbi probationes fiunt, ex quo eò ipſo,
quod ſit mentio temporis antiqui, inclu-
ditur lapſus centum annorum, Carleual. 36
de Iudic. d. tom. 2. diſput. 3. ex nu. 10.,
vbi tamen loquitur remiſſiuè, Rot. apud
Peniam decíſ. 1286. ex nu. 4. in nou. im-
preſſ. Lugdunen., & in termiois oobili-
tatis Merlin. d. decíſ. 164. nu. 15. licét 37
reſpectu Teſtium deponentium de au-
ditu, Tempus ſexaginta annorum etiã
dicatur antiquum, Rot. decíſ. 88. nu. 16.,
& 17. par. 6. rec., & Teſtes de antiqui- 38
tate familiæ deponentes, cenſentur in ef-
fectu deponere, quod illius antiquæ fa-
miliæ principium ignoretur, etiam ſi
deponerent de tẽpore præſenti, vt in
terminis habitus, optimé deducitur in d.
decíſ. bo. mem. Merlin. 164. nu. 14.,
& 15., eoq, magis accedente fama, &
publica voce, Rot. decíſ. 551. ex nu 1., & 39
2. par. 4., & decíſ. 167. ex nu. 1., & 2.
par. 7. rec., & apud Caualer. d. 68. per
tot. vel ſi contraxiſſet matrimoniũ cum
familijs nobilibus, Rot. apud Buratt. decíſ. 40
358. n. 7., & 8. Capyc. Latr. Conſult. 128.
ex nu. 73. per tot. lib. 1., & Conſult. 129.
pariter per tot., vbi notabilitér diſcutit
materiam probationis nobilitatis ad ef-
fectum, vt quis admitti, vel reintegrari 41
poſſit ad inclitam nobilitatem Sedilium
Neapolis, & latiſſimé de eadem mate-
ria circá praxim ſtatutorum de Puritate
San-

Sanguinis, aut nobilitate, & illarum qualitatū probatione *D.Carlen. de Indic. tom. 2. d. disput. 3. nu. 3., & per tot.* ad quem quandò casus occurrerit prò removendis ambiguitatibus, ac etiam, vt Commissarij ad has probationes faciendas deputati faciliores se prębeant, tuto pede confugi poterit.

42 In alijs verò Italiæ Ciuitatibus ad probationem nobilitatis attenditur consuetudo, quia in aliquibus inspicitur, an antiquitus familiæ reperiātur descriptę in antiquis monumentis, & libris Ciuitatis, & an ad illius honores fuerint admissi, ac pariter gauisi fuerint honoribus, & prærogatiuis, quibus cæteri Nobiles gaudere solent, & habuerint alias circumstantias, de quibus optimè per *Rot. apud Canaler. decis. 68. per tot.* In

43 alijs verò, eò ipso, quod quis reperitur connumeratus inter Nobiles alicuius Plateæ, vel sedilis, vt est Neapoli, dicitur probata nobilitas, de quare latissimè *Capyc. Latr. consult. 12., & consult. 50. lib. 1., & consult. 128, & 129. per totas lib. 2.*, idemq; est etiàm dicendum in alijs Ciuitatibus, vel locis, vbi adest nobilitas separata à reliqua populi, vel plebis parte, vt per *Capye. Latr vbi prox.* cum alijs per *Rot decis. 551. ex n. 1., & per tot. par. 4. recent.*, & apud *Canaler. d. decis.*

44 *68 pariter per tot.* quę ōnes decisiones in specie loquuntur etiàm ad effectum assumendi habitum Religionis Hyerosolimitanæ ad formam stabilimentorum Religionis, de quibus suprà, ad quorum Choronidem valdè faciunt decisiones *Rotæ Romanæ in Meleuitana habitus 9. Iunij 1638. coràm Reuerendiss. Ghislerio Episcopo Terracinen. & in alia Meleuitina habitus 26. Iunij 1658. cor. R. P. D. Celso*, quas hic Imprimendas curaui.

DECISIO S. ROTÆ ROMANÆ;

9. Iunij 1638.



Commissa mihi causa appellationis interpositæ à duabus sententijs, in quibus fuit pronunciatum D. Narcisum Sardum nobilem Messanensem non esse admittendum ad habitum Sac. Religionis Hyerosolimitanæ, dubitaui in Rota an constaret de Nobilitate d. Sardi, & de alijs requisitis, ita vt esset admittendus ad habitum, quod dubium ipso tantùm informante, affirmatiuè fuit resolutum, eò quia probauit suam nobilitatem prò susceptione habitus iuxta statuta Religionis 57., & 17. de recipiendis fratribus. Si quidèm ex Testibus probauit se filium legitimum ex Ioanne Cola Sardo, & Oliuia Parisia absq; vlla macula, seu mixtura cum Iudæis, aut similibus, & ita ab illis fuisse tantùm tractatum, & reputatum, nec non etiam ab omnibus qui eum cognoscebant, ex quibus sufficientèr talis filiatio legitima, 45 ex præcedenti legitimo Matrimonio habetur prò iustificata *Panorm. in cap. later nu. 6. qui filij sint legit. Felin. in cap. illud n. 12. de præsumpt. Menoch. consil. 490. nu. 8., & seqq. lib. 5. Mantic. decis. 317. nu. 1.* qui plures refert. Præterea 46 probauit nobilitatem dicti Ioannis Colę vti nati ex Colandrio Sardo, & Francisca Ghinico. Insupèr probauit nobilitatem Oliuiæ Matris, ex quo nata fuit ex Mattheo Parisio, & Ioannella Cannizaro, ex testibus examinatis in Ciuitate Virzini deponentibus à primo articulo vsq; ad vndecimum de Nobilitate, & alijs requisitis dicti Narcisi deponentibus super septimo articulo, ipsum Nar- 47 cisum vixisse, ac viuere vti nobilem Virum, & cum similibus hominibus practicasse, & practicam habere, & prò tali inter eos fuisse admissum, quæ depositio multùm facit ad eius nobilitatis probationē, & à 13. vsq; ad 22. deponentibus de Nobilitate Ioannellæ Cannizaro Auiæ Maternæ, quorum depositionibus, cum sint personæ nobiles, & ex senio- 48 ribus, & ditioribus illius Ciuitatis ad probandam nobilitatem est adhibenda fides, cum non sit dubium, quin in testibus fides, dignitas, mores, & grauitas spectanda sit, *cap. si testes §. in testibus 4. quæst. 3., & L. 3. in princ ff. de Testib.*, Seniores enim cęteris præferuntur, *cap. licet ex quadam, & cap. quoties de*

Te-

49 *Testibus*; Pariter ex Testibus examinatis in Ciuitate Mioij probatur Nobilitas Oliuiæ Matris, & Matthei Parisij aui
50 materni, deponentibus, ipsos, ac omnes eorum Antecessores fuisse tentos, & reputatos, ac esse Nobiles, & familiã Parisiam semper fuisse Nobilissimam, & ex alijs testibus examinatis in Terra Motræ de Camastra iustificatur nobilitas Ioannis Colæ patris, & Colandriæ Sardi Aui Paterni, deponentibus dictos Patrem, & Auum respectiuè fuisse, & esse Barones, & Dominos in Temporalibus dictæ Terrę Motræ cum iurisdictione, & Vassallis ab annis 300. Vlterius dantur quinque Testes examinati in Ciuitate Messanæ super nobilitate Franciscæ Chinoigo Auiæ Paternę cum omnibus requisitis.

Supradictorum Testium depositiones
51 coadiuuantur ex antiquissimis scripturis demonstrantibus nobilitatem dictarum familiarum, vnde ex omnibus simul iunctis plena nobilitatis probatio resultat, & ex illis Ascendentes dicti Narcisi probantur tales, quales Testes eos probare conantur, qui modus probandi videtur optimus *Caputaquen. decis. 277. num. 5. par. 1. Mantic. decis. 317. num. 2.* Supradictis autem concurrentibus in Narciso, censuerunt DD. non posse illi habitum denegari, prout in simili fuit resolutum *coram R. P. D. meo Panzirolo in Meliten. approbationis ad habitum 27. Iunij 1636.*

52 Non obstant opposita de mala vita dicti Narcisi, cum ex Testibus supra ponderatis probetur contrarium, & cessat omnis difficultas ex sententia absolutoria lata ad eius fauorem per Vicarium Generalem, de qua constat ex publico Instrumento, prout ex literis patentibus S: Officij constat, ipsum 29. Maij 1623. fuisse creatum familiarem d. Sancti Officij, & ex alio Instrumento attestationis Commissarij Generalis probatur, illum adhuc inseruire & gaudere priuilegijs, & exemptionibus familiarium eidẽ S. Officio ad scriptorum; ex quibus omnibus simul iunctis, apparet exaduerso opposita, non posse verificari.

Et ita &c.

ALIA DECISIO

S. Rotæ Romanæ

Mercurij 26. Iunij 1658.

Coram R. P. D. Celso.

CVpiens Fœlix de Miró suscipere Habitum S. Religionis Hierosolymitanę obtinuit Commissarios pro recipiendis probationibus, qui cum retulerint ipsum habere qualitates, & requisita necessaria, quoad duo latera de Miró, & de Ayala respectu verò Isabellæ Alberolæ Auiæ Paternæ, & Hieronymi Audinet Aui Materni, Probationes esse defectuosas, & iuxtà eorum relationem pronunciauerit tàm Consilium Ordinarium, quàm completum, Dubitaui in gradu appellationis mihi commissæ, an constet de Nobilitate, & post iteratam propositionem examinatis nouis Testibus, Domini hodiè censuerunt constare de Nobilitate.

Etenim Testes, & in partibus, & in Curia examinati deponunt expressè illos de Alberola, à quibus Isabella Originem trahit, esse antiquissimos, & descẽdentes à Ciuibus honoratis, & Nobilibus, ac semper vixisse ex proprijs redditibus cum decore, & dignitate, nullam Artem exercendo, necnon semper fuisse habitos, & reputatos prò Hydalgis 53
notorijs *di Sangue, Nome, Armi, & Antichità conosciuta*, semperque gauisos fuisse, & nunc gaudere Priuilegijs militaribus, ex quorum propterea depositionibus resultare sufficientem probationẽ Nobilitatis, tradit *Bart. in l. prima num. 101. C. de dignit. lib. 12. Felin. in cap. super eo il secondo num. 5. vers. Tamen dicas de Testibus, Soccin. sen. cons. 246. num. 3. lib. 2. Couar. var. lib. primo cap. 16. num. 19. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 670. num. 4. Rot. coram Seraph. decis. 207. num. 5. & coràm Mantic. decis. 317. num. 2.*

Et in terminis de Nobilitate ad effectum admissionis ad Habitum Religionis Hierosolymitanæ, pluries firmauit 54

Rot.

Rot. vt in dec. 248. *nu.* 1. *& decis.* 290. *num.* 4. *post secundum vol. cons. Farin. coràm Caualer. decis.* 60. *per totam, coràm Buratt. decis.* 358. *num primo & seqq. in rec. decis.* 551. *num. primo part. quarta, in Neritonen. Habitus* 26. *Iunij* 1617. *coram bo. me. Cardinali Verospio Seniore.* & passim in alijs, & de Hydalgis dictum fuit *in Toletana Habitus* 13. *Maij* 1624. *coràm Pirouano. Duran decis.* 294. *num.* 9. *& seqq. cum alijs coràm Merlin. decis.* 164. *num.* 12.

Nec refert quod ijdem Testes affir-
55 ment, Isabellam esse Ciuem loci, & Oppidi de Xabea, quod prætenditur Baronale, quia addunt etiam Ipsam descendere ab Albeiolis Hydalgis, & Infensoribus Regni Aragoniæ, qui sub Rege Iacobo plurimùm insudarunt in expulsione Maurorum, & cum deponant de publica voce, & fama, optimè probant in hac materia, vt inquit *Bald. in l. prouidendum num.* 2. *C. de postul. Guidop. decis.* 389. *in fine, Rot. coram Verall. decis.* 277. *num.* 5 *parte prima, & decis.* 6. *part.* 2. *& coràm Caualer. decis.* 68. *num.* 2.

56 Præsertim in materia antiqua vltra 60. annos, in qua sufficere leuiores probationes, etiam per Indicia, voluit Rota sequendo doctrinam *Baldi in l. cum semper C. de rei vendicat. decis.* 290. *nu.* 10. *post* 2. *vol. cons. Farinac.* & per Testes de auditu, *Franc. Aretin. cons.* 37. *num.* 1. *& seqq. Rot. in Cæsaraugustana Beneficij de Liñares* 22. *Iunij* 1643. *coràm bo. me. Bichio.*

Et ex ijsdem Testibus remanet abundè iustificata Nobilitas respectu Hieronymi de Audinet Aui Materni, dum asseueranter deponunt Viros Huius familiæ esse Hydalgos notorios ex Sangui-
57 ne, Armis, & cognita vetustate, ac prò talibus fuisse habitos, & haberi & reputari, reddentes optimas, & concludentes rationes sui dicti, quibus propterea fidem adhibendam esse, probat *text. in l. solam C. de Testibus, Toletana Decimarum de Verieal* 26. *Iunij* 1654. *coràm bo. me. Dunozetto.* Maximè cum duo ex illis nouissimè examinatis, sint Presbyteri, & alter in dignitate Ecclesiastica constitutus, *gloss. in can. Monachus verbo quorum* 77. *dist. Aym. cons.* 267. *num.* 1. *&* 2. *Rot. coram S. me. Greg. decis.* 351. *num.* 10. *& in Romana, seù Auximana Donationis* 9. *Decembris* 1641. *coràm bon. me. Peutingerio.*

Nam Verbum, Hydalgos, Hispano 58
sermone, antiquam, & eximiam nobilitatè importat *Teste Couarr. pract. quæst. cap.* 19. *num.* 7. *Guttierez quæst.* 1. *Ciuil. lib.* 3. *c.* 4. *quæst.* 13. *num.* 231. & latè comprobat *Ottalor. de Nobilitate par.* 2. *cap.* 3. *nu.* 1. *& seqq. vbi in specie nu.* 3. aie, quod los Hydalgos sunt magis No- 59
biles, quàm sint Equites, & firmauit *Rot. coràm Duran. dec.* 294. *num.* 9. Et quod 60
Hydalgus propriè dicatur ille, qui à Patre, Auo, & Abauo Nobilis existit, & à claro, ac nobili Sanguine descedit, tradit idem *Ottalor vbi supra num. primo, Garz. de Nobilit. Hispan. glos.* 7. *nu.* 17. *vers.* 4. *ad idem, Hieronymus Leo decisione Valentiæ* 24. *num.* 73. *lib.* 3.

Non obstat, quòd iuxtà stabilimen- 61
ta Religionis, requiratur probatio non solùm Nobilitatis generosæ, sed etiam Insignium, & illorum vsus, quia dum prædicti Testes, & signantèr vltimi in Curia examinati deponunt explicitè Illos de Alberola, & de Audinet, esse Hydalgos de Sanguine, & Armis notorijs, & in specie affirmant de antiquitate Armorum, & de Immemorabili, vtique huiusmodi requisitum controuerti non potest, vt benè ponderat *Rot. corã Merlin. decis.* 164. *num.* 10. *vbi num.* 16. *&*
17. reddit rationem, quià in Probationi- 62
bus, appellatione antiqui, intelligitur tẽpus centũ annorũ *Aym. de antiq temp. vbi de communi part. prima cap. primo n.* 4. *Ruin. cons.* 34 *n.* 11. *lib.* 1. *Rot. corã Verall. decis.* 28. *nu.* 4. *part. prima.*

Non obstat, quòd Auus, & Frater Fe- 63
licis exercuerint officium Depositarij Iurium Regni, quia id non præiudicat Nobilitati eiusdem familiæ, maximè eũ officium sit honorificum solitum cõferri personis fide dignis, & ex Nobili, & præclato Sanguine genitis, vt deponunt Testes *Sum. Felicis num.* 15. & probat

ipsa

ipsa obseruantia, *Mantic. decis. 317. n. 4. Buratt. decis. 42. nu. 5. & decis. 358. nu. 2. & in rec. decis. n. 167. super. 7.*

64 Demùm non obstant, quæ contrà Patrē Euphemiæ Auiæ Maternæ eiusdē Fœlicis fuerunt deducta, quia non apparent sufficienter iustificata, prout plenè, & concludenter per Religionem probari deberent, vt voluit *Rot. coràm Buratt. decis. 358. sub nu. 9. vers. & ita visum*, & in omnem casum cúm Nobilitas ex latere prædicto fuerit per Commissarios admissa, & per vtrumque Consilium approbata, & pars non appellauerit, ex his apparet exceptionē esse calumniosam, quia non appellando, censetur acquieuisse *Rot. dicta decis. 357. nu. 1. & 2. coràm Buratt.*

Et ita vtraque &c.

ARGVMENTVM.

Quod spectet ad Principis famam, & existimationem curare Populi valetudinem de tempore pestilentiali; Qua occasione multa de restauris á Principis Camera faciendis.

SVMMARIVM.



D Principem spectat curare Populi valetudinem de tempore pestilentiali, nu. 1.

Dira lues vastauit nuperrimè Regnum Neapolitanum, Vrbem Romam, ac Serenis. Ianuæ Repub. nu. 2.

Quid agendum ad pestis vim arcēdam, & quomodo etiam Ethnici ad Diuina Numina recurrebant, nu. 3., & 4.

Variæ pestilentiæ genera, quæue Cerimoniæ fuerint per illud tempus Romæ seruatæ ante Christi Aduentum, referuntur, nu. 5. 6. 7., & 8.

Post Christi Aduentum ad pestilentiæ vim arcēdam praces ad Deum fusæ, multum profuere, nu. 9.

Sub Pelagio, & Gregorio Magno Homines sternutando, & oscitando, Animam efflabant, hocq; erat pestis genus, quod Deus ad praces Gregorij Magni, qui tunc lytanias instituit, tandem remisit, nu. 10.

Placati Numinis signum pró morbi expulsione fuit tempore Gregorij Magni datū ab Angelo, qui super Mole Adriani conspectus fuit, reponere gladium in vagina, vnde hodie appellatur Arx, seu Castrum S. Angeli Romæ existens, nu. 11.

De anno 680. dira lues vastauit Italiam, & conspiciebatur Diabolus ad Angeli imperium hasta Cuspide ferire Domorum Ianuas, & postera die mortuorum numerus hastæ ictum æquabat, quæ ex voto edito in honorē Sebastiani Martyris tandem cessauit, nu. 12.

De anno 1350. sub Innocentio VI. pestis atrocissima inuasit Italiam, quidue illo tempore gestum nu. 13., & 14.

Sub Clemente VII. Lautrecus Franciæ Regis Dux direpta vrbe, grauem pestilentiam ibidem reliquit, nu. 15.

Commemoratur relatio super nuperrima vrbis pestilentia de anno 1656. Asthori transmissa à Ioseph Censalio suo Germano Fratre, nu. 16.

Papa ALEXANDER VII. encomijs extollitur, dum ad pestem ex vrbe arcendam, optimos ordines politicos, Paternas, & economicas iussiones sanciuit, nu. 17. & 18.

Quid Romæ fuerit hoc nuperrimo tempore seruatum, eleganter refertur, nu. 19.

Ministri Principis, ac Sanctiss. D. N. Papæ Alexandri VII. adeò egregiè in hac vltima pestis occasione se gesserunt, vt quemcumq; laudis, & dignitatis gradū promereantur, nu. 20.

R. P. D. Nigronus Ianuensis Patritius ob suas egregias virtutes laudatur, cū in pestis occasione Hebræorū SalutiPræpositus optimè se gesserit, nu. 21. quid fuerit seruatum in statu Ecclesiastico pro arcenda peste, Adducitur nouissimus scriptor, ac laudatur Seraphin. Massinus de confiscatione bonorum cap. 19. per totum ibidem nu. 21.

Conductori debetur restaurum ad rationē damni passi, ex impedimento introductionis mercium proueniente ex facto Principis, vel Cameræ locatricis nu. 22.

S & nu.

& nu. 26. vtpotè si post affictum emanassent banna, vel adicta prohibitoria, nu. 27.

Conductor assumens in se omne risicum, & periculum, non censetur reunnciasse damno prouenienti ex facto Locatoris, nu. 23.

Amplia etiam in damno proueniente ex casu, qui potuisset à conductore praeuideri, nu. 24.

Conducenti hospitium causa hospitandi, si postmodum ex aliquo casu pauci vel nulli transeant, debetur restaurum, nu. 25.

Conductori debetur restaurum, si vsus rei conductæ impediatur, nu. 28. Amplia etiam si in maxima parte huiusmodi rei conductæ vsus remanserit, nu. 29.

Quid si damnum contigerit super fructibus rei locatæ, & tunc distinguitur, vel damnum erit modicum, vel intollerabile; quæ distinctia non fit, quando damnum euenit in substātia rei locatæ, n. 30.

Compensatio non fit de anno fertili cum anno infertili, quandò damnum fit in substantia, vel ex facto Locatoris, nu. 31. fallit, quandò damnum contigisset vitio Cæli, vel casu fortuito super fructibus, quia tunc admittitur talis compensatio, nu. 32. An admittatur, quando non adest pactum de faciendo restauro, nu. 33:

Conductori, re perempta, vel in parte, vel in totum ex facto locatoris siue iusto, vel iniusto, restaurum debetur, nu. 34: amplia etiam si tale factum non solum esset iustum, sed necessarium nu. 35., secùs si damnum cōtigisset nō in substātia, sed in fructibus, in quibus terminis sunt intelligēdi DD. in cōtrariū n. 36.

Damnum quandò debeat excedere dimidiam pensionis, ad effectum vt fiat remissio nu. 37.

Conductor casui belli renuncians, siuè sit iustum, siuè sit iniustū, non potest petere restaurum nu. 38.

Restaurum debetur etiam ementibus Gabellas, & arrendamenta, licèt ipsis omne periculum fuerit translatum, cum tales contractus etiam sint locationis nu. 39. maximè si esset facta promissio manutenēdi emptorem in vsu, & fruitione rei venditæ, nu. 40.

Restaurum debetur prò damno cōtingente in fructibus vltra dimidiam conuentæ pensionis, nu. 41. amplia etiā pro damno sequuto in quarta parte, quandò tamen de restauro fuisset conuentum, nu. 42.

Locationes tot sunt, quot sunt membra deteriorata, stante tamen Conuentione, nu. 43.

Locationes, quando tot iudicentur, quot sunt anni, si pensiones in plures annos sint distributæ, nu. 44.

De Iure communi ad effectum restauri, non attenditur damnū illatum in vna parte rei locatæ, sed inspicitur tota locatio, num. 45.

Conductor non potest petere restaurum pro damno, quod euenit super fructibus in horreo repositis, nu. 46.

Conductori debetur restaurum non solum pro primo anno, quod damnum euenit in re conducta ex causa pestis, vel belli, sed etiam pro sequentibus, nu. 47.

Restaurum an debeatur etiam ratione lucri cessantis, nu. 48.

Quid si impedimentum illatum fuerit iniustum, nu. 49, & 50.

Restaurum, quinimò, & totale interesse peti potest, quando damnum prouenit ex facto Tertij in odium Locatoris, cuius culpæ ne dum factum proprium adscribitur, sed etiam alienum in sui ipsius odium nu. 51., & 52. Amplia etiam si fecisset quicquid posset pro reuocando impedimento, & habuisset iustam causam se per bellum defendendi, nu. 53., & tale Interesse liquidari posset ex perceptione fructuum annorum præcedentium, vel ex libris Cameræ Principis nu. 54. Amplia etiam ad hunc effectum admitti coniecturas nu. 55.

Restaurum debetur ex augumento, vel ex noua taxa facta super primam gabellam in præiudicium priorum Conductorum num. 56.

Gabella stipulata in certa summa exigenda ex mercibus, si Princeps deinde mādasset exigi minus, fit remissio nu. 57.

Contractus Locationis censetur resolutus ex augumento, vel additione nu. 58.

Omnis

Omnis actus intelligitur rebus in eodem statu manentibus, nu. 59.

In affictu Gabellæ vel Dohanæ nil innouari potest sine licentia primi Conductoris, etiam accedente auctoritate Principis num. 60.

Contrarium tenet Larrea, nu. 61.

Restaurum fit in damno illato ex causa pestis, nisi ipsi fuerit renunciatum nu. 62.

Conductor suscipiens in se omnes casus fortuitos, non censetur suscepisse etiam casus inopinatos, pro vt est pestis, nu. 63. 64.

Pestis tempore licitus est recessus à locatione nu. 65., & quid de solutione pensionis, nu. 66.

Remissio Canonis non fit, quando ex peste medica agrorum cultura non deficit, secus sit pestis sit magna, & agri non coluntur nu. 67. Quod intellige quo ad Canonem soluendum ratione fructuum, nõ autem ratione directi domnij n. 68.

Ponitur decisio Sacræ Rotæ Romanæ, & enarratur factum circa præfatam materiam appaltus nu. 69.

Exceptio defalchi, seù remissionis opponi non potest in promissione affictus sub obligatione Camerali, in qua continetur renunciatio omnium Iurium, & legum auxilio nu. 70.

Solutio affictuum retardari non debet sub prætextu damni, quandò in principio Locatores tradiderunt possessionẽ Bulli, illoq; conductor vsus fuit, nisi illud plenè, & concludenter probetur, n. 71.

Impedimentũ cũ vigeat tẽpore locationis, nulla potest peti à Conductore remissio pro damno indè contingente, nu. 72.

Conductor sciens qualitatem appaltus, aùt saltèm scire debens, nullo modo sub aliquo prætextu potest remissiones prætendere, nu. 73.

Pactum obstat petitæ remissioni, quandò, specialiter, exceptis aliquibus casibus, conuentum fuit, defalcum à Conductore peti non posse ex quauis causa, vel Capitè etiam si haberet subsistentiam Iuris assumendi in se, ac proprio periculo aliũ casum quamuis incognitum nu. 74., & quid si casus proueniat ex facto Principis, & quandò posset dici fortuitus nu. 75., & 76.

Appaltus ad nouennium censetur vnica locatio, licèt sit pluribus solutionibus diuisa nu. 77., & ideo an habeatur ratio damni contingentis in aliquo anno, vel toto tempore locationis nu. 78.

Damnum debet superesse medietatem pensionis ad obtinendã remissionem n. 79.

Remissio est facienda ob bannimenta, quæ perierunt substantiã rei locatæ nu. 80.

Ad materiam adducitur motus proprius Xisti V. nu. 81.

Ratione Contractus initi ad formã præfati motus proprij, intrat Tex. in l. quoties ff. de reb. dub. nu. 82.

§. DECIMVSTERTIVS.



MAXIME Principem decet Populi valetudinem tueri, præsertim pestilentiali tempore, 1
ptout nuperrimè vidimus, & obseruauimus, dum dira lues, non solùm celeberrimam Neapolitanam Ciuitatem deuastauit, sed ferè totum Regnum irruit, inde veluti serpens Vrbem Romam aggressa, hanc Serenissimam quoq; Rempublicam vltra modum efferox in magna millium quantitate consternauit; Verùm quia, vel his casibus pestis causæ solent esse patentes, vel etiam aliæ latentes, ideò ab hystorijs nõ nulla circá hanc materiã, repetere incõgtuũ nõ erit.

Et in primis illud cõmemorandum, 2
quod quãdò pestilentiæ causæ ita latẽt, vt nostra cognitione cõprẹhendi nequeãt, humanaq; diligẽtia ad eius vim arcẽdã impar sit, ad Diuinã opẽ sit cõfugiẽdũ, cũ hoc bellũ sit Diuinũ, vt præter *Rip. in aureo tract. de pest.* nouissimè scripsit *Marchin. eodemmet tractat. de Bello diuino*, quorum tamen dicta non est opus 3
repetere, soleatq; in nostrorũm facinorũ, peccatorumq; suppliciũ accidere, vt pro illius curatione, ad Superos recurrendum, quod agnouerunt Ethnici ipsi, Galenus namq; Medicinæ post Hypo- 4
cratem facilè Princeps *in 1. epid. Cõm. 1.* hæc verba dicit.

Ac sapè etiam ad Deos mittunt, qui eos de curatione Consulant.

& *Dyonis. Alicarnaß.* scribit, Quod Tarquinio superbo Rege Morbus quidam insolitus antea, & inauditus in Vir-
5 gines, & pueros inuasit, quo multa corpora corrumpebãtur, grauissimus idem, vixq; sanabilis in prægnãtibus erat, Matres ipsas in partu simul cum fætibus ferè omnes interficiebat, causam mor-
6 bi Rex cognoscere cum vellet, eiusdẽq; curandi ratione, *Aruntem*, & *Titum* filios ad Oraculum Delphicum magnis cum muneribus misit, idemq; seruatum anno 282. ab Vrbe condita L. *Pinario*, & *P. Furio* Consulibus, quorum tempore ingrauescentis in mulieres pestilentialis morbi, cum causa lateret, nec sacrificia Deis oblata sufficerent, fuit ad Põtifices delatũ, Vrbiniã quandã Virginem vestalem pudore amisso, Sacrificia facere pro Vrbe non pura, illaq; Statimá Sacris remota, & quæstione de Incæstu habita, Criminis comperta vna cum duobus Criminosis, à quibus corrupta fuerat, necata est; atq; ita morbus ille muliebris sæuire desijt; Anno ab
7 Vrbe condita 354. *M. Veturio* Patritio Consule, cum insanabilis pestilentiæ, nec Causa nec finis inueniretur, libri Sibillini ex Senatus Consulto fuerunt aditi, & Duumuiri (*vt ait Liuius lib. 5.*) sacris faciundis, lectisternio tunc primũ in Vrbe facto per dies octo, Appollinem, Latonamq; & Dianam, Herculem, Mercurium, atq; Neptunum, tribus, quam amplissimé tunc apparari poterat, stratis lectis placauere, priuatimq; id Sacrum cælebratum est, tota Vrbe patentibus Ianuis, promiscuoq; vsu rerum omnium in propatulo posito, notos, ignotosq; passim Aduenas in hospitium ductos ferunt, & cum inimicis quoq; benignè, & comit r Sermones habitos, iurgijs, & litibus temperatum, Vinctis quoq; dempta in eos dies vincula, Religioni demum operam omni pede datam.

Anno post Vrbem conditam 577. ex eodem *Liuio lib. 41. M. Lepido Æmi-*
8 *lio, Quinto Mutio Scæuola Coss.* iterum Libri Sibillini aditi ad pestilentiã arcendam, & ex decreto supplicationi dies assignata, vota prò Populi Salute oblata, *Quinto Martio Phylippho* verbo præunte, fuerunt, id quod etiam pręstitit *Vespesianus vt*, ait *Sueton.* in eius vita.

Quodq; post Christi aduentum, cùm melioris Religionis commutatione á Christianis præstitum legimus, & meritò, quia si Dominus non custodiuerit Ciuitatem, frustra vigilat, qui custo- 9
dit eam; Vnde omnem salutis spem in Deo his casibus esse reponendam, Nos docet Salomon in dedicatione Templi 3. *Regum*, & *Parilipo. 2. cap. 6.* ibi, *fames si oborta fuerit in Terra, aut pestilẽtia, aut corruptus aer, & si quis cognouerit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in Cælo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies, vt des vnicuiq; secundum vias suas, sicuti videris cor eius &c.*

Et rursus sub *Mauritio* I. ex Græcorum genere de anno 586. memorabilẽ Tiberis inundationem insequuta est adeò atrox lues, vt complures alioquin valentes, sternutando, aut oscitando, 10
efflarent animam, vnde *Pelagio* S.P. extincto, subrogatus *Gregorius* Magnus Pontifex Maximus, litanijs, supplicationibusq; institutis, depulit morbũ, & testis placati numinis in Sũma Hadriani mole, gladium vagina condens conspectus est Angelus, qui cęlebre deindẽ Arci nomen ad posteros dedit.

Sub *Constantino* IV. Pogonato, seu 11
Barbaro dicto de Anno 680. sub *Dono* Pontifice, atrox pestilentia totã fermè funeribus exhausit Italiam, Papiam, præcipuè, Vrbemq; Romã, portentoq; similis clades erat, visus á multis Diabolus cum hasta Vrbem obiens ad An- 12
geli Imperium cuspide Domorum ferire Ianuas, & postero die mortuorum numerus hastæ ictus æquabat, Cæterùm Ara Sebastiano Martyri in æde Sancti Petri ad Vincula ex Oraculo consecrata, ex templo absterfit luem.

Sub *Carlo* V. Boemi Regis filio de anno 1350. sub Pontificatu Clemẽtis VI. cælebrationem anni Iubilæi defor- 13
mauit lues, qua non alia fædior, nec tu-

nestior

nestior memoratur, è Scythia in Græciam transgressa, vnde Illyricum emersa, Italiam peruasit, triennioq; præcipuas funeribus exhausit Vrbes, vix centesimo quoq; superstite, vt ex nostris refert *Menoch. de recuperãd. possess. remed.*
14 *12. nu. 25., & nu. 26., & seqq.* & refert multos alios casus memorabiles, qui inter insolitos, & fortuitos connumerãtur, diceres Italiam, Sanctissimo illo tempore, Ciuilibus bellis deditam Diuino annuente Numine pœnas luere temeritatis suæ, quia lue sequestra, cessatum ab armis est; non tamen adeo atrox fuit
15 alia pestilentia sub Cle. VII. de anno 1527., de quo tẽpore direpta Vrbe aduentante Lautreco Franci Regis Duce, Cæsarianæ copiæ cesserunt, pestilentia in eadem Vrbe relicta.

Hinc alijs omissis, quæ ab hystorijs citeá materiam hanc reperi possunt pró Communi legentium vtilitate, antequam
16 ad illa, quæ ius nostrum concernunt, deueniam, opere prætium duxi hic ad notare relationẽ super nuperrima Vrbis pestilentia mihi trãsmissã a Rec. mem. D. Iosepho Censalio meo germano Fratre nedum I.V.D. ac S.T.P., & in eadẽ Vrbe Aduocato omnibus ooto, Sed etiam humanioribus litteris apprimé erudito ibi.

Elucet profectó ferè mirabilis S. D.
17 N. ALEXANDRI PAPÆ VII. in subditos ad luẽ pestilentiæ eradicãdã paternus amor, vnde ante õnia generali pro Animarum salute, amplissimoq; indicto Iubilæo, deinde super Sanitate Eminentissimorũ Cardinalium Congregatione Constituta, initijs, statim audita peste Neapolim grauiter vastante, occursum, ne iterum incideremus in id, quod olim Romæ accidisse testatur, *Liuius lib. 3. Dionysius lib. 9.*, & ro. annis post Vrbem conditam 29 r. 30 r., quando eò calamitatis, & miseriarum ventũ fuit, vt ad opem ægrotis ferendam, nec
18 sufficerent Medici, nec Propinqui, nec Amici necessaria ministrantes, quoniã qui languentibus ministrare vellent, aut eorum morbis opitulari, vna cum ijs vi- uentes, & corpora ipsorum iacentia cõtrectantes, ijsdem, & illi morbis corripiebantur, itaq; ministerijs cessantibus, omnes pari cruciatu tristissimum exitũ expectabant, passim domibus in desertum relictis, cadaueribus vrgente necessitate per vicos, per flumen, per cloacas, per compita proiectis, vnde olẽtis aeris per respirationẽ attractio, robusta etiã corpora rentabat atq; conficiebat.

Ergo in Vrbem pestilentia lento passu ingressa, primúm morbo correpti, famulorum copia affluente, domi clausi
continebatur, alij ad certa publica in hunc vsum constituta loca deducti, quibus aderant Medici, & Ministri, à reliqua Vrbis parte prohibiti, ac à Consortio separati; mortuos deinde per certos Vespillones certo in loco propè Diui Pauli Basilicam sepelliri mandatum; litteris de re publicè datis ad finitimas Ciuitates, publicosq; Principũ Ministros, ne malũ longiús serpat, inuigileot; cõstituuntur præterea ad portas, & in agrorum finibus certi custodes, qui suspectos omninò arceant, ab aliarum vero Ciuitatum hospitibus, & fidem publicem, & iusiurandum exposeant; prohibentur caupones, & reliqui Ciues quemquam hospitio, qui scripto Magistratus non sit admissus, accipere; Iubentur Medici, ac Domestici ægrotorum nomina, & quo genere morbi laborent apud illos, ad quos spectat, profiteri; Ingrauescente deinde pestilentiæ morbo certi homines, Prælatiq; omni virtutum genere exculti per regiones distributi, quotidié de valetudine percontantur, ægrotantiũ Domus, vbi mors euenerit, vel suspicio extiterit, occluduntur dùm experiatur, an ibi res sanari possit; Mẽdici Vrbe exigũtur, & incerto loco publica impẽsa victuri redigũtur; promiscua turbã publico arcentur; Reliqui populares cautiús in publico versãtur, ac cõgressu se abstinent, & aduersus vim sæuientis morbi se muniunt; Honestioribus veró, nec etiã facultas in agris, vineisq; noctes deducendi cõceditur; cũmeretricib. nocturnus cõcubitus prohibetur; vestes, aliaq; tactu mollissima, quibus lues diuti⁹ detineri creditur, nulla prætij habita ratione

tione incendio passim absumuntur; alia
verò quæ purgari posse videntur extra
Vrbem, & ad perflantes ventos expan-
duntur, aut in profluentem religata de-
mittuntur.

Hæc, & alia, quæ longiorem exqui-
terent dicendi clypsediam, vt in Populo
20 minor sit sensus mali, minusue supersti-
tum animi, aspectu miserabili constet-
nentur, tanta sub optimi Principis aura,
tanta Medicorum diligentia exequun-
tur, tanta custodum assiduitate seruan-
tur, tanta ministrorum sedulitate susten-
tantur, vt in eiusdem Principis nullis
sumptibus parcentis, eximia caritate, ac
generositate, doloris sui magnam quisq;
leuationem inuenerit; & Hebræi quoq;,
quibus etiam pareręé hoc tempore con-
sulrum, tanquam, & ipsi inter Christi
Oues connumerati, vt ait *Francisc. Becc. consil.* 84. *per tot. lib.* 1. & prò quorum
valetudine tuenda inuigilauit R. P. D.
21 Franciscus Nigronus Genuensis Patri-
tius, prudentia, doctrina, dexteritate
insignis, morumq; suauitate clarus, ob
quæ sibi in dies maiora portendantur.

Et post hæc scripta supetuenit floti-
dissimus tractatus numquam satis Lau-
dati *Seraphani Massini* de confiscatione
bonorum *quæst.* 19. per totam, vbi mul-
ta notabilia, & practicabilia ad mate-
riam non inuieuñda refert, & normam
tradit quid seruatum fuerit prò arcendà
peste à Ciuitatibus, alijsq; locis Status
Ecclesiastici tali morbo affectis sub di-
rectione Illustrissimi D. Claudij Mar-
razzani ad id specialiter à Sede Apo-
stolica Delegati, & Resoluit illam
quæstioné, an Clerici teneantur ad col-
lectas causa pestis impositas, & Nega-
tiuam cum *Marchino de bello Diuino par.* 4. *cap.* 4., & *Sperello decis.* 12.
nu. 50. refert opin. *sub nu.* 48. vsq. ad
finem.

Nunc breuitèr attingam nonnullas
quæstiones, quæ regularitèr belli, vel
pestis tempore excitari solent, præser-
tim circa restauta, quæ expetuntur ab
illis, qui Principi, eiusq; Cameræ inser-
uiunt, Doganas, Gabellasq; conducunt,
quod vt faciliùs præstetur, plures ponun-
tur Conclusiones.

Prima Conclusio est, quod restaurũ 22
omninò debetur ad ratam damni passi,
quandò impedimentum introductionis
mercium euenit facto Principis, vel
Camerę locatricis, ita *Bald. in L. Vni-
ca col. penul. ff. de his quæ pen. nom. Ama-
nia consil.* 74. *nu.* 3. *Francisc. Marc.
decis.* 72. *per tot. par.* 1. *Caroc. de locat.
tit. de Casib. fortuitis quæst.* 5. *per tot.*,
etiam quod Conductores assumpsissent 23
in se omne risicum, & periculum, quia
non intelligitur de damno proueniente
ex facto locatoris *L. cum proponas vbi
DD. C. de nautico fænore, Corn. cons.* 23.
nu. 12. *vol.* 2., & *consil.* 12. *nu.* 3. *cum
seqq. vol.* 4. *Sebastian. Medic. de Casibus
fortuit. part.* 2. *quæst.* 10. *nu.* 44. *Surd.
decis.* 326. *nu.* 56., & procedit etiam 24
dato, quod damnum euenisset ex casu,
qui potuisset à Conductore præuideri
Thesaur. quæst. forens. lib. 2. *quæst.* 47.
per tot., & optimè ad materiam reassu-
mit *Butr. in cap. propter sterilitatem nu.*
19. *de locat.*, vbi quod conducenti hos- 25
pitium causa hospitandi transeuntes,
si postmodum ex aliquo casu pauci, vel
nulli transeant, debetur restaurum *An-
caran. cons.* 402. *per tot. Aretin. cons.* 52.
per tot. Camill. de Medic. cons. 141. *n.* 5.
Vnde multò fortiùs illud debetur, si Cõ- 26
mercium est impeditum facto locatoris
Corn. cons. 18. *num.* 2. *vol.* 3., vt potè
si post affictum emanassent circa hoc 27
banna, vel ædicta prohibitoria, vt in his
terminis *Corne. vbi sup. Alberic. in rubr.
C. de Vectigal.*, & *Commiss. Vincent. de
Ann. alleg.* 21. *nu.* 1., & *singul* 577.

Secunda est Conclusio, quod quandò 28
membra appaltus deperduntur in sub-
stantia, vt pote si rei locatæ vsus aufera-
tur, vel impediatur, hoc casu fiat restau-
rum, saltim pro parte deperdita, *Surd.
cons.* 34. *nu.* 20., & *cons.* 197. *ex num.*
4. *cum seqq.*, & *cons.* 326. *nu.* 65., &
cons. 400. *nu.* 10., & *seqq.*, & *cons.* 507.
nu 7. *Menoch.* loquens in terminis, etiam
si vsus rei locatæ in maxima parte re- 29
manserit *cons.* 671. *nu* 7., & 17. *Ma-
strill. decis.* 299. *ex nu.* 10. *Peregrin.
cons.* 98., *ex nu.* 4. *lib.* 1. *Marchin. de
bell.*

bell. diuin. part. 9. cap. 7. ex nu. 2. Gra-
tian. cap. 195. nu. 2. cap. 534. nu. 37.,
& cap. 557. nu. 61. Rot. apud Burat. de-
ciſ. 210. num. 5.
30 Tertia Concluſio, quod diſtinctio an
damnũ ſit modicum, vel intolerabile, fiat
tantùm, quandò damnum contingit in
fructibus, ſecus ſi in ſubſtantia, com-
muniter DD. in l. ſi merces §. 1. ff. Locat.
Burſatt. conſ. 309. nu. 4. ad fin. Menoch.
d. conſil. 671. nu. 24. Theſaur. lib. 2.
quæſt. forenſ. cap. 47. nu. 4. Amat.
Panorm. reſol. 18., ex nu. 23., & ſeqq.
par. 1. Natt. conſ. 360. nu. 1., & ſeqq.
Becc. conſil. 45. ex nu. 19. Caſtill. Con-
trou. Iur. lib 3. cap. 3. ex nu. 4. Paitell.
expedit. 39. in adnotat. ex nu. 4. Rot. de-
ciſ. 605. ex nu. 3. par. 4. tom. 3., & de-
ciſ. 192. nu. 12. par. 5. recent., quia ex-
31 tinctio rei non regulatur legibus ſterili-
tatis, nec fit compenſatio de anno
fertili cum infertili Surd. conſ. 400. nu.
26., & 29., & conſil. 507. nu. 7., &
nonnulla apud Fontanell. deciſ. Catalon.
210. ex nu. 10., quia talis Compenſatio
32 admittitur tantùm, quando damnum
contingit vitio Cæli, vel alio caſu fortui-
to, ſecùs ſi in ſubſtantia, vel ex facto lo-
catoris Camill. de Medic. d. conſ. 23. nu.
33 8. vel ſi non adeſſet pactum de facien-
do reſtauro, habito reſpectu ad fructus,
Marcell. Marcian. conſ. 59. nu. 4. verſ.
ſecus tamen lib. 1.
34 Quarta Cõcluſio, quod circa reſtau-
rum in caſu, quo res in totum, vel in
parte perierit, non admittatur diſtinctio,
an impedimentũ illatum fuerit iuſtum,
vel iniuſtum, Menoch. conſil. 27. nu. 53.
conſ. 55. nu. 14., conſ. 119. ex nu. 1.,
conſil. 246. ex nu. 8., & conſil. 671. ex
nu. 16. Giurba ad Conſuetud. Meſſana
obſer. 24. nu. 11. De Ponte conſil. 88. per
tot. vol. 2. de Medices d. conſ. 141. ex n.
1., Marcian. Senior conſil. 7. ex nu. 4.,
Cephal. conſil. 217. ex nu. 14., Becc. cõſ.
45. nu. 19., & 20., & conſ. 233. ex
nu. 5. Riminald. Iun. conſil. 719. num.
8. 15., & 16. Monteſperell. conſil. 111.
nu. 4. Roger. conſ. 7. ex nu. 56. cum ſeqq.
& nu. 72. Cyriac. controuerſ. 274. nu. 1.
& 2. Cauagnol. conſult. 83. nu. 15., &
ſeqq. lib. 2., & procedit etiam quando
factum ex parte locatoris non ſolùm eſ-
ſet iuſtum, ſed neceſſarium, Corn. conſ. 35
38. nu. 20., & 24. vol. 2., & conſil. 12.
n. 7. & ſeqq. lib. 4. Burſatt. conſ. 309. n.
10. vers. Tertiò & facilius vol. 3., de
Medic. d. cons. 141. nu. 3. Thor. in
Compend. cons. Regni Neap. par. 1. verb.
Remiſſio mercedis fol. 462., & par. 3.
fol. 193. col. 1., & cum iſta diſtinctione
conciliantur DD., qui cõtrarium tenẽt, 36
etenim ſunt intelligendi, quandò dam-
num contingit in fructibus, & non in
ſubſtantia, ſicuti loquuntur Capyclatr.
decis. 171. per tot. lib. 2. Rot. apud Coc-
cin. decis. 422. ex nu. 2. vbi latè quandó 37
damnum debeat excedere dimidiam
penſionis; Vel etiam ſunt intelligendi,
quandò in ſpecie eſſet renunciatum ca-
ſui belli, ſiuè iuſti, ſiuè iniuſti, ſicuti
erat in caſu Larrea, qui contrarium ſub- 38
ſtinere conatur, vt in allegatione 17., ex
nu. 24. alleg. 18. ex nu. 7., & alleg. 19.
ex nu. 14. lib. 1. cui ſatisfacit Panteschmã
de locat. cõduct. quæſt. 18. n. 28., & 98. &
quæſt. 17. nu. 22. & 87., Merenda lib. 24.
Controuerſ. cap. 13. nu. 10. lib. 4. nu. 87., &
Deo Dante, fuſiùs materiam iſtam conſ-
picies exagitatam in meis lucanis De-
ciſionibus, quas imprimendas poſt hæc,
quàm primum curabo.
Quinta Concluſio, quod reſtaurum 39
debeatur, etiã ſi Gabellæ, vel Arrenda-
menta fuerint vendita, omneq; pericu-
lum in emptorem tranſlatum, quia re-
uera tales cõtractus etiam ſunt locatio-
nis, Menoch. conſil. 27. ex nu. 42. cum
ſeqq. Gratian. cap. 755. ex nu. 26. Surd.
deciſ. 326. ex nu. 10. Peguera deciſ. 214.
ex nu. 9., & in puncto venditionis lo-
quuntur etiã Monte Sperell. conſil. 111.
per tot. Alexand. d. conſil. 84. per tot.
ſignanter ex nu. 4. lib. 6. Menoch. conſ.
34. nu. 12., & ſeqq. Manente deciſ.
Mantua 38. ex nu. 25. latiſſimè Mart.
Venturin. conſil. 15. ex nu. 11. cum plu-
ribus ſeqq. Rot. deciſ. 52. nu. 9. par. 3.
recent., maximè ſi eſſet facta promiſſio 40
manutenendi emptorem in vſu, & frui-
tione rei venditæ, Eugen. conſil. 50. nu.
7. cum pluribus ſeqq. lib. 1.

Sexta

Sexta Conclusio, quandò damnum
41 contingit in fructibus vltra dimidiam
conuentæ pensionis, debetur etiam re-
staurum, maximè si adesset pactum in
specie, tenent *Angel. conf. 312. nu. 5.*
Soccin. Iun. conf. 78. ad fin. lib. 2. Surd.
conf. 383. ex nu 6., & conf. 507. ex nu.
2. Peregrin. d. conf. 98. per tot. signan-
ter ex nu. 4. lib. 1. vel etiam si de restau-
42 ro fuerit conuentum, si damnum quar-
tam conuentæ pensionis partem exce-
deret, non tamen si infra illam, *Menoch.*
conf. 835. nu. 24., & seqq. Cephal conf.
257. nu. 15.. & ex nu. 27. Mantic. de
Tacit. lib. 5. tit. 8. nu. 9., & seqq. nu. 22.
43 *in fi.* stante enim conuentione, tot sunt
locationes, quot sunt membra deterio-
rata, *Faber in Cod. lib. 4. tit. 41. definit.*
3. in fi. sub n. 5., & quâdò tot sint loca-
tiones, quot sunt anni, si pensiones in
44 plures annos sint distributæ, vid. *Becc.*
conf. 92. per tot. Altograd conf. 26. nu.
47., & 48. lib. 1. licèt de Iure communi
45 ad effectum restauri, nõ inspiciatur dam-
num illatum in vna parte rei locatæ, sed
inspicitur tota locatio, *Petr. de Vbald.*
tract. de duob. fratrib. par. 11. nu. 112.,
& 115. Calcan. conf. 24. nu. 12., & 13.
Riminal. Iun. conf. 40. nu. 11. lib. 1.
Surd. conf. 34. nu. 21. si verò damnum
contigisset in fructibus iam in horreo
46 repositis, vel aliás collectis, seù recon-
ditis, nullum posset à conductore peti
restaurum, optimè *Cyriac. controuers. 49.*
per tot.

Septima Conclusio, quod si damnũ
contingerit in re conducta prò primo
47 anno, quo pestis, vel bellum durauit,
debeatur rèstaurum non solum pro pri-
mo anno, sed etiã pro sequẽtibus, *Boss de*
remiss. merced. nu. 45. Carpan. ad Statu-
ta Mediol. cap. 394 nu. 252. Surd. decis.
326. n. 19., Io. Baptista Costa cõs. 30. n. 11.

Octaua Conclusio, quod quicquid
48 sit respectu restauri ratione damni, nul-
lum tamen debeatur interesse ratione
lucri cessantis, vt loquitur *Larrea dicta*
alleg. 17., & fuit Originalis doctrina
Bartol. in L. si vni §. item cum quidam
ff. locat., intellige, quando impedimen-
tum emanauit ob publicam vtilitatem,
& factum Principis impedientis est iu-
stum, secùs si in iustũ, quia tunc petitur 49
etiam damnum ratione lucri, *Surd. d. de-*
cis. 326. nu. 15., & 16., & nu. 24., &
25. Eugen. conf. 50. lib. 1. Roland. cons.
69. nu. 27. lib. 4. Gabed. decis. 80. nu. 9.
part. 2. Faber. in Cod. tit. locati definit.
54. Rot. apud Mantic. decis. 209., &
par. 4. recent. decis. 223. nu. 1. Gratian.
cap. 376. nu. 3., & 18. Bellon. cons. 62.
per tot. lib. 1. Vivi. decis. 317. nu. 6.
par. 2. Peguer. decis. 214 nu 7. Mastrill.
decis. 209. nu. 17. Camill. de Medic. cõs.
23., & 141. per tot. Bursatt. cons. 309.
de Ponte cons. 88. ex nu. 13. lib. 1. Capyc.
Galcot. respons. Fiscal. 18. ex nu. 43.,
licèt contrarium videatur sentire *Bartol.*
in quaest. 4. incip. Publican. nu. 14. in fi. 50
vbi quod ad effectũ totalis interesse, nil
referat, an bellum gestum cúm locatore
sit iustum, vel iniustum, sufficiatq; , vt
sit iniustum ex parte vnius, & sequitur
Corne. vbi supra, Rogier. d. consil. 7. nu.
50. Bursatt., *Castill.*, & alij vbi supra.

Nona Conclusio, quod culpæ locato-
ris adscribitur non solùm quicquid ex
eius facto immediato causatur, sed quod 51
etiam prouenit ex facto Tertij in ipsius
locatoris odiũ, *Corn. d. conf. 23 n. 9., &*
seqq., & cons. 38. n. 21. lib. 2., & cons. 12.
n. 7. lib. 4. Cephal. cons. 218. n. 27. Castill.
Controu. d. cap. 3. n. 31. Montesperell. d.
consil. 111. ex nu. 14., & 15. Faber in
Cod. lib. 4. tit. 42. definit. 24 de locat.
& quod ex hoc damno illato á Tertio in
odium locatoris, non solùm petatur re- 52
staurum, sed peti possit totale interesse
Bart. in d. L. si vno §. item cum quidam
nu. 3., & in l. si merces §. culpa ff. locat.
& in L. Cotem §. qui maximos nu. 6. ff.
de Publican. Alexand. Corn., & alij
supra adducti, quibus accedunt *Ruin.*
cons. 23. n. 5. cons. 65. n. 3., & seqq., &
cons. 81. nu. 10. lib. 1. Cephal. d. consil.
217. nu. 13., & seqq. Bonifac. Roger.
d. consil. 7. nu. 50. Becc. d. cons. 45. nu.
20. ad med. Ioseph Lodouic. conclus. 12.
ante med. vers. istis enim, Surd. d decis.
326. nu. 25. in fi., & seqq. Castill. d. lib.
3. controuers. d. cap. 3. nu. 31. Francisc.
Monald. consil. 122. n. 7. etiam quod 53
loca-

locator fecisset, quicquid posset prò re-
uocando impedimento, & habuisset iu-
stam causam se per bellum defendendi,
Ruin. d. consil. 65. nu 3. ad med., *&*
*nu. 4. lib. 1. Carpan. ad Statut. Medio-
lanen. dicto cap. 394. nu. 329. Surd. d.
decis. 326. nu. 65.*, *& 68.*, & vide cir-
cà hanc materiam *Bardellon. consil. 75.
per tot* signantèr *à nu. 11.*, & quod ta-
le interesse probetur Iuramento *D. Al-
tograd. cons. 21. nu. 51.*, *& seqq. lib. 1.
Castill. vbi proximè nu. 25.*, & posset
54 liquidari ex perceptione fructuū annorū
præcedentiū *Boss. de. remiss. Merced nu.
Rot. decis 343. n. 3. & 4 part. p. recēt. & apud
Buratt decis. 722. num.* 4. vel ex libris
Cameræ Principis *Bursatt. cons. 309 n 4.
& seqq. Rot. Genuen. decis. 212. nu. 2.*
55 *Mastrill. decis. 299. nu. 20.* ad finem,
Quinimò ad hunc effectū admitti eti-
am coniecturas, firmat *Boss.* vbi supra,
Caroec de locat. fol. mihi 42. nu. 8. iux
ta magnam Impressionem.

56 Decima Conclusio, quod damnum
dicitur illatum ex facto locatoris, &
debetur restaurum, si fuerit factum
aliquod augumentum supra primam
gabellam, vel noua taxa in præiuditium
priorum Conductorum, *Anania consil.
74. ex nu. 2. Caphal cons. 577. ex nu.
7. cum. seqq. Riminald. Iun cons. 282.
n. 16. Menoch cons. 671. nu. 4*, *& seqq.
Eugen consil. 50. nu. 58. lib. 1. Mastrill.
decis. 255. ex nu 58 vsq. ad 107. Castill.
d. par. 3. controuers. cap. 3. ex nu. 39.
Amat. Panorm. d. resolut. 18. nu. 28.
vers. pariter in 5. casu. Francisc. Clapper
caus. 43. nu. 3. Raudens. Variarum par. 3.
cap. 3. ex n. 43.*, vel si primo loco fuisset
57 stipulata exactio Gabellæ in certa sum-
ma exigēda ex mercibus, & posteà Prin-
ceps mandasset exigi minus. *Surd. d.
decis. 326. nu. 65.*, *& seqq Mastrill.
decis. 299. nu. 17. Rot. apud Caualer.
decis. 217. nu 5. vers. 2. addatur*, *&
apud Pacific. de Saluia. decis. 285. ex n. 2.*
58 Quinimò per talem additionem, seu
augumentum censeri resolutum primū
contractū locationis, responderunt *Bart.
in d. L. si vnus §. item cum quidam ff.
locat. in l. si quis; & in l. cum satis C. de
Agricol.*, *& Censit. lib. 10. Roland. cons.
69. n. 22. lib. 4. Menoch. consil. 27. nu. 53.
Bellon. Iunior cons. 62. nu. 19.*, *& 23.*,
*optimè Eugen. cons. 50. nu. 21. lib. 1. De-
Leo decis. Valentina 174. n. 3. par. 2. Muta
decis. Siciliæ 35. nu. 7. Mastril. decis. 229.
nu. 1. vol. 3. Gratian. disep. for. cap. 113.
nu. 48. vol. 1. Caroc. de locat. quæst 8. nu.*
83. quia omnis actus intelligitur, rebus in 59
eodem statu manentibus, ex vulgaris, &
facto affictu Gabellæ, vel Dohanæ, nil
aliud innouari potest sine licentia primi
Cōductoris, etiā Principis accedente au-
thoritate *l. si quis sine C. de vectigal.*, *& ib.* 60
miss. Bero. cons. 143. nu. 10., *& 24. vers.
Non obstat. lib. 1. Menoc. cons. 34. nu.
1. & cons. 201. nu. 168. Afflict. in tit.
quæ sint regalia. 7. part. insup. Vectigal.
nu. 110 Eugen. d. cons. 50. nu. 20. lib. 1.*
licét contrarium nouissimè sentiat *Lar-* 61
rea alleg. Fiscal. 21., *& 22. lib. 1.*

Vndecima Conclusio, quod omnia
supradicta procedunt in damno contin-
gente ex facto hominis, siuè ex proposi-
to, siuè fortuito, secùs si ex vi diuina, 62
quia tunc debetur restaurum, si casui
pestis non fuerit renunciatum, vt benè
*Burtatt consil 309. ex n. 7. ad 11. Surd.
cons. 400. nu. 27. Castill. lib. 3. contro.
cap. 3. nu. 20.*, nihil tamen deberetur, 63
si casus pestis non fuerit specificatus,
licèt generalitèr Cōductor suscepisset in
se omnes casus fortuitos, in quibus ter-
minis loquitur *Bursatt.*, quandò enim de
peste non est facta mentio, per susceptio-
nem casuum fortuitorum non censetur
cogitatum de casu inopinato lædente 64
Conductorem vltra dimidiam *Riminald.
Iun. cons. 637 nu. 4. lib. 6. Menoch. cons.
27. nu. 18.*

Duodecima Conclusio, quòd tempo-
re Pestis sit licitus recessus à locatione,
latissimè ad materiam *Mutius Recchus in* 65
*quadam alleg. impress. apud Passhal. de
Patr. potest. par. 4. in addit. fol. mihi
663. in paruis, Capyc. latr. decis. 162. nu.
19.*, *& 37. & per tot. par. 2.* vbi non-
nulla etiam de pensionibus Domorum, 66
an solui debeant tempore Pestis, vel
Belli, & confirmantur Conclusiones
per nos supra adductæ.

67 Decima tertia Conclusio, quod si ex pesti modica ægrotum cultura non defecerit, non esset facienda remissio Caoonum, secùs si pestis fuisset magna, & agri coli non potuerint, nouissimè post alios *Fulgine.de Iur.Emphit.tit. de Solut. Canon. quæst.* 1. *nu.* 97. *&* 98., quam

68 tamen Conclusionem intelligas, si Canones soluantur ratione directi dominij, secùs si ratione fructuum recompensatiuorum, sicuti est Beoeuenti, quia tunc crederem Canonis remissionem fieri debere pro toto tempore, quo agri coli nō potuerunt *Thes. decis.* 20.*nu.*5.*Ruin. cōs*, 161. *nu.* 21. *lib.* 1. *Rolatd. cons.* 96.*nu.* 26.*vol.*1.*Fulgin.vbi supra*,& quia superuenit Decisio *S. Rot. Romana Coràm bo. mem. Dunoz. Decan. in Romana Appaltus* 22.*Iunij* 1657.quæ supra citatis Conclusionibus non aduersantur,imò fauent vt ex facto benè precipitur.Ideo hic imprimendam Decreui.

DECISIO S. ROTÆ ROMANÆ:

Veneris 22. *Iunij* 1657.

ANno 1647. Azeuedus appaltum Bulli aleatū ad noueniū

69 pro annis sc. 3150. Verum cum de anno Iubilęi 1650. superuenerint banoimenta Gubernatoris Vrbis de ordine Sanctiss. emanata, prohibentia Ludos, cæpit prætendere d. Appaltator defalcū; vnde dato dubio ao esset relaxandum mandatū, vel potius esset locus defalco quoàd vtramq; partem dubij, Domioi resoluerunt ad fauorem Hospitalis S. Sixti, & Archicōfraternitatis Cōfalonis pro relaxatione mandati, ac defalchi denegatione.

70 Quia cum in Instrumento fuerint promissi affictus *sub oblig. Camer.* in qua continetur renuociatio omniū Iurium, & legum auxilio, exceptio defalchi, seu remissionis opponi non potest, vt in puncto dixit *Rota decis.* 11. *nu.* 5.,*&* 8. *decis.* 42. *nu.* 1., *&* 2. penès *Zacch. de*

71 *oblig. Cam.*, & dum in principio locationis tradiderunt possessionē Bulli, illoq; conductor vsus fuit, sub prætextū damni solutio affictuum retardari non debet, nisi illud pleoè, & concludenter probetur, vt aduertit *Corn cons.* 128. *n.* 27. *lib.* 2. *Rot. decis.* 727. *nu.* 1. *p.* 4 *di vers.*, & in *Romana affictus Lacus* 25. *Februarij* 1622.*coràm bo. me. Pirouano.*

Imò defalcum in præsenti multipliciter excluditur, bānimenta enim Gubernatoris non sunt noua, sed Innouantia præcedentia, & solita publicari in anno Iubilęi, & potuerunt prępuideri ab Appaltatore, nec tanguot immediatè prohibitionem Bulli locati, sed tantùm Ludos. Ideòquè cùm impedimentum vigeret tempore locationis, nulla potest 72

peti á Conductore remissio pro damno indè contingente iuxtà *Theor. Bald. in l. ex Conducto §.* 1. *in principio ff. locati, Caroc. eodem tract. tit. de remiss. Merced. quæst.* 8. *nu.* 119. *Capyc. Latr. consultat.* 40. *nu.* 29. *Rota coram Coccin. decis.* 422. *nu.* 2., & cùm Conductor 73

sciret qualitatē appaltus, aut saltem scire deberet, nullo modo sub tali prætextu potest remissionē prætendere *l.si quis domum §.* 1. *ff. locati, Rimin. Iun. cons.* 40. *nu.* 18. *lib.* 1. *Barz. decis. Bonon.* 3. *nu.* 46., *&* 47. *Caualer. decis.* 618. *nu.* 6., *& seq. Thesaur. Iun. quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 47. *nu.* 32. *Capyc. latr. d. consult.* 40. *nu.* 21.

Excluditur quoq; prętēsio defalchi, ex 74

quo in eodē Instrumēto specialiter cōuentū fuit, quod defalcum fieret dùmtaxát in casum Belli, Pestis, & absentiæ Principis ab Vrbe, & his exceptis Conductor illud petere non potest ex quauis causa, vel caplte, etiàm si haberet subsistentiā Iuris assumendi in se, ac proprio periculo alium casum, quàmuis incogitatum, quarè huiusmodi pactum obstat petitæ remissioni, *l. licet. C. eodem* & probant *Ruin. cons.* 87. *nu.* 73. *lib.* 1. *Becc. cons.* 94. *nu.* 34., *&* 35. *Barz. decis.* 19. *nu.* 1., *& seqq. Rota d. dicis.* 727. *sub nu.* 4. *vers.* quidquid sit *p.* 4. *diu.* reiteratè impressæ penès *Zacch. de obligat. Camer. decis.* 151. & ponderat *decis.* 24. *nu.* 3. *p.* 6. *rec.*

Neo releuat quod casus, de quo agitur 75

proueniat ex facto Principis, ac proindè

dè non sit compræhensus in renunciatione casuum fortuitorum, ex tradit *per Moder. Neap. tract. de renunciat. cap. 15. nu. 34.*, quia cùm huiusmodi prohibitio vigeret, etiã de tẽpore locationis fa-
76 ctè in substantia casus; non potest dici fortuitus, qui aliàs debet esse insolitus, & extraordinarius, quando, (pro vt hic) aliqui casus fuerunt excepti, vt declarãt *Crauett. cons. 95. nu. 2. Mastrill decis. 299. n. 34. & seq Buratt. decis. 359. n. 3. & seqq.*

77 Demùm inefficax redditur dicta exceptio defalchi in casu nostro, cùm appaltus sit ad nouénium, & censeatur vnica locatio, licèt pluribus solutionibus diuisa pró maiori commoditate cõtrahentium, vt *per Bartol. in l. si seruus communis §. fin. n. 7. ff. de stipulat. Seru., Surd. cons. 39. nu. 51.*

78 Tùnc enim non est habenda ratio damni contingentis in aliquo anno, sed toto tempore locationis, cõpensando annũ fertile cũ sterile *iuxta Text. in cap. propter sterilit. de locat. l. si vno ff. eodem. tit. Bald. in d. l. licet quasi. 10. Cod. locat. Surd. cons. 34. nu. 9. Rota* respondendo contrarijs *d. decis. 151. nu. 7., & 8. Coccin. d. decis. 422. nu. 1.*

79 Cæterùm Azeuedus, nec etiam in anno Iubilęi iustificauit damnum, quod superet medietatem pensionis, vt requiritur, ad obtinendã remissionem *l. si merces ius maior, ff. locat.* cum alijs latè adductis *à Barbos. in d. cap. propter sterilit. num. 3. Coccin. d. decis. 422. num. 17.* Imò constat, in dicto anno fuisse venditas aleas ex particis extractis ex libris fabricantium, de quibus *in Sum. nu. 9.* & Conductorem percepisse à tribus fabricatoribus tantùm ex quinque in Vrbe existentibus, sc. 2523. *Sum. nu. 11.* quibus si addatur summa per ipsum exacta ab alijs duobus, néc non ab ijs, qui extra Vrbem incumbunt huiusmodi ministerio; certè non potest dici, quod passus fuerit damnum, sed potius quòd magnum perceperit lucrum, etiàm in dicto anno.

80 Ex quibus patet gratis ex aduersò dici, bãnimẽta perijsse substãtiã rei locatæ, quo casu facienda est remissio *Peregr. cons. 98. nu. 5. in fin. lib. 5.*, Costa Patriensis *consil. 30. n. 30., & seq. Mastrill. decis. 299. nu. 110. Surd. decis. 326. nu. 55.* cùm nunquàm fuerit prohibitum Bullum aleatũ locat, nequè Instrumẽta 81
apta ad illarum fabricationẽ fuerint apportata ad officiũ Gubernatoris, prò vt præcipitur in eisdem bannimentis, considerãdo præcipuè huiusmodi Gabellã fuisse impositam, firmis remanentibus bannimentis in pœnã ludere volentium, vt habetur in *motu proprio San. me. Sixti V.* qui ad hoc, vt Ludentes possent molestari, illã à sc. 7m. reduxit ad sc. 5000. cùm expressa declaratione facta in Chi- 82
rografo particulari, *quod per huiusmodi appaltum non intendebat vllo modo permittere vsum, & ludum alearum*, vndè patet, quod solũ vsus licitus, est permissus, locatus, ác respectiuè conductus in dictũ Contractum, qui fuit initus ad formam *motus proprij, & Chirographi.* ad *Text. in l. quoties ff. de reb. dub. Mantic. de tacit. lib. 1, tit. 17. à nu. 1., & præsertim num. 31.*, & propterea conclusio circa peremptionẽ substantiæ rei locatæ, nullatenus applicatur.

Et ita decisum vtraque parte informante.

ARGVMENTVM.

Quod ad Principem, eiusq; Ministros spectet arcere famem, & penuriam á suis Terris, & Prouincijs ad vitandam Subditorum Detractionem.

SVMMARIVM.

Pestẽ regulariter subsequitur fames, qua Populo nil horribilius, nil perniciosius contingere potest. nu. 1.

Fames vltimum humanorum malorum supplitium appellatur n. 2., & de famis descriptione nu. 3.

David lib. 2. Regum *potiùs pestem, quam famem eligere voluit. nu. 4.*

Principes, quid facere debeant, nè Subditi faciliùs cogantur labi in mendicitatem

T 2 fa-

famis n. 5; & ad quos alios spectet n. 6.
Persona Ecclesiastica tempore panuria, possunt cogi ad vendendum frumentum viliori pretio prò vtilitate publica tantùm nu. 7. & à quibus cogi debeant nu. 10.
Iudices Ecclesiastici de mente Sac. Congr. quoad Annonam debent se omninò conformare cum ordinationibus Rectorum Secularium n. 8. & de ratione n. 9.
Annona onus etiàm qui habet immunitatem 12. liberorum, subire tenetur nu. 11. assignantur ratio. nn. 12.
Diuites de tempore inopia quandò possint compelli ad mutuandum, & vendendum nu. 13.
Inedia arcẽda causa, quomodò possunt imponi onera, & collecta à Consulibus Rectoribus Ciuitatum. nu. 14., & an absq; licentia Principis nu. 15: & an etiàm debeãt esse generales, comprahendantq; Personas quantumuis Priuilegiatas. nu. 16.
De donatiuis Principi faciendis tempore necessitatis nu. 17.
Tempore famis, qua possunt concedi, & qua debent fieri. nu. 18.
Quando dicitur committi Monipolium n. 19. ob quod an intret cõfiscatio. n. 20.
Dardanerius dicitur Annona, & aliarum mercium accerbissimus venditor, & vexator nu. 21. & qua pœna puniatur nu. 22.
Dardani dicuntur à Dardano, qui Magus fuit. nu. 23.
Dardanica artes, idem sonant, ac Magica. nu. 24.
Ponitur disticon in Dardanos nu. 25.
Ciues tẽpore panuria cogi possunt ad proficiscendum in partes remotas, & longinquas pro emendo frumento. nu. 26.
Ampliatur. nu. 27.
Quomodò puniantur illi, qui naues, cum quibus Ciuitatis frumentum vehitur, priuatis rebus onerant, vel si illas impediant, vt Annonã non ducant n. 28.
Monipolium cõmittunt illi, qui efficiunt, vt Agricola victualia ad forum non deferant, vt ipsi emant, & cariùs reuendant. nu. 29.
Diuites cogi possunt tempore panuria, & pestis, nè dùm vendere frumentum iusto pretio, sed etiàm Pauperibus illud gratis erogare nu. 30. affertur ratio nu. 31.
Quid successit Claudio Imperatori tempore famis. nu. 32.
Dictum dici solitum, quòd nil latius saturo Populo, & nil seditiosius ieiuno, & famelico nu. 33. & de multis exemplis, & casibus miseratione dignis occursis tempore panuria, remissiuè nu. 34.
Deferentes Annonam ad Ciuitatem tempore panuria multis potiuntur priuilegijs nu. 35.
Conducentes Annonam ad Ciuitatem quomodò illam Custodes recipere, & consignare debeant. nu. 36.
Testis quilibet admittitur in respiciẽtibus vtilitatem Annona nu. 37.
Pecunia frumentaria pro Annona, nullam moram solutionis recipit. nu. 38., & quomodò Depositarius eiusdẽ, illam tenere debet. nu. 39.
Vsurpantes Annonam, etiam si sint ipsimet Iudices, pœna vltimi supplicij sunt puniendi nu. 40.
Tempore necessitatis ad subueniendum Ciuibus, debẽt in Ciuitate fieri granaria publica, & Subditi tàm Diuites, quàm Pauperes prò illis faciendis, collectari possunt nu. 41. ponitur ratio n. 42.
Et circa alia notabilia de Annona, indicatur Seraphin. Maffin. de confisc. bonor. quæst. 18. tit. de Annon. per tot. *qui latè materiam exagitat, & multas quastiones resoluit. nu. 43.*

§. DECIMVSQVARTVS.



PESTEM regulariter subsequitur fames, qua Populo nil horribilius, nil perniciosius contingere potest *cap. 2. de obseru. ieiun. Ludouic. Mexia in pragm. taxo panis in 1. conclus. nu: 57.* & dicitur tetertima pestis. *iunct. Ouidij dictum lib. 8. Methamorph.* 1

Pestifera laterare fame.

& famem vltimum humanorum malorum supplicium appellauit. *Plin. lib. 2. Belli punici*; De qua re, multa ex humanioribus litteris dici possent, sed est vi- 2

den-

3 denda famis descriptio ex Quintiliano
deducta à Luca de pęna in l. 2. Cod quib.
munerib. vel præstation. Et multa iuxtà
morem elegantèr refert. Tyraquell. de
retract. lignager. §. 26. ex nu. 24. cum
seqq. & n. 27. vers. & sanè Lector; suffi-
4 ciatq; Dauidis responsum lib. 2. Regum. c.
24. vbi potiùs pestem, quàm famem eli-
gere voluit, & nonnulla nouitèr circá
hæc scripsit, Franc. Maria Prat. in suis
obseru. lib. 1. obseru. 37. ex n. 1. ad 10. Qua
5 proptèr nè subditi faciliùs labi cogantur
in mendicitatem famis, debent Princi-
pes in eorũ Terris, & Prouincijs ædicta
facere, nè frumenta, cæteręq; fruges ex-
trahãtur sub grauissimis pœnis, iux. Tex.
in l. 1. vbi Salyc. Cod. de Episcopal. audien.
Io: Franc. de Pont. in suo tract. de potest.
Proreg. §. 5. tit. de abundan. Ciuitat. fol.
45. nu. 1. Guidopap. decis. 573. Anton.
Thesaur. decis. Pedemont. 152 Franc. Marc.
decis. Delphinal. 238. p. 2. Cabal. resolut.
6 crim resol. 14.; Quodq; non solùm ad
Principis curam spectat, sed etiám ad
7 eius Ministros; Itá quòd in tali casú
etiã Personæ Ecclesiasticæ tempore pe-
nuriæ poterunt cogi ad vendendum fru-
mentum viliori prætio prò vtilitate pu-
blica tantúm. Grattan discept. foren. cap.
149. n. 43. Menoch. cons. 137. per tot.
8 Sperell. decis. for. Eccles. 13. per tot. &
præsertim nu. 14. circa fin. vbi de men-
se Sacr. Congreg. refert, quòd Iudices
Ecclesiastici quoad materiam Annonæ,
debeant se omninò conformare cùm
ordinationibus Rectorum Sæcularium;
9 Ex ratione quià damnum etiàm Eccle-
siæ redundat, quandò publicæ vtilitati
non consulitur; Licèt verum sit, quòd à
10 Iudicibus Ecclesiasticis, non autèm à
Sæcularibus ad id cogi debeant, vt in
terminis fundant Vinc. de Franch. dec. 9.,
latissimè Caball. resol. 9. Franc. Marc.
decis. 290. p. 2. nu. 1. & seqq. Medic.
decis. March. 52. Surd. dec. 275. nu. 4.
per doctrinam Bart. in l. Annonam ff. de
extraord. criminib. & in l. 1. Cod de Episc.
audien.; Et quod huiusmodi onus, etiàm
11 qui habet Immunitatem 12. liberorum,
subire teneatur. Io: Maria Nouar. quæst.
12 foren. 17. p. 1. in fin.; Cúm Immunitas

tempore necessitatis locum non habeat. Cancer. var. resol. p. 3. tit. 13. de Iure Castri nu. 49., Rolan. à Vall. cons. 5. vol. 1. n. 26. cum seqq. Misinger. obseru. 70. Valasc. conclus. 20. Mastrill decis. 17. relat. per Gilian. ad stat. Perus. vers. Annona n. 6 fol. 14 Capiblanc. de Baronib. lib. 2. pragm. 8. cap. 42. n. 10. & est tex. in l. iubemus nullã 10. Cod. de Sacrosanct. Eccles.

Et quandò Diuites, de tempore ino-
piæ possint compelli ad mutuandum, & 13
vendendum, latè discutit Mexia in com-
men. ad d. pragm. tax apanis nu. 28. Gut-
tierez. practicar. lib. 2. cas. 181. nu. 28.
& 29. Auendan. de exequen. mãdat. Reg.
par. 2. cap. 14. in 4. casu, Rip de pest.
par. vlt. nu. 185.; Nouar. ad pragm. de
Annon. collectan. 1. nu. 6. Mastrill. de
Magistrat. lib 3. cap. 4. à. nu. 76. Apud
quos omnes reperies, quomodò inediæ
arcendæ causa, possunt imponi onera, & 14
collectæ à Consulibus, Rectoribus Ciui-
tatum &c. de qua re loquitur etiàm de-
cisio Cappella Tholosana. 348. per tot.; Et
quod hoc casú permittatur id agere sine
licentia Principis, Auila in cap. Pratorum 15
cap. 17. nu. 33. in fin. & cap. 34. Boua-
dil politic. lib. 5. cap. 5. nu. 22. Mastrill.
de Magistrat. lib. 3. cap. 4. nu. 81., &
seqq. Vasquez. controuers. Illustr. cap. 6.
nu. 7., Et quòd talis compulsio debeat
esse generalis, & non particularis, & 16
comprehendantur Personæ quantùmuis
priuilegiatæ, cùm agatur de causa pu-
blica, Gratian. discept. forent. cap. 149.
per tot., & nu. 43. & latè discutit Franc.
Marc. Prat. obser. 37. per. tot. signantèr,
ex nu. 25. vbi etiàm de donatiuis Prin- 17
cipi faciendis tẽpore necessitatis, de qua
re latissimè etiàm Valenzuol. cõs. 99. per
tot. lib. 1. Franc Cẽsal. in obseru. ad Peregr. de
Fideicõ. fol. 556. cũ plur. seqq. in 1. impress.,
Sãfel in suis decis. par. 1. tit. de muner. Reg.
nostr. præstan. fol. mihi 435., Et Latiùs in-
frà in hoc puncto adpartes multa exara-
buntur.

Vndè notandum est, quòd tempore
famis possunt multa concedi, nempè 18
vendi blada pretio viliori; Itém Ho-
mines possunt cogi ad faciendum pa-
nem prò Militibus, & Armigeris, hor-
reaq;

reaq; Dardanariorum poſſont aperiri, &
propterea ſunt deputandi Commiſſarij
idonei ad inquirendum contra eos, qui
carius emunt, vt poſteà alijs carius ven-
dant, vt ait. *Franc. Mart. decis. 230.*
par. 2. & Io. Franc. de Pant. in tract. de
poteſt. Proreg. fol. 45. nu. 2. tit. de abun-
dant. Ciuit. Decian. tract. crimin. lib. 7.
cap. 22. n. 7. Menoch. de arbitrar. caſ.
19 384. *Rouit. deciſ. 17.*; Et iſti dicuntur cō-
mittere Monipolium *Iodoc. in practic. Cri-*
min. cap. 132. nu. 2., ac propterea con-
20 fiſcatio intrare poterit iuxta nouiſſimè
tradita per *Maſſin. in ſua tract. de cōfiſca.*
bonor. qu. 17. per tot. & qu. 18. nu. 94.
21 Et *Dardanerius* dicitur Annonæ, &
aliarum mercium acerbiſſimus vendi-
tor, & vexator, ideſt ille qui Annonam
incendit, & excandefacit, vt ait *Cicer. ad*
Attic. lib 5. cap. 21. & eſt tex in l. Darda-
nerios de pan. & l. Annonam. ff. de ex-
traordinar. criminib. vbi Glos. litter. B.
& Alciat. lib. 4. de verb. ſignif., *& Iul.*
Pol. ſcribit, nil fraudolentius, nilq; ini-
22 quius fuiſſe hoc genere hominum, &
ideò in Iure eorum fraudes, & calidita-
tes, ſtellionatus pæna coherceantur; Et
23 *Dardani* contumelioſè *à Dardano* dici
videntur, quem Magum fuiſſe, conſtat
ex Apuleio, qui eum inter inſignes Ma-
gos cōnumerat, & *ex Columella* appel-
24 lantur *Dardanica artes*, ideſt *Magica*,
ex quo iſti, cum eorum maleficijs, & ve-
nenis Magicis, Annonam auertere faci-
unt in eorum horreis, & metiendo, mē-
ſuram imminuunt, ſubtrahūtq; ac prop-
tereà dici ſolet.
25 *At ſi nulla valet medicina repellere peſtē.*
Dardania veniant artes.
Secundò notatur, vt Ciues tempore
26 penuriæ cogi poſſint ad proficiſcendum
in partes remotas, & longinquas prò
emēdo frumēto, prout ſic pluriès practi-
catum dicit, *de Pont. in d. ſuo tract. de*
poteſtat. Proreg. §. 5. tit. de abundan.
Ciuit. fol. 49. nu. 15., Et quòd ad iſtum
27 effectum poſſint cogi Domini animali-
um, & nauium, ad Animalia, & Naues
tradendas, ſiuè Currus cōcedendos prò
vehendo frumento, *De Pont. vbi ſupr. n.*
28 *16.*, *& nu. 19.* docet, qua pæna ſint
puniendi illi, qui Naues, cum quibus
frumentum Ciuitatis vehitur, priuatis
rebus onerant, vel ſi illas impediant, vt
Annonam non ducant, *l. 2. ff. ad l. Iul.*
de Annon., Et quòd Monipoliū com- 29
mittant illi, qui efficiunt, vt Agricolæ
victualia ad forum non deferant, vt ipſi
emant, & carius reuendāt, *Iodoc. in ſua*
prax. crimin. cap. 132. n. 4. 5. & 9 & eſt
tex in l. vnica Cod. de Monipol. Menoc.
de arbit. caſ. 569. nu. 1.
Et quòd poſſint Diuites cogi tempo-
re penuriæ, & peſtis nè dum vendere 30
frumentum iuſto pretio, ſed etiam Pau-
peribus illud gratis erogare, elegantèr
tradit *Cardan. Mantic. de tacit., & am-*
big. Conu. lib. 4. tit. 4. nu. 12. Et hoc ad 31
effectum ſeditiones euitandi, quæ ſæpè
à fame incitantur, vt legitur de *Claudio* 32
Imperatore, qui fuit attritus fragmentis
panis à Populo; Ità vt vix euaſerit, & ideò 33
dici ſolet, nil lætius Saturo Populo, & nil
ſeditioſius ieiuno, & famelico iuxta tra-
dit, *per Decian. in ſua tract. crimin. lib.*
7. cap. 22. nu. 45. & ibi plura remedia
pro Annona recenſet. *Anton Sola ad Cō-*
ſtit. Sabaudia tit de delict. Annon. Gloſ. 34
1. nu. 7. & 8. vbi multa exempla, & ca-
ſus miſeratione dignos, tempore penu-
riæ occurſos, refert. Et quòd deferentes 35
Annonam ad Ciuitatem tempore pe-
nuriæ multis potiantur priuilegijs, vi-
dendus *Franc. Marc. deciſ. 41. & 230.*
deciſ. 154. nu. 20. par. 2. Et quomodò 36
Conducentes Annonam ad Ciuitatem,
illam Cuſtodes recipere, & conſignare
debeant, *De Pant. vbi ſupra. nu. 26. &*
28. fol. 50.; Et quòd in reſpicientibus 37
vtilitatem Annonæ, quilibet teſtis admi-
tatur, *Rot. Roman. apud Greg. dec. 106.*
nu. 8.; Et quód pecunia frumentaria pro
Annona, nullam moram ſolutionis reci- 38
piat. ead. *Rot. vbi proximè n. 7.*: Ita quòd
Depoſitarius eiuſdem, non valeat in eius 39
vſus conuertere; ſed eam promptam
ſemper tenere debeat. Et quòd vſurpā- 40
tes Annonam, etiamſi ſint ipſimet Iudi-
ces, pæna vltimi ſuplicij ſint puniendi.
Thuſc. in ſua concluſ. 338. nu. 7. & ſeqq.
verb. Annona.
Tertiò notatur, quòd tempore æge-
ſtatis

41 statis ad subueniendum Ciuibus, debeant in Ciuitate fieri Granaria publica, & Subditi tàm Diuites, quàm Pauperes pró illis faciendis collectari possint, vt
42 præsenti, & futuræ necessitati succursus in promptu præstetur *Franc. Marc. in sua decis. Delphin.* 40. *par.* 2. *Io. Franc. de Pont. de abbūdant. Ciuit. tit.* 2. *sel.* 49. *nu.* 9. *&* 27. Et si cupias studiose Lector
43 ad materiam alia notabilia memoriæ mandanda, videas *Seraph. Maffin. in suo vberrimo, & eleganti tractatu de confiscat. bonor. quæst.* 18. *tit. de Annon. per tot.* vbi præfata omnia comprobantur, & nonnullas alias notabiles quæstiones in praxi vsu frequentes resoluit, quem tibi pro cunctis indicasse, sufficientèr existimaui.

ARGVMENTVM.

Quod existimatio Principis augeatur ex prudentia adhibita circá Bellum alijs indicendum, vel in se suscipiendum, qua occasione discutitur, quomodò in Iure de futuris contingentibus possit dari aliquo pacto veritas.

SVMMARIVM.



Quemodo debeat à Principe bellum suscipi, & cum qua prudentia nu. 1.

Clementia in Principe extollitur, nu. 2. *sed maioris Considerationis est prudētia, quæ dicitur Sal, & condimentum cæterarum Virtutum, nu.* 3. *vbi id probatur auctoritate Sacra Scriptura.*

Priusquam aliquid incipiatur, est maturè consulendum, nu. 4.

Vir prudens appellatur Beatus, nu. 5.

Philippus Macedo potiùs prudentior, quàm audentior in expeditionibus fuit, nu. 6.

Sol secundum opinionem Astronomorum semper incedere solet cum Mercurio, id est dominium cum prudentia, nu. 7.

Prudentis est prauidere, & prouidere futurit, nu. 8.

Futura aliquando ex vehementi opinione concurrente cum veritate subsequuta, prauideri possunt, nu. 9

Substitutus in casu, quo fœmina nasceretur, si decedat ante partum, transmittit ius adeundi, dum ex vehementi opinione constare poterat, mulierem fuisse emissuram fœtum fœmineū n. 10. *&* 11.

Argumentum Certitudinis ex vehementi opinione admittitur in Iure, & quomodo, eleganter exemplificatur in casu practicabili nu. 12.

Ad bellum gerendū, oportunitas inspicienda, & quomodo, nu. 13.

Incipere bella facile est, deponere autem difficile, nu. 14.

Quid obseruari debeat in belli indictione, & quæ de Causa debeant Principes arma sumere, nu. 15.

Petens trāsitum per Statum alicuius Principis, an, & quandò possit, vel debeat repelli, nu. 16., 17.

Aliquando difficile est Principi petenti transitum denegare, quomodo id fuerit seruatum apud Romanos, n. 18., *&* 19.

Improbatur Consuetudo pracium recipiendi ob concessionem transitus nu. 20.

Grande latrocinium est, populos bello Conterere sola cupidine regnandi, nu. 21.

Quid olim seruauerit, & responderit Iulius Cæsar, à qua fuit expetita licentia transeundi cum exercitu per fines Galliæ, nu. 22.

Quid fuerit in eadem materia seruatum inter Idumeos, & Israelitas nu. 23.

Fides non adeo tenaciter pactis, & conuentionibus super hac materia est adhibenda nu. 24.

Prudenter est agendum, quia vitia non decipiunt, nisi sub vmbra virtutum, & multoties sub specie recti, pessima insinuantur, nu. 25. *vbi id comprobatur agregia auctoritate Leonis Pontificis.*

Legibus non est fidendum inter Principes, quia à Cornelio Tacita appellantur inualidum auxiliū vt cum vi, ambitu, & pecunia corrumpi possint, nu. 26.

Sub amicitiæ specie quomodo multi Principes remanserint decepti, afferuntur hystoria, nu. 27.

Forma societatis olim inita inter Romanos, & Iudæos circà bella inferenda, reperitur regi-

registrata in Sacra Scriptura, Machabeorum 1. & refertur, nu. 28.
De Iure Cōmuni, etiam reperitur sancitum, quomodo exercitibus debeat præberi trāsitus per alienos Status, nu. 29.
Prinicipi Christiano, an liceat societatem inire cum infideli aduersus alium Christianum, afferuntur Iuris Consultorum, & Canonistarum opiniones hinc inde nu. 30.
S. Pontifex, an possit Christianos in bello iusto captos libertate priuare, & in seruitutem redigere, nu. 31.
Bona in bello acquisita ad quem spectent, nu. 32.
Testamentum factum à captiuo, an sustineatur, nu. 33.

§. DECIMVSQVINTVS.



RVRSVS, nec leues solent esse obloquenrium occasiones circà Principis prudentiam in ratione Belli suscipiendi, vel Transitum per Status
1 proprios, per Ciuitates, & Prouincias alieno exercitui permittendi, qua in re summé considerandum, vt vel malis futuris prouideatur, ad tradita elegantèr per *Valenzuol. consil.* 162. *n.* 81. *& seqq. lib.* 2. vel infortunia forsitàn euentura præuideantur, quòd propriè ad prudentiam pertinet, ex quo licèt in Principe
2 summopeiè laudetur clementia, vt supra deduximus, adeo vt Titus Vespesianus dicere consueuerit, *neminem oportere tristem discedere à conspectu Principis*, cum reueta Iustitia sine Misericordia, potius crudelitas dijudicetur, & qui vehementèt emungit, elicit sanguinem, *vt prouerb. cap.* 30. *in fi.*: Et summum ius, pró summa reputetur iniutia, Regnumq; fit, multos clementia, ac mansuetudine Seruare, quàm paucos seueritate perdere, vt per *Concil. Trident. sess.* 13. *de reformat. cap.* 1. Sicùti, & paritèr laudetur fortitudo ad Maiestatem Principatus conseruandam, vt ergregiè *Thomas Morus de optimo Reipublicæ bono*, & *Ioseph Facella de recta administratione Iustitiæ tract.* 3. *tit. de virtutibus Principis cap.* 7. *ex nu.* 1. *ad.* 9.

Maioris tamèn considerationis est Principis laudata Prudentia, quæ cæterarum virtutum, Sal, & condimentum 3
reputatur, vt *Ecclesiast. cap.* 9., *& sapiēt.* 6., melior est sapientia, quàm arma bellica, & melior est scientia, quàm vires, & Vir prudens, quàm fortis; & illustriora, & maiora intellectu, quàm gladio conficiuntur, exemplumq; illa cæteris Proceribus præstat, vt *Ester cap.* 1. *& Prouerb.* 7. Dic sapientiæ, Soror mea es, & prudentiam voca amicam tuam, & *Ecclesiast. cap.* 21. verba autem Prudentum statera ponderabuntur, & frustra satagit salutem habere, qui sine prudentia agit *cap. qui sine* 26. *quæst.* 3., & latissimè *D. Augustin. ad Eremitas in Sermone de prudentia*, & de partibus prudentiæ, agit *Cicero lib.* 2. *Rethoricorum*, & *Salust. in Catilina, priusquam incipias consultò, vbi* 4
Consulueris, maturè facto opus est, prudensq; Vir appellatur Beatus à *Seneca* 5
epist. 76. quia vt ait Barbonius Poeta.

Spernit, & Inuidiam scelerata murmura linguæ
Spernit clamosi Iurgia vana fori.
Omne malum (breuiter) prudens, spernitq; fugitq;
Virtutem bona gaudia mentis habet.

Famaq; est, *Philippum* Macedonem magis de prudentia, quàm de copiarum Viribus gloriari solitum, & dubium adhuc est, an *Iulius* Cæsar in obeundis ex- 6
peditionibus, Cautior nè fuerit, vel audentior, de qua re possunt videri *Tyraquell. in L.* 1. *Connubiali nu.* 48., *&* 49., vbi etiam ex Astronomorum sententia dicit, quod Sol semper incedere solet cum Mercurio, idest Dominium cum 7
prudentia, ac sapientia, aliterq; Dominationes diù non posse regnare, & in idem videri poterunt doctissimi *Alciati Emblemat.* 15. 18., *&* 19. alijsq; omissis consonat quod ait Virgilius 1. *Eneid.*

Ac veluti Populo in magno cum sæpè coorta est
Seditio, sæuitq; animis ignobile vulgus,
Iamq; faces, & saxa volant, furor arma ministrat.

Tum

Tum pietate grauem, & meritis si for-
tem Virum quem
Conspexere, silent, arrectisq; auribus
adstant.
Ille regit dictis animos, & pectora
mulcet:

Et libro decimosecundo.

Quantam ipse feroci
Virtute exuperas, tanto me impensius
aequum est
Consulere atq; omnes metuentem ex-
pendere casus.

Prudẽtis est ergó præuidere, & proui-
8 dere, ex quo licét secundũ Philosophos,
de futuris cõtingẽtibus nulla detur de-
terminata veritas, & multa quæ præuide-
ri non possunt, fortuitó in melius casura
vt ait *Tacitus 2. Annal.*, id tamẽ procedit,
quandò nullæ concurrerent coniecturæ,
vel vehementes opiniones, quæ veritati
æquiperentur, ad *Glos. in L. si quis extra-*
neum § sciendum ff de acquirenda hared.
9 maximè dùm vehemens opinio concur-
reret cum veritate, vt ibidè m obseruant
Bald. Imola, Angel., & Iason., & ex Ca-
nonistis firmant *Innocent. in cap. causam*
de Iuram. Calumn., & alia exempla po-
nit *Probus ad Monach. in prafat. nu. 19.*
circà med., *& nu. 20.*

Hinc notabilitèr consuluit *Ancharan.*
consil. 392. quod facta substitutione,
casu quò masculus non nascatur, ista
conditio possit haberi prò impleta fauo-
re substituti, licèt iste decesserit antè-
10 quàm mulier prægans fœminam pepe-
risset, si ex vehementi coniectura consta-
ret, fætum fœmineum in vtero esse, ex
quò vehemens coniectura deducta ex
peritorum iudicio, prò veritate habetur,
vt ad propositum benè *Probus ad Mo-*
nach. in prafat. nu. 20. & 21.

Imò, quod vehemens opinio iuncta
cum veritate, sit sufficiens ad transmis-
11 sionem iurium, vel hæreditatis, licét sub-
stitutus decesserit antè euentum Condi-
tionis, firmat *Ancharan. cons. 354. per*
tot., & d. consil. 392. Anton. de Butr.
cons. 78. qui in eodem casu consuluit,
quod substitutus in casu quo fœmina na-
sceretur, trãsmiserit ius conditionale ad
suos successores, licèt ipse decesserit an-
tè partum, ex quo á parte rei veritas ex-
titit fœminei fætus, & sequitur *Felin. in*
cap. 1. nu. 2. de *Summ. Trinit., & fide*
Catholic., *Giuliem. de Benedict. in cap.*
Reynutius, *verbo* & soboles, quàm gesta-
bat *nu. 64. de testam. Zanch. in L. hare-*
des mei §. cum ita nu. 312. ff. ad Trebell. 12
& quamuis exemplum istud certitudinis
ex vehemẽti opinione, impugnetur à qui-
busdam *DD.*, ex quo futura à solo Deo
prænosci possunt, nec certo sciri potest,
an fœmina vel masculus in lucem prodi-
re possit, supradicta tamen opinio est in
se vera, vt tenet *Neuizzan. cons. 65. n. 7.*
cum alijs per Noalem de transmissione casu
1. nu. 144.

Ad propositum igitur rediens, in pri-
mis noscantur occasiones oportunæ ad 13
bellum gerendum, quoniam, nec Vis,
nec Ars valere potest, nisi opportunita-
te ducantur, etenim, vt ait *Lypsius, Inci-*
pere bella, in aliena manu est, nõ ponere cùm
lubet; & vt lubet, & Salustius *in Iugurtino*
dicit, *omne bellũ sumi facilè, caterũ ager-* 14
rimè desinere, nec in eiusdem potestate ini-
tium, ac finẽ esse, de qua re, ex nostris re-
lato *Polibio*, & *alijs*, satis eruditè *Valen-*
zuola cons. 162. ex nu: 72. cum pluribus
seqq. lib2. Deindè bellum strenuè indi-
cendum, non quidèm tantùm prò glo-
ria, cuius satietatẽ iam dudùm fecit, rerũ
ab aliquo Principe gestarum magnitudo, 15
sed prò sociorum libertate, prò Capitis
salute, prò Imperij Incolumitate; Quid
enim Iustius, quàm fæderatorum iniuri-
as prohibere, oppressos subleuare, fidẽq;
ijs, & amicitiam præcipuè humani Ani-
mi bona præstare; Quid magis pium,
quã Captiuis auxiliares manus porrige-
re, Calamitosis, libertatis, lucisq; vsu-
ram reddere, ac ex Ergastuli detrimen-
tis, in benigniorem educere fortunam,
his enim casibus, arma fortibus hone-
sta, ignauis etiam tutissima sunt, vt sen-
sit *D. Ambrosius de offic. cap. 56. Augustin.*
de Ciuit. Dei Victoria in relatione *de Iu-*
re belli nu. 27. Vasqu. p. 2. distinct. 64.

Rursùs, si á Principe petatur per pro-
prios fines Exercitus transitus, primùm
considerari debet, quis est qui petit, vt
belli suscipiendi causa absit, quisq; sit 16

aduersùs quem petatur, vt prudentèr cognosci possit, nùm facultas denegãdi, vel concedendi subsit, & potest etiam contingere, vt non liceat, etiam si Princeps velit, vtpotè si Petens esset fæderatus, vel Socius, vel adeò potens,vt ei resisti nequeat,nec his casibus deficiũt
17 causæ, quibus prohibitio transitus suaderi possit, vt legitur respondisse Alexandrum VI Carolo VIII.Francorum Regi, dum Alphonso Neapolis Regi, ac Ecclesiæ Vectigali, bellũ inferre intẽdebat.
18 Sed omissa necessitate,quæ legem non habet, licèt sit aduertendum, ne Princeps per imprudentiam in illam incidat; cogitur Princeps, vel humano Iure, vel etiã naturali, seù diuinitùs insito, transitus aliquandò denegare, de primo enim habemus exemplum *Num.* 21. vbi quod Seon Rex Amorrheorum negauit Moysi transitum per fines Regni sui, ne Israelitæ, exercitu instructo, Chananeos eius Vectigales proprijs sedibus expellerent. De secundo loquitur *Liuius Hystoriarum lib.* 21. vbi quod cum Legati Romanorum, in Gallorum Concilio petijssent,
19 nè Anibali bellum Italiæ inferenti, per agros, Vibesq; suas transitum darent, stolida, imprudensq; postulatio visa fuit, quia alias, quod bellum ab Italia auerterent ex transitus prohibitione cupiebant, in se, agrosq; suos ab hostibus populandos obiecissent, responsumq; Legatis, neq; Romanorum in se meritum esse, neq; Carthaginensium iniuriam,ob quæ, aut prò Romanis, aut aduersùs Romanos arma sumant.

Iniustè insuper agunt, qui ob transitus exercitus causam, recipiunt pretium,
20 vt olim fecisse *Athamanum Regem*, qui, vt ait *Liuius lib* 26. à Macedonum Principe Zacinthum Insulam accepit, vt illi aduersus Ætolios exercitum ducenti,per Athamaniam iter facere liceret, Tales enim nescias, quandò Sacrilegi magis eum donant, àn eùm rapiunt, vt fecerunt Græci, dum Troiam deuastarunt, hocq; certum sit, Troianam fortunam stetisse, vbi Palladium stetit, abijsse cùm
21 Equus accessit, grande enim latrocinium *D. Augustinus* cõtra *Faustum* appellat, Populos Conterere sola cupidine regnandi, sed cum concedendi transitus causa subsit, pactis, conuentionibus inuigilandum, à quibus, qui prior defecerit, hostis efficitur, causamq; belli suscipiendi substinet; ideòq; prudenter agat, seruetq; Consilium Cæsaris *de bello Gallico lib.* 1. vt perinde, ac bellum Ei, 22
à quo transitus petitur, indictum sit, arma præparet, posteaq; consulat quid agendum, quidq; Nuncijs respondendum, temporis intercapedine ad id interiecta, vt olim Cæsarẽ Heluetijs solũ iter ad Galliæ partem occupandam petentibus, respondisse legimus, interimq; munitis Castris, Militibusq; in Heluetiorum finibus congregatis, respõsum deniq; dedit, se more Populi Romani, nulli iter per Prouinciam dare posse, & si vim facere conentur, prohibiturum ostendit, & *Num: cap.* 21. habemus,quod Idumei alias Esaũ filij à Moyse *Deutoronomij* 2. appellati, licèt Israelitis exercitus transitum concessissent, 23
id tamen per extremitates Regni licere, pactis conueniebant.

Nec fides adeo tenaciter pactis, & cõuentionibus semper adhibenda, quin 24
vigilantia sit opus, cum plerumq; externa specie sub Niuis albedine,nigricantẽ, & infuscatam cutem pacta recondant, &si Religionis faciẽ ostendant, prôferẽdi Imperij causa aliquandò fuere, quasi id honestum videatur, quod regnandi 25
rationibus vtile apparet;sic nimirùm venena, nisi melleis fauis oblito poculo propinanda traduntur, & vitia non decipiunt, nisi cum sub vmbra virtutum delitescunt, ad quod mirificè faciunt Leonis Pontificis verba ad Theodosium *Priuata eorum causa pietatis aguntur obtentu, & cupiditatum suarum Religionem habent veluti pedissequam*; Multoq; minus legibus fidendum, quia, vt ait *Taci-* 26
tus, lib. 1. annal. *inualido legum auxilio, quæ,vi,ambitu postremò,pecunia corrũpuntur*; Quinimo sub amicitiæ specie Vrbes direptas, Castra occupata, populos Depopulatos legamus,vt ex *Polibio Hystoriarũ lib.* 4. Ariston .n. Etholorum Dux 27
his artibus Atheos diuexauit, Philippus Aminthæ filius Rex Macedoniæ, mul-

multas liberas subegit Vrbes, quia vt Amici accedentes, statim inermes occupabant, idq; seruatum fuisse contrá Olynthios, ac Phocenses; *Demetrius* itidem Macedoniæ Rex cũ Æginam, ac Salamin in Attica cæpisset à Piigensibus societate contracta mille armatos Viros expetijt, vt aduersùs Lacharem Tyrannum vteretur, qui postmodum ad eorumdem expugnationem fuerunt adhibiti, vt author est *Polibius lib. 4. Pirrhus* Epyrotarum Rex, Italia secedens in Poloponensum expeditione suscepta, Spartiatas Legatos de pace tractātes humanitér excepit, Addens, proprios filios apud Spartanos missurum, vt Licurgi Legibus imbuerentur, hoc eisdem Legatis apud Spartanos referentibus, ecce Pyrrhus statim cum exercitu illos subigit, spartanisq; dé fide rupta inculantibus, ridés ait, *Neq; enim vos consueuistis prædicere, si cui bellum vultis inferre, itaq; ne malè vos habeat, si contra Lacones, vsus sum Laconico stratagemate, Polib. lib. 6.*, idemq; *lib. 7.* refert de Mausolo Cariæ Rege, qui sub recti specie Latmium occupabit, possentq; innumera alia hystorica exempla commemorari, de quibus apud *Philippum Comin. Petr. Matth Guicciardin.* hystoric. politic. indifferentem, *Parutam* in Hystoria Veneta, cæterosq; quos breuitatis causa referre omitto; Est ergò imprudētiæ tribuendum, si quis inermis á vitis armatis, fidei religionem peteret, quod si fecuasset Clemens VII. P. M. suasq; copias non dimisisset, Vrbs sub illius Pontificatu non fuisset dicepta.

28 Qua autem ratione, quibusuè verbis fuerit olim inita Societas inter Romanos, & Iudęos, habetur 1. *Machabeorum cap. 8. vers. benè fit Romanis*, & paritér, quomodó olim fuerit petitus transitus exercitus, habemus ex verbis Moysis *Nu. 20.*, *& 21.* & *Deuteronomij 2.* cuius Legati ad Idumeum Amhorreorum Regem, itá loquuti sunt, *obsecramus, vt nobis transire liceat per terram tuam, non ibimus per agros, neq. per Vineas, trita gradiemur via, non declinabimus, neq; ad dexteram, neq; ad sinistram, alimenta pratio vende nobis, vt vescamur, dabimus quod iustum est, nulla erit in pratio difficultas, tantùm est, vt nobis concedas transitum, vt velociter transeamus*, & in non dissimili specie videantur Textus notabiles circa transitum in *L. si Cui ff. de Seruitut.*, & circa alimenta, & *in L. Venditor § si constat ff. cōm. prad.*, vbi latè *Florian.* 29

An verò liceat Principi Christiano pro sui, suorumq; bonorum tutela, fædus inire, ac amicitia infidelibus iungi, ab eisq; auxilium aduersùs alios Principes Christianos expetere, anceps est quæstio, quam prò affirmatiua tenuit *Oldrad. consil 71. per tot.* quem multi alij sequūtur relati per *Valenzuel. cons. 92. per tot.* signātér ex *nu. 10. cum. seqq. lib. 1.* sed *Oldradum* reprobat tenendo opinionem negatiuam, illamq; Comprobādo authoritate S. Scripturæ, Sanctorum Patrum, & Canonum, ac etiám I. C. Authoritatibus, *Olasch. Caccheran. in disput. Vnica impress. post suas decisiones Pedemontanas ex nu. 11. vsq; ad finem*, cuius dicta cum sint singularia, & á Principibus summoperè existimanda, vlteriori comprobatione non indigent. 30

Quomodò vero capti in Bello efficiātur Serui, & an in hoc seruari debeat cōsuetudo, præcipuè respectu postliminij quoad Christianos, & án possit S. P. Christianos captos in bello iusto, Libertate priuare, ac in seruitutem redigere, & alia ad materiam tám Militum captiuorum, quam etiám bonorum siué mobilium, siuè Stabilium in Bello acquisitorum, ad quem spectent, vide latissimé *Gratian. discep. forens. cap. 801.* per tot. vbi erudité loquitur, multasq; hystorias ad propositum recenset, Et án testamētum factum à Captiuo substineatur, & quàndó, vide *Bald. in L. 1. quæst. 13. ex nu. 10. C. de Sacrosanct Eccles.* & *in L. cũ Agnatum Cod. de Ingen.*, *& manumiss. Riminal. Sen. consil 81. litt. A. lib. 1.* *cum alijs per Gratian. d. cap. 801. n. 34. cũ seqq. &* latissimé ad materiam *Tasch. in suis Conclus. litt. B. conclus. 33. cum pluribus seqq.* 31 32 33

ARGVMENTVM.

Quid agere debeant Milites, exercituum Imperatores, ſeú vt dicitur Capitanei Generales, Arcium Cuſtodes, vt obtrectantium linguas effugiant, & de eorum Iuriſdictione, & priuilegijs.

SVMMARIVM:

Cuſtodum culpa, imputatur, quicquid Arci, ſeu fortilitio ſiniſtri accidit, nu. 1. cum ipſi teneantur ſummoperè inuigilare, tam Belli, quàm pacis tempore, n. 3.

Miles nobilis non præſumitur proditionem facere, nu. 2.

Caſtri cuſtos poteſt prohibere, ne quis ad illius muros accedat per certũ interuallum, & quarè nu. 4., & 5.

Caſtellanus quandò Caſtrum eſt in mare, nullius permiſtere debet acceſſum etiam cauſa piſcandi, & quarè nu. 6.

Ius piſcandi an ſit conceſſum Caſtellano n. 7. & quandò alteri poteſt licentiam dare, nu. 8.

Delictùm commiſſum in foſſa, cadit ſub ſtatuto puniente delinquentem in agro, n. 9.

Conceſſo Caſtro, cenſetur conceſſa etiam iuriſdictio, nu. 10.

Ambitus, in quo Caſtellanus habet iuriſdictionem, vſq; ad quot paſſus extendatur nu. 11.

Succeſſores in cuſtodia Caſtrorum poſſunt reuocare quicquid in illorum præiudicium ab Anteceſſoribus Caſtellanis fuerit commiſſum, ac debent ad antiqua Iura reintegrari, nu. 12., & 13.

Sententia in Iudicatum tranſacta ex negligentia Prædeceſſorum, an præiudicet ſucceſſoribus nu. 14.

Caſtellani in Regno Iuriſdictionẽ non habent, niſi in ſpecie illis demandetur, nu. 15.

Caſtellani extra Caſtrum non poſſunt prætendere præeminentias ſolitas concedi Baronibus, ac Officialibus, qui iuriſdictionem habent, nu. 16. nec gaudent priuilegio conceſſo nobilibus originarijs n. 17. quia non contrahunt domicilium, etiam ſi per mille annos habitauerint in fortilitio, & quandò ſecùs nu. 18. Quid ſi probauerint ſe gauiſos fuiſſe aliquibus prærogatiuis extra Caſtrum, an illis hoc ſuffragetur, nu. 19.

Cuſtodes, qui fideliter, ac vigilantèr ſe geſſerint, an Principes remunerari debeant, dum ex obligatione tenentur fidelitèr inſeruire, nu. 20., & 21.

Arcium Præfecti, Duces, & alij Officiales, quandóq; ad Principatum fuerunt euecti, & illis ſtatua erecta, nu. 22.

Pater Diui Pauli, quibus honoribus, ac priuilegijs fuerit à Romanis decoratus, nu. 23.

Principes cùm benemerentibus remunerantur, Rempublicam egregijs Viris plenam reddunt, cum ex præmijs augeantur animi ad ardua, n. 24. quod ſi præmia deeſſent, nullus ad ſtudia gloriæ incenderetur, vt ex multorum ſententia probatur, nu. 25.

Militum remunerationes debent eſſe vltra ſolita ſtipendia, quæ prò alimentis dantur, & non quidèm ratione mercedis, nu. 26.

Milites ſtipendarij nobiliſſimum militare exercitium, vile reddunt n. 27., & 28.

Militantes proprijs ſumptibus (pro vt erant tempore antiquo) maiori prærogatiua digni ſunt, nu. 29.

Caſtellanus, quandò ob Caſtri deditionem dicatur committere crimen læſæ Maieſtatis, & ex quibus excuſetur, nu. 30.

Priuilegia conceſſa militibus, extenduntur etiam ad eorum inſeruientes nu. 31., & de eorum priuilegijs n. 32. An extendãtur ad Tyrones, qui militiarum ſcholas frequentant nu. 33.

Milites, qui actu ſeruiunt priuilegijs gaudent, nec poſſunt perſonaliter capi, & quandò secùs nu. 34., & 35., & gaudent beneficio deducto ne egeant nu. 37.

Quomodo ex matricula probetur affirmatiua militia nu. 36.

Milites noſtri temporis, vt gaudeãt ſimilibus priuilegijs, quas qualitates habere debeant nu. 38.

De laudibus militiæ nu. 39.

Milites pretio Conducti, gaudent militaribus priuilegijs, nu. 40.

De

De Priuilegijs militum circà testamenta condenda, nu. 41., & 67.

Quando substineatur testamentum militis absq; solemnitate, nu. 42., & 43.

Custodibus, cæterisq; Officialibus, & militibus licet militiam relinquere ab causam non soluti stipendij, vel denegati priuilegij, nu. 44. contrarium verius, nu. 46. 47., & 48.

Lector Cathedram potest deserere, si ipsi stipendia non soluũtur nu. 45. declara, vt nu. 49.

Capitanei generales militiæ, Iudices habere solent, qui iudicant omni postposita appellatione nu. 50., ac talium Iudicium magna est authoritas nu. 51. ac possunt iudicare non secundum acta, & probata, sed secundum conscientiam nu. 52. nam possunt procedere ad modum Belli n. 53.

Officiales huiusmodi non debẽt aliquid noui, inconsulto Principe, obseruandum inducere in iudicando, vel gubernando nu. 54., & qua ratione nu. 55.

Nefas est recedere ab eo, quod diù æquum visum est nu. 56.

Omnis nouitas præsumitur mala n. 57. & præbet ansam maledicentiæ n. 58. quod exemplis comprobatur, & auctoritatibus nu. 59., & 60.

Quæ diù fuerunt obseruata, etiam ex simplici abusu reuocari non debent nu. 61., & affertur exemplum in praxi nu. 62.

Consuetudines quæ sunt cõtra honestatem, non sunt tolleranda, & dantur multa exempla nu. 63.

Officiales militiæ non debent fidem adhibere rebus nouis, quas experientia non habuerit approbatas, num. 64.

Principes, optimum est vt multorũ audiant sententias, & quarè num. 65. quod ex auctoritate Sacræ Scripturæ comprobatur, vt num. 66.

Miles in testamento potest relinquere legitimam filijs quocumque titulo nu. 68.

Pestis est prælium inter Deum, & homines, & æquiparatur hostilitati nu. 69.

Argumentum de testamento militis ad testamentum Conditum tempore pestis, valet nùm. 70.

Existentes in loco pestilentiali morbo affecti, possunt testari quoquo modo velint ad instar militum in Castro existentium num 71.

Testamentum inter liberos, vbi illis relinquitur legitima titulo legati, valet & de ratione num. 72.

Legatum relictum filio cum clausula (quod aliud petere nõ possit) compensatur cum legitima num. 73. quinimò in vim prædictorum verborum suppletur titulus institutionis, qui requiritur in filio, & ideo non potest dicere de testamenti nullitate num. 74.

Ponitur decisio Sacræ Rotæ Romanæ in præfata materia testamenti militis num. 75. & enarratur factum nu. 76.

Militibus nostri temporis armis operam dantibus, omnia priuilegia competunt, quæ à lege militibus antiquorum concessa fuerunt. nu. 77.

In testamento militis nulla requiruntur solemnitates, sed sufficit eius nuda voluntas. num. 78. Quæ voluntas quomodò probetur. nu. 79. 80., & 81.

Militibus àn liceat testari sine testibus siuè scripto, siuè sine scripto, & àn ad effectum probandi ipsarum voluntatem in nuncupatiuo, & sine scripto, in scripto quæ requirantur. num. 82.

Militis testamentum præteritione Auiæ, seù filij, non valet impugnari. nu. 83.

Testamentum conditum in proprijs ædibus per multos menses ante militiam, priuilegio militibus concesso gaudere non potest. num. 84. & an refragetur ratihabitio eiusdem post assumptam militiam. num. 85., & in quibus casibus. nu. 86. 87., & 88. Fallit num 89.

Miles recedens extrà bellum, vel Castra, quandò iure militari testari valeat. num. 90.

Dispositio dicitur ad Pias Causas, si integra hæreditas Defuncti erogari debeat in erectionem commendæ fauore Religionis Hyerosolimitanæ cum onere missarum qualibet Hebdemada prò anima ipsius Testatoris, eiusque maiorum. nu. 91.

Dispositio ad Pias Causas, àn in vllas exposcat solemnitates, et àn probetur per schedulam manù Testatoris scriptam, & subscriptam, quamuis testibus, alijsque solemnitatibus destitutam. num. 92.

Pia

Pia Causa si fuerit substituta, eueneritque casus substitutionis ad eius fauorem, siuè ex quo Testator decessit sine filijs, siuè etiàm ob mortem hæredis instituti, adhuc est admittenda ad hæreditatẽ. n. 93

Testator si instituat commendam ad fauorem descendentium, donèc ipsi superfint, & posteà ad fauorem Emin. Magni Magistri, expresso repetito onere celebrandi Sacrum ter in Hebdomada, colligitur, causam finalem esse pietatem erga Deũ, & motiuum animæ suæ, & omnium suorum Defunctorum. num. 94.

Testis, dum benè sub iuramento affirmauit habere notam Testatoris manum, & hac ratione scripturam recognouit vti ab eo scriptam propria eius manu in qualibet sui parte, dicitur verus modus recognitionis. num. 95. ampliatur. num. 96. 97. & 98. etiamsi recognoscat per verbum, videtur, vel existimat ibid.

Testis recognoscens manum per similitudinem, facit adminiculum. num. 99.

Testis in diuersa causa, & Alij duo sine citatione partis examinati, faciunt adminiculum. num. 100.

Contrà dicta testium, cum nulla contrarietas, quæ releuat, considerari possit; omnis interpretatio facienda est ad euitandam illorum contrarietatem. nu. 101.

Dispositio facta ad fauorem animæ Testatoris, ex quibusnam colligatur. num. 102. & 103.

Approbatio Iudicialis, & obseruantia dat fidem scripturæ etiàm informi nu. 104.

Data repudiatione alicuius hæreditatis per Religionem Hyerosolimitanam, subintrat in eius locum R. Fabrica S. Petri. num. 105. & de ratione. nu. 106. Et propterea illi immissio venit concedenda. num. 107.

Commutatio voluntatis Testatoris obtenta à summo Pontifice, nulla facta mentione appellationis interpositæ prò Fabrica S. Petri, seù litis &c. dicitur subreptitia. num. 108.

Causa testati facit cessare causam intestati. num. 109.

Testamentum factum fauore Piæ Causæ sustinetur, non obstante prætertione siuè ascendentium, siuè liberorũ. n. 110.

§. DECIMVSSEXTVS.



PRoxima supradictis viderur etiàm disceptatio de obligatione, quam habẽt Milites, Exercituum Duces, Castrorum, Arciumq; Custodes, vt latrantium, & obtrectantiũ linguas effugiant, eorumq; fama perpetuò pet gloriam viuat.

Et incipiendo à Castrorum, Arciumq; Custodibus, est aduertẽdũ quod quicquid sinistri Arci, vel fortilitio accidit, ex eius culpa accidisse præsumitur *ad Text. expreß. in L. milites, & in L. final. ff. de custod. reorum, Aiala de Iure, & officio Belli lib. 2. cap. 1., & lib. 3. c. 18. n. 3. Carol. de Tapia decis. Sacr. Consil. 13. in nu. 26.* licet *Ioan. Andre. ad speculator. rubr. de locato in fi.* dicat, fuisse excusatũ quẽdam militem, qui in arce substituerat alium nobilem, á quo inimicis eadẽ arx fuit tradita, & fuit dictum non esse in culpa, quia non præsumitur, quod Nobilis proditionem faciat, & post alios sequitur *Roland. cons. 11. nu. 30. lib. 3.* tenenturq; tales summoperé inuigilare tàm pacis, quàm Belli tempore *Capyc. in inuestitura Feudali verb. fortilitijs vers. Castellanus, Anton. Nigr. in cap. Regni Castellanos tit. de Castellanis, & seruientibus*, Ideòq; possunt prohibere, ne quis ad Castri muros accedat, illiusq; ambitũ, vel circuitũ nõ attingat per certũ interuallũ *l. si cui laci 9. C. de ædific priuat. l. ædificia 13. C. de oper. public.* hocq; ad euitandas, insidias, quæ per tales ædificiorũ cohęrẽtias parari posũt *De Pōte de Potest. Proregis tit. 1. rubr. de prouisionibus fieri solitis ex nu. 11., & signanter nu. 13. Afflict. in constit. Regn. Cultus iustitiæ sub nu. 5*, eòq; magis si Castrum, vel Arx esset sita intra Mare, quia tunc nec etiam causa piscandi, debet à Castellano permitti accessus, ex quo per piscationes solent perforari Muri, quod est prohibitum sine Principis licentia, *l. final. ff. de rerum diuis. Montan. de Regalib. fol. 292. ex n. 7.* Quinimò piscandi ius, ligna incidendi, ve-

Margin numbers (right): 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7

venandi, &c. Castellano dicitur concessum, *Paris. de Put. de reintegr. Feud. cap.* 168. *ex num.* 5. *fol. mihi* 174., dumo-
8 do sint in circuitu, quia ambitus Castri dicitur etiam cadere sub tutela Castellani, vel Præfecti *Bald. in L.* 1. *§. in initio nu.* 4. *ff. de Offic. Præsid.*, *& in L. Riparum n.* 2. *verb. sed pone ff. de rerum diuis.*,
9 vbi quod delictum commissum in fossa, cadit sub statuto puniente delinquentem in agro, quia fossa, & ambitus est in proprietate Domini Agri, & Regulariter
10 concesso Castro, censetur etiam concessa iurisdictio ad adhęrentia *Bart. in L.* 1. *§. cum vrbem. nu.* 9. *ff. de Offic. Præsid.* vbi *Bald.* Subdit, *Roma est Papa, ergo, & ambitus,* & loquendo de Iurisdictione Castrorum, seu Arcium Neapolis, firmat egregiè *Marcell. Marcian. cons.* 27. *ex*
11 *nu.* 17. *lib.* 2. vbi de Iurisdictione Castellani circa ambitum, quodue talis ambitus extendatur vsq; ad 60. passus *Molphes. ad consuetud. Neap. par.* 2. *de person. in addit. ad quæst.* 4. *nu.* 6., *&* 7. præiudicaret Modernis Arcium, ac Fortilitiorum Custodibus, quod ab alijs prædecessoribus Castellanis factum esset in Iuris-
12 dictionis Castri præiudicium, quia quisq; dicitur venire ex iure proprio, & videntur Successores in dignitate, *glos. in cap. penult. extra de Institution. cap. quantò de diuort. Capiblanc. de Baronib. tom.* 2. *cap.* 5. *ex nu.* 10. *& cap.* 73. *etiàm ex nu.* 10; *cum seqq. Cancer. variarum lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 21. *Valenzuol. cons.* 60. *ex nu.* 76. *lib.* 1. *Pacific. de Saluian. cap.* 1. *inspect.*
13 4. *ex nu.* 134., possuntq; petere, vt ad antiqua Iura reintegrentur, maximè si causa non fuerit defensa à prędecessoribus, *L. ex contractu ff. de re iudic. Censal. ad Peregrin. de Fideicomiss. in* 2. *editione Veneta fol. mihi* 362. *vers. hac Conclusio*;
14 exemplo sententiæ io iudicatum transactæ ex negligentia prædecessorum, qui vel non appellarunt, vel iura sua plenè non deduxerunt, causam actitèr defendendo, quæ Successoribus ad Maioratum, vel Fideicommissum ex propria persona vocatis non præiudicat, vt latissimè explicat *Fusar. de substitut. quæst.* 622. *per tot. Valenzuol. d. consil.* 60. *ex* *n.* 14. *Pegner. decis.* 119. *per tot. Castill. Variarum tom.* 5. *cap.* 157. *ex n.* 22. *Rot. apud Comitul. decis.* 133. *per tot.* signanter *nu.* 17.

In Regno verò Neapolitano Castellani non habent iurisdictionem, *Ioann.* 15
Anton. de Nigr. in d. cap. Regni Castellanos, nisi in specie illis demandetur, *De Franch. decis.* 505. *ex num.* 19., *&* 20. *Horat. Montan. controuers.* 72. *per tot. lib.* 1., *& Afflict. in constit. Regni Castellanos,* dicit quod Castellani prætendentes habere iurisdictionem extra Castrum, sunt in errore, quia non sunt Officiales, nisi largo modo, vt latius prosequitur *Anton. de Nigr.*, vbi supra; ideò- 16
que extra Castra non possunt prętendere præeminentias solitas concedi Baronibus, siuè illis, qui verè sunt Officiales, ac iurisdictionem habent, quia Castellani non dicuntur, nec etiam contrahere domicilium in loco, vbi est situm Fortilitium, etiam data habitatione mille annorum, *Alciat. consil.* 45. *num.* 9. nec 17
possunt gaudere Priuilegio, quo gaudent Nobiles originarij *Cassan. in Catalog. glor. mund.* 11. *parte consideratione* 13. dummodò tamen in Castrum non deduxerit vxorem, & bona, cum animo do- 18
micilium acquirendi, *Surd. consil.* 106. *num.* 6. *Menoch. de arbitrar. lib.* 1. *cas.* 86. *num.* 18., *&* 19. *Gratian. discept. forens. cap.* 184. *num.* 51., quod si ex parte Castellani probaretur, se gauisum fu- 19
isse aliquibus prærogatiuis, etiam extra Castrum, hoc illi suffragabitur, vt in specie fuit decisum per Sac. Consil. Neapolitanũ ad fauorem Castellani Ciuitatis Barij, refert *Capyc. Latr. decis.* 181. *per tot. par.* 2., & *San. Felic. decis.* 331. *p.* 3.

Quod si Arcium, Castrorumque Custodes fidelitate, vigilantia militari, in- 20
dustria, ac fortitudine in belli occasionibus se gesserint, summoperè apud Principes existimationem accipient, & tanquam Benemerentes, laborum præmium, remunerationemque adipiscentur, cum ad antidota quis naturalitèr obligetur, *L. etsi lege* 15. *§. consuluit,* & ibi *Glos. verb. obligauerunt ff. de petit. hæreditat. l. etiam §. ex præterito ff. de manumiss.*

21 *numiſſ. vindicta*, qui textus videtur ſin-
gularis ad materiam de qua agitur, dum
loquitur de præmijs dandis illi, qui ex
obligatione tenetur inſeruire, & de Mi-
litibus, & Tribunis, quibus ex imperia-
li largitate præmia iuxta labores promit-
tuntur, loquitur *Text. in l. in Nomine
Domini 2. §. hac autem non ſolum in fine
C. de offic. Præfect. Prætorij Africæ, l. eum
qui 58. C. de decurionib. lib. 10. l. iube-
mus 4. C. de proxim. Sacr. Scrin. L. Cor-
niculary 3. C. de Apparitor. Præfecti præ-
torij lib. 12., l. 3. C. de Offic. Magiſtr.
militum, Acacius de Priuileg. lib. 1. cap. 10.
nu. 7. Gonzalez ad Reg. Cancell. 8. Gloſ.
4. nu. 9. Sebaſt. Fox. lib. 2. de Regis inſtitut.
Andr. de Iſern. lib. 1. ad Conſtit. Neap.
tit. 37. Gregor. Lopez ad l. 51. tit. 18. par.
3. in gloſ. finali*.

Quinimò propter ſeruitia militaria,
ſiuè obſequialia præſtita aliquando per
22 Milites Arcium, Præfectos, Duces, cæte-
roſque Principum Miniſtros, fuiſſe ad
Principatum æuectos, alijſque ſummis
honoribus, Priuilegijſque decoratos, eiſ-
demque ex Principis indulto Statuas
erectas, habetur ex text *in L. defenſorem
§. qui militia ff. de re militar. l. 1. C. de
Statuis, & Imaginib. l. 1. C. de Veteran.
lib. 12.*, & ex noſtris laudes militiæ re-
cenſendo, nouiſſimè *Blaſ. Michalor:
in tract. de fratribus par. 1. cap. 22.
ex num. 2. cum ſequentib. Plin. lib. 7. na-
tural. hyſtor. cap. 28., & lib. 33. cap. 2.
Iuſtus Lypſius de magnitudine Roman. lib.
3. cap. 9. Ribadeneira lib. 2. de Principe
Chriſtiano cap. 7., Patrit. lib. 9 de Regno tit.
6. Alexandr Sard. lib 3. de morib, & ritib.
gēt. cap 10. Guttierez lib. 3. de Veteri iur.
23 Pontific. cap. 4.*, & Patrem Diui Pauli
Gentium Doctoris, proptèr obſequia
Romanis exhibita, & quia eorum Legatis
in Ciliciam venientibus cum pace, &
coronis obuiam proceſſiſſet, Ius, & inſi-
gne Romanæ Ciuitatis Penulam, ideſt
Veſtem Senatoriam ſibi, ſuiſque filijs
fuiſſe conſequutum, legimus apud *Au-
thorem hyſtoria Scholaſtica*, & ex alijs
refert *Maſſutius* in vita Sancti Paulini, &
ad materiam alia exempla ex noſtris
congerunt *Petr. Gregor. ſyntagmat. iur.
part. 2. lib. 19. cap 3. n. penult., & vltimo,
& cap. 4. ex num. 4. cum ſeqq. & lib. 3.
de Republic. cap. 8. nu. 13., & ſeqq. Lam-
bertin. de Iur. patronat. lib. 3. quæſt. 5.
principali art. 4. ex nu. 1. Bouadill in ſua
politica legali lib. 4. cap. 2. nu. 25., & lib.
5. cap. 4. nu. 13 Barbos. Vot. deciſiuo 93.
per tot. tom. 2. Valenzuol. conſ. 82. ex n.
38. cum ſeqq. lib. 1.* vbi quod honor alit 24
artes, omneſque incendimur ad ſtudia
gloriæ; & réuera Principes cum bene-
merentibus remunerantur, Imperialem,
ſanè libertatem oſtendunt, Rempubli-
camque ægregijs viris plenam reddunt,
cum ex præmijs augeantur animi ad ar-
dua, & inſignia opera, de qua re etiam
Cicero in Oratione pro *Caio Rabirio*, *Ta-* 25
citus lib. 11. annalium, vbi quod ſublatis
ſtudiorum prætijs, etiam ſtudia peritura,
vt minus decora, *Plinius in Panigirico ad
Imperatorem Traianum, Symmac. lib. 9.
de Republica cap. 20. nu. 15.*, & faciunt
Carmina *Silnij Italici lib. 13. de Bello
punico*.

*Ipſe decor recti, facti ſi præmia deſint
Non mouet, & gratis pænitet eſſe probū.*
Et Iuuenalis ſatyra 10.
*Tanto maior famæ ſitis eſt, quā virtutis:
Quis enim virtutem amplectitur ipſam
Præmia ſi tollas.*

Quæ autem dicuntur circà militum 26
remunerationem, ſunt intelligenda vl-
tra ſolitum ſtipendium, quod illis datur
ad alimenta, non autem mercedis, &
prætij ratione, ex quo Vita hominis, cu-
ius iacturam Milites exhibent, prætio æſti-
mabilis non eſt *l. ex hac ff. ſi quadrupes
Pauperiem feciſſ. dicat. l. in rebus §. ſi non* 27
poſſunt. ff. Commodati, & circumſcripta
neceſſitate Miles recipiens ſtipendium,
exercitium nobiliſſimum, vile reddit *cap.
militar. 25. quæſt. 1. Pamuinus de Viſita-
tione par. 1. cap. 9. nu. 36. Franciſc. So-
rian. de bello, & eius iuſtitia nu. 6. Poſſe-
uin. in ſuis Dialogis de honore lib. 3. fol.
148. Purpurat. in l. licet nu. 52. C. de* 28
pact., & non dicerētur ita glorioſè inter
homines verſati, præcipuè ſi ſint nobi-
les, *Claud. Cotor. de Iur. militar. lib. 1.
cap. 34. Petr. Bell. in ſuo tract. de re mili-
tar. par. 7. tit. 4. Crauett. conſ. 489. n. 4.*

Me-

*Menoch. conf. 126. n 6. Cyriac. contro-
uerf. 202. nu. 156.*; Tempore enim an-
29 tiquo omnes Milites de proprio milita-
bant, quod postmodum fuit abrogatum,
& stipendia de publico accepta, *Titus
Liuius lib. 4. hystor. decade* 1. licèt ma-
iori prærogatiua digni essent Militantes
proprijs sumptibus, *Merenda tract. de
compendiosa par. 5. quæst. 3. conclus. 5.
vers. autem non concurrunt.*

Quandò verò Castellanus, vel Arcis
Præfectus ob Castri deditionem, dicatur
30 committere crimen læsę Maiestatis, po-
nit *Auendā. de metu lib. 2. cap. 30. & 36. ex
n. 39.* vbi subdit excusari hoc crimen, 1.
si deditio fiat ob iustum metum, 2. si de-
ficerent Victualia, 3. quandò mors esset
ineuitabilis, 4. si magis expediret serui-
tio Principis seruare Ducem, & Milites,
quàm Castri deditionem facere, de qua
re etiàm *Tappia decis. Senat. Ital. 13. per
tot.*, Quinimò *Auendanus* respondet ad
illud Virgilij *in 2. Eneid.*

Vna salus victis, nullam sperare Salutem
vt intelligatur de illis, qui omninò sunt
desperati de Salute.

Priuilegia Militaria non solùm obti-
31 nent in ipsismet Militibus, sed in eorum
Seruientibus, *Innocent. in cap. 1. de locat.
Bart. de represal. par. 7. quæst. 6. nu.* 8.
32 & latè Militum materiam, eorumq; pri-
uilegia tractat *Fontanell. de pact. nuptial.
claus. 3. glos. 3. per tot.*, sicuti, & pariter
extenduntur ad Tyrones, qui Militiarum
33 Scholas frequentant, *l. licet C. de locat. &
Cond.*, ibi *Milites autem appellamus, qui
in vndecim Sacratiss. Scholis taxati sunt*,
cum alijs per *Bonadill. in Politic. lib. 4.
cap. 1 ex nu. 32. tom. 2.*, licèt regulari-
ter aliud sit, quem esse Militem, ad quod
sufficit, quem esse descriptū in matricula
*l. probatorias. C. de diuers. Offic. lib. 10. l. ma-
triculam §. final. C. de Agent. in reb. lib.
10. Capiblanch. singular. 112. Rouit. in
rubr. pragmat. de Militib ex num.* 1.,
Aliud verò, priuilegijs Militaribus gau-
dere, *Capyclatr. decis. 202. ex nu. 13. cum
34 seqq.* Milites enim, qui actu Seruiunt,
priuilegijs gaudent, *Rot. apud Mohedan.
decis. 1. nu. 3. Capyclatr. vbi* proximè,
subdens, quod Milites licèt actu non
Seruientes, gaudeant tamèn priuilegio
fori, & quandò essent in expeditione,
non possent de persona capi, neq; exe-
quutio in vestibus, & armis fieri, dum- 35
modò sine fraude Militiam sint ingressi,
de qua te latè *Rouit. in pragm. 11. de Mi-
litib. n. 39. & 40.*, vbi sunt impressæ quæ-
dam allegationes Consiliarij Patigni,
& respondet ad Regentem de *Ponte, in
tit. de Assensu Regio §. 7. nu. 42.*, qui
Contrarium sentire videtur, & possunt
ad materiam videri *Paris de Puteo consil.
33. nu. 25. Mastrill. decis. 174. nu. 28.
cum seqq. Farinacc. consil. 95. per tot. lib.
1. Ludcreh. cons. 178. in princ.*; & Quo-
modò ex matricula probetur affirmati-
ua Militiæ, non autèm negatiua *Sessa de-* 36
cis. Aragon. 143. in princ., *& nu. seqq.*
nec mirum, quià ipsi etiàm gaudent be-
neficio deducto ne egeant, *Castagn. in* 37
d. tract. cap. 8. nu. 47., *& 48.*, & post
alios *Salgad. in tract. Labyrin. credit.
par. 1. cap. 24 ex n. 53 &* conferunt tra-
dita per *Paschal. de Patr. potest. par 3. cap.
3. ex n. 22.*, & de debitis Militum, vide
etiàm *Rota decis. 311. per tot.* signantèr
ex nu. 8. par. 7. recent.

De Militibus nostri temporis non-
nulla dubitant *DD.* vt per *Francisc. Mar.* 38
*Prat. obseru. 93. ex nu. 10. cum plurib.
seqq., & per tot. Capyclatr. d. decis 102.
per tot.*, vbi *Gyptius in addit. Valasc. con-
sult. 104. per tot.* signatèr *ex nu. 29. Rot.
decis. 69. ex n. 94. par. 7. recent.* debent
tamen habere multas qualitates, quas
ponit *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynu-
tius de testament. verb. testamentum il
primo ex nu. 25.*, ad hoc vt veri Milites
dicantur, & nonnulla ad laudem Militiæ 39
nouissimè effundit *Blas. Michalor. in
tract. de duob. Fratrib. d. par. 1. cap. 22.
ex n. 2. cum plurib. seqq.*, & quod etiàm 40
Milites prætio Conducti, gaudeant Mi-
litaribus priuilegijs, tenet, *Valasc. d. Cō-
sult. 104. nu. 32.* Priuilegia autem, quæ 41
Milites habent circà testamenta condē-
da quomodo procedant, discutit plenè
idem *Valasc.* in loco proximè allegato
*Viuius decis. 49. per tot. Fontanell. de pact.
nuptial. claus. 3. glos. 3. ex n. 2. cum. seqq.*,
vbi latè de priuileg. Militum, licèt ad 42
effectum, vt subsistineatur Militare testa-
mentum sine solemnitate, requiratur,

quod Teſtator decedat in ipſomet bello,
vt laté per *Rot. apud bo. mem. Merlin.*
43 *decis.*862.*n.* Nec ſufficeret quod eſſet
vulneratus in bello, licèt deceſſiſſet
poſtmodùm apud hoſtes, Tales enim
non dicerentur viuere per gloriam, &
conſequentér etiàm Cenſerem, quod ſi
eſſent Barones, tenerentur ſoluere re-
leuium Regi de Fæudis, ex rationibus
adductis per *Valaſc. Conſult.* 148. *ex nu.*
2. *cum ſeqq.*, quicquid aliud eſſet, ſi de-
ceſſiſſent in ipſomet bello, ſuper qua
re conſidera, cùm caſus euenerit, mul-
ta ſingularia poſita per *Valaſc.* vbi proxi-
mè.

44 An autem liceat Arcium Cuſtodibus,
Militibus, cæteriſq; exercitus Miniſtris
ob aliquam cauſam, nempe non ſoluti
ſtipendij, vel denegati Priuilegij Militiã
relinquere, prò affirmatiua videtur fa-
cere, quod Militia eſt contractus inno-
minatus, in quo requiritur ex vtraq;
parte implementum, & Principe in pro-
miſſis deficiente, videtur permiſſus re-
ceſſus, polletq; Princeps agens ad præ-
ſtandas operas, exceptione repelli, argu-
mento *Text. in L. Iulianus §. offerri ff.*
de action. empt. l. adiles in fine, & ibi
gloſ. ff. de adilit. adict. Roland conſ. 54.
nu. 27. *lib.* 1. *Cranett. conſ.* 151. *n.* 8., *&*
45 9. *& cons.* 192. *nu.* 15. exemplo Lecto-
ris Cathredatici, qui poteſt Cathredam
deſerere, ſi ipſi ſtipendia non ſoluantur,
& de Doctore ad Militem rectè arguitur
l. Aduocati C. de Aduocat. diuers. Iudic.

46 Contrarium tamen puto veriùs, & ſe-
cundùm hanc opinionem debent ſtre-
nui Milites ſe regulare, vt immortalem
gloriam ſibi comparent, vt nempè ex
nulla cauſa poſſint Milites recedere à Mi-
litia abſq; famæ iactura, ad *Text. in L.*
omne delictum §. contumacia, l. deſertorem
§. qui ſtationis munus ff. de re militar,
47 Contractus enim Militiæ inter Princi-
pem, & Militem, non eſt Contractus
innominatus, ſed potius nominatus,
quia mercedem prò facto continet, *Bald.*
in L. ſi pecuniam ff. de condit. cauſ. dat.,
& ſic potius videtur locatio, in qua agi-
tur ad implementum, ex traditis per
Natt. conſil. 171. *nu.* 2., quicquid in
contrarium teneat *Bec. conſil.* 45. *per.*
tot lib. 1., & prò hac opinione in puncto 48
Militiæ, inclinat *Molin. de Iuſtit. & Iur.*
tract. 2. *diſput.* 116. *in princ. col.* 2., &
quod obſeruatur in ſimplicibus Con-
tractibus, non obtinet, quandò Prin-
ceps contrahit cum Militibus; nec fa-
cit exemplũ Cathredatici, quia procedit,
quandò tale eſſet incõmodum, vt pror-
sùs legere non poſſet, vt declarat *Bald.* 49
in l. 1. *C. de Aduocat. fiſc. Lucan. de Fiſco,*
& eius Priuileg. priuileg. primo nu. 79.

Inſuper exercitus Duces, ac eiuſdem 50
Imperatores, ſeù vt dicitur Capitanei
Generales, Militiæ Iudices habere ſo-
lent, qui omni poſtpoſita appellatione
iudicare ſunt ſoliti, vt eſt *Text. in L.*
ſimul ff. de re militar. Maſtrill. de Magi-
ſtrat. lib. 5. *cap.* 16. *per tot. Criſpolt. in*
ſuis caſibus militaribus caſu 29. *nu.* 13. *&*
14., taliumque Iudicum, qui etiam Au- 51
ditores Generales exercitus appellantur,
magna eſt authoritas, *Ginutius in ſua di-*
ſciplina militari lib. 3 *tit. de auditore*,
Claudius Cator. lib. 2. *de iure militum cap.*
6. *per tot.* & de eadem poteſtate, ac iu-
riſdictione, meminit *Sanfelic. decis.* 290.
nu. 55. debent tamèn, cùm Caſus oc-
currerit, probationes aliquandò atten- 52
dere, etſi extraiudiciales, licèt non tene-
antur iudicare ſecundùm acta, & pro-
bata, ſed tantùm ſecundùm Conſcien-
tiam, *Criſpolt. in ſuis Caſibus militar. caſ.*
14. *num.* 25. *Bardell. cons.* 27. *num.* 28.
lib. 1. *Caualcan. de Brach. Reg. part.* 1.
nu. 144. *&* 228., & hoc eſt, quod vulgò, 53
dicitur, procedere ad modum belli.

Caueant tamen, qui militiæ, ſeù cui-
cumque alteri gubernio præſunt, nè ali- 54
quid noui, inconſulto Principe, obſer-
uandum inducant, ſiuè in iudicando, ſi-
uè in gubernando, vt monet *Petr. Gre-*
gor. lib. 4. *de Republ. cap.* 5. *num.* 36. *Pa-* 55
tritius de Republ. lib. 3. *tit.* 1., Etenim
licèt res forſitàn in melius commutata,
aliquandò vtilitatem afferat, nouitate
tamen perturbat, *cap. quis in fine* 21. *di-*
ſtinct. & benè Diuus Chriſoſtomus *ho-*
milia 4. *ad Corinth.* 1., *& homilia* 9. *ad*
Corinth. 2., & niſi euidentiſſima ſit
vtilitas, nefas eſt recedere ab eo, quod 56
diù

diú æquum visum est *l. penult. ff. de con-*
stit. Princip. Sotus de Iustit. & iur. lib. 1.
quæst. 7. art. 1. Symancas de Catholica in-
stitutione tit. 31. num. 28. fol. mihi 144.
Sarmient. lib. 2. Selectarum cap. 4. nu. 9.
57 *in fi. D. Thomas par. 2. quæst. 79*, aliàs om-
nis nouitas præsumitur mala, *Quesada di-*
uers. quæstion. cap. 31. num. 24., & ni-
hil aliud magis maledicétiæ, ac obtrecta-
58 tionis ansam præbet, nisi nouarum re-
rum cupiditas, quę sempèr in malum fle-
ctere solet, *Iason. in L. in rebus ff. de con-*
stit. Princip. hocque idem statuit *Plato* in
sua Republica, vt legitur *lib. 6. de legibus*
& perpetuò obseruandum duxit Cæsar
59 Augustus, vt refert *Dyon. Cass. lib. 52.*
Amianus Marcellius lib. 26. vbi licèt
subdat, insitam esse plerisque vulgarium
nouitatis repentinam iucunditatem, &
Ouidius Cæcinit.

Est quoq; cunctarum nouitas gratissima
rerum
Plebs leuis rerum semper studiosa no-
uarum.

60 Tamèn statim nouitas multorum incon-
uenientium mater dignoscitur, & tan-
quàm talis ab eisdem vulgaribus abhor-
retur, vt deducitur *ex cap. quod dilectio*
in fine de consanguinitate & affinit. cap. si
habes, & ibi glos. 24. quæst. 3. cap. cum
consuetudinis cap. cum dilectus de consue-
tudine, cap. conquastus 9 quæst. 3. l. testium
C. de Testament. l. licitatio ff. de Publi-
can., & Vectigal., & contra Iudices, ac
Ministros noua plerumque excogitan-
tes, exclamat *Bonadill. in sua polit. lib.*
2. cap. 7. nu. 5. cum seqq.

61 Quod est adeò verum, vt nec etiam
ex simplici abusu reuocanda sint, quæ
diù fuerunt obseruata, in puncto *Petr.*
Gregor. de Republ. lib. 18. cap. 9. ex num.
9. cuius verba refert *Capyc. Galeot. lib. 1.*
controuers. 52. ex num. 17., & passim vi-
62 demus, quod nè sequatur strages senten-
tiarum, tolerantur etiam nullitates in-
uoluentes defectum iurisdictionis, vel a-
liás, si tamèn ille defectus diù manserit
incognitus, & obseruantia fuisset in con-
trarium, hocque ad vitandam nouita-
tem, quæ vergeret in detrimentum Rei-
publicæ, in puncto *Heringius de Molen-*
dinis quæst. 11. num. 112. Franc. Anton.
Cost. cons. 54. n. 13. Gratian. qui adducit
exempla in censu Vitalitio, *cap. 756. nu.*
59. Rot. apud Mohedan. decis. 4. de consti-
tut. & decis. 5. de testament.

Quę tamen intelligas in illis consue- 63
tudinibus, quæ non essent contrá hone-
statem, secùs si contrá, quia non essent
tolerandæ, vtpoté si ad esset consuetu-
do, vt adulteria non sint punibilia; Quod
vxores viros verberarent; Quod Vir ab
vxore verberatus, debeat duci suprà Asi-
num per proximum Vicinum; Quod in
prima die nuptiarum Princeps ante
sponsum debeat cum sponsa rem habe-
re; Quod Virgines mittantur ad littus
maris, vt sibi dotem comparent Vene-
ris libamenta persoluendo &c. de qui-
bus vti olim in Gallia, eiusq; Prouincijs
ex consuetudine obseruatis, elegantèr
meminit, *Boer. decis. 297. per tot. signan-*
tèr ex nu. 13., & nonnulla Congerit *Ty-*
raquell in 9. lege Connubiali nu. 172.

Hinc, vt supra dicebamus, non debent, 64
qui armis præsunt fidem adhibere rebus
nouis, quas experientia non habuerit ap-
probatas, vt benè discurrit *Valenzuol.*
consil. 162. nu. 85. lib. 2., & ratio est,
quia secundúm *Philyppum Commineum* 65
lib 2. Cōmentariorum, optimum est, vt
Principes multorum audiant sententias,
sæpè enim accidit, vt Prudentes etiam
Viri labantur, & errent in dicēdis senten-
tijs, quandò, vel gratia, vel odio; vel
æmulatione quadam impulsi, diuersum
ab alijs dicunt; & *Boter. de ratione status*
lib. 2. cap. de Consilijs dicit, non debere
minùs æstimari consilia hominum ex
persona, quam ingeniosorum, & subtili-
um; ad quod consonat ęgreg. *Textus in l.*
1. C. de Veteri Iure enucleando, ibi, *cum*
possit vnius fortan, & deterioris sententia
multos, & maiores aliqua in parte supera-
re. Et *Exodi cap. 23. Non acquiesces plu-* 66
rimorum sententijs, vt à vero deuies, &
alia ad materiam cumulat *Tyraquell. in*
L. 11. Connubial. nu. 4. Alciat. lib. 4.
parergon. cap. 17. Petr. Gregor. de Repu-
blica lib. 24. cap. 6. ex nu. 5. vbi inuehi-
tur contra Principum Ministros, qui nō
audent, Principibus offerre veritatis fer-

culum, multasq; ad propositum refert hystorias *Valenzuel. d. consil. 162. num. 79. & seqq.* & signantèr *nu. 87. lib. 2.*

67 Hinc etiám supplendo Superiùs dicta *nu. 41.* inferri potest, quod Milites in Castris existentes, nedùm ea, quæ sunt de Solemnitatibus in testamentis, omittere possunt, vt *toto Institution. tit. de Militar. testam.*, sed etiám ea, quæ re-

68 quiruntur pró forma,&sunt de Substātia Testamenti,proût fauore filiorum est titulus honorabilis institutionis, quem possunt omittere,& legitimam relinquere quolibet alio *tit. Merlin.in tract. de legitima lib. 5. tit. 2. quæst. 5. in princip. & per tot. Clar. §. Testamentum quæst. 16. per tot.*

69 Quæ omnia priuilegia quòad numerum testium, scripturam, & Institutionem, competere possunt etiám Testamentis tempore pestilentiali conditis, cum pestis sit prælium inter Deum, & homines, & æquiparetur hostilitati, vt

70 communitèr *DD. in L. naturaliter ff. de vsucap.*, & valeat argumentum de vno ad aliud, vt pluribus relatis, firmat *Valenzuel. cons. 124. nu. 15. & 16. tom. 2.* vbi Paulò ante *nu. 14.* dicit,sic posse te-

71 stari Existentes in loco contagionis lue labefactato, prôut possunt Milites manentes in Castris;licèt inter liberos (circumscripto etiám tempore pestis) Testamentum sit validum, dato quod illis

72 fiat relictum Iure legati, ex quo quandò relinquitur ei,cui de Iure relinquendum est, sonat in Institutionem,ne Tastamētum reddatur nullum, de quo latissimé per *Valasc. Consult. 23. n.4., & Thesaur. decis. Pedemont. 58. vbi etiam Thesaur. fil. Rot. decis. 337.n.2. par. 1. recent.*, &

73 præcipuè, quandó post legatum Testator dixisset, quod præfati filij aliud petere non possent,cùm in vim prædictorum verborum,non possit relictum verificari, nisi in legitima, *Laderch. cons. 25. nu. 3., & 4.* ideoq; nedùm fit cum illa compēsatio, *Peregrin de Fideicomiss. art. 36. n. 121. vbi Censal. in addit. in 3. impress fol. 379. col. 1. vers. 4. limitatur, Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 1. n. 5., & 6.*, Sed etiám suppletur titulus Institutionis & in his terminis non haberet locum dispositio *Text. in §. aliud quoq; capitulū Auth. vt cum de appell. cognosc.*, quem- 74 admodùm in specie respondendo ad præfatum *Text.*, & aliòs, elegantèr firmant *Alexand. cons. 176. nu. 7. vol. 5. Corne. cons. 298. nu. 11., & 12., & per tot. lib. 1.* ambo videndi, qui in præcisis terminis acerrimè scripserunt prò incōtrouersibili Testamenti validitate,prôut etiàm in hoc figunt pedes *Menoch. cons. 453. nu. 3. lib. 5. Michalor. in nouissimo tract. de duob. Fratrib. par. 1. cap. 33. n. 41., Cyriac. Niger. Controuers. 72. num. 25., seqq. & nu. 30. Posthius in nouiss. Obser. Marchia resol. 7. nu. 18., & 19. cum seqq.* omnes moti ex notabili doctrina *Baldi in L. si Adulta C. de hered. act.*

De testamento verò Militis, quandò substineatur, & àn requiratur, quod sit 75 factum in Castris, & alia ad materiam pró coronide prædictorum, fuerunt disceptata per *Rotam in Romana testamenti 22. Martij 1656. Coràm Reuerendiss. Cerro Decano*, quæ veluti singularis per formalia verba, est hic subindè impressa.

DECISIO SACRÆ ROTÆ ROMANÆ.



Ntonius Vellius Ron.anus vltimas suas Tabulas per simplicem schedulam priuatam nullis adhibitis testibus, nullaque seruata iuris solēnitate propria eius manu Romæ condidit 20. Februarij 1642. vulgari idiomate in hæc verba, ibi *Io Antonio Velli hauendo fatta ferma resolutione di andare fuori di Roma per molte cause, che ne hò, con pensiero anco di fermarmi à trauagliare alla Guerra, e pensando alli pe-* 76 *ricoli,che giornalmente si corrono in quella di perder la vita &c. hò voluto fare il presente testamento, e quello, che si debba fare doppo la mia morte, E quale sia la mia volontà, & in primis &c. Item voglio, che morendo io senza figlioli legitimi, e naturali &c. di tutto il mio tanto stabile, quanto mobile per li tanti oblighi, che hò &c. al Sig. Gregorio Beniubene mio Zio,*

lo

Vellitio, e constituisco herede, & vsufrutturario vniuersale lui viuente &c. Doppo la sua morte voglio, & ordino, che si vendino tutti li miei mobili &c. e quello se ne cauerà si rinuesta, e si metta in stabili &c. e di tutto &c. voglio, & ordino se ne formi vn Iuspatronato in Casa mia in forma di Commenda della Sacra Religione di S. Gio: Battista Gierosolomitano de Caualieri de Spidalieri al presente detti di Malta, e detta Commenda, e Iuspatronato voglio, che si fondi nella Cappella della nostra famiglia de Velli posta nella Chiesa di Santa Maria d'Araceli in Roma, & in perpetuo voglio sia in Casa nostra cioè nelli figli, e Descendenti del Signor Iacomo Velli mio Zio, e della Signora Olimpia Mancini sua moglie, &c. che sia in facoltà del più vecchio della famiglia di nominare à questa Commenda chi li piacerà, e parerà più al proposito di detta famiglia, e descēdēti come sopra, & per il primo Io nomino da hora il Signor Francesco figlio del detto Sig Iacomo, e detto Caualiere voglio sia tenuto, che subbito hauerà la Croce e che habbia il possesso di detta Commenda sia obligato in detta Cappella fare vn Altare al Glorioso S. Gio: Battista con obligo di far celebrare in detta Cappella trè Messe de Morti la settimana per l'anima mia, e di tutti li nostri morti &c. e quando non ci sarà più gente di Casa mia, e descendenza, voglio, che in questo caso detta Commenda sia assolutamente in poter del Gran Mastro di detta Religione, darla à chi li piacerà, ma che sia Romano, e con tutti li sudetti pesi, &c.

Subindè verò dum erat Tribunus ducentorum militum, illas Ferrariæ confirmauit 20. Maij 1643. in earum latere inscribendo, ibi, *E per più Cautela, & maggior autenticatione del presente testamento hò anche voluto qui in Ferrara sottoscriuere, & affermare quāto di dietro scritto hò fatto, questo di 20. Maggio 1643. Io Antonio Velli mano propria.*

Eoque postmodum sinè filijs defuncto 26. Octob. 1643. & præfato Testamento Romæ transmisso, Gregorius Beninbene hæres, & vsufructuarius vniuersalis ibi scriptus, eius vigore iudicialiter immissus fuit in possessionem illius bonorum hæreditariorum vsque ad obitum retentam; Cumque post eius mortem factus fuisset locus erectioni dicti Iuspatronatus, & Commendæ, & Religio Hyerosolimitana huiusmodi dispositionem repudiasset, Ideo Reuerenda Fabrica Ecclesiæ Principis Apostolorum de Vrbe prætendens subintrare vigore suarum facultatum Apostolicarum in pijs dispositionibus, & legatis repudiatis, introduxit causam in eius Tribunali tàm cōtrà Dnm Iulium Cæsarem Petronium hæredem dicti Gregorij, & possessorem eorumdem bonorū, quā cōtra DD. Franciscū, & fratres de Vellijs filios dicti Iacobi, & Olimpiæ, quibus dictum Iuspatronatus, tàm actiuè, quàm passiuè primo loco reseruatum fuit, quàm etiam contrà D. Andream de Mutis integram hæreditatem ab intestato prætendentem vti filium, & hæredem Claricis de Mutis Auiæ Maternæ Testatoris præteritæ in eius Testamento, & sententiam pro validitate Testamenti, & immissione in possessionem duarum ex tribus partibus dictæ hæreditatis obtinuit præfixo fratribus de Vellijs peremptorio termino trium mensium ad impetrandam Commutationem dictæ voluntatis, ob repudiationem factam à Religione Hyerosolomitana, à qua interposita appellatione, & per Sacram Congregationem eiusdem Fabricæ causa mihi commissa, proposui dubium, An testamentum sit validum, ità vt sit danda immissio, & quoad validitatem quamuis iuris solemnitatibus destitutum sustineri contendebatur, vel iure militari, vel saltem ex priuilegio Piæ causæ.

Militari siquidem iure, quia est opinio communiter recepta, quod etiam militibus nostri temporis armis operam dantibus omnia priuilegia competunt, quæ à lege militibus antiquorum concessa fuerunt, vt notat *Salyc. in leg. 1. sub nu. 8 vers. in contrarium facit. C. de iur. & fact. ignor. Laderch. consil. 178. nu. 2. Gabriel cons. 100 n. 2. lib. 1. Farin. cōs. 95. n. 3. volum. 1. Odd. de Compend. par. 5. præmiss. 3. nu. 11. & 12. Merlin. de legitim. lib.* 77

lib. 5. tit. 2. quæst. 5. nu. 5. cum alijs ple-
nè congestis per Modern. Patr. Dian. re-
solut. moral. tom. 7. tract. 6. tit. de testam.
priuilegiat. resolut 42. per totam.

78 Inter alia autem priuilegia in Testa-
mento militis nullas requiri solemnita-
tes, sed sufficere eius nudam voluntatem
Sancitum est in leg. milites 16. C. de te-
stam. milit. & in §. 1. instit. de militar.
testam. Cancer. var. resolut. par. 1. cap. 4.
nu. 75. & 76. Fachin. controuers. iur.
lib. 8. cap. 39. vers. Tertium argumentum
Barry. de success. lib. 1. tit. de testam. mi-
litar. nu. 1. & 2. cum cæteris adductis
per Modern. Patr. Boss. quæst. moral. tom.
2. tit. 11. de testam. militar. §. 1. nu. 1.
79 Quæ probatur, vel per duos testes, vt
voluit gloss. in dicta leg. milites verb. sed
ipso tempore, & Bartol. ante numerum
primum, & in fin. Ias. nu. 1. Dec. nu. 6.
Cod. de testam. milit. per textum in leg.
Diuus Traianus ff. de milit. testament. &
in §. planè Instit. eodem Gabr. dicto cons.
100. nu. 3. lib. 1. Rota coram bon. memor.
Merlin. decis. 806. nu. 5. alijque relati
per d. mod. Boss. dicto §. 1. n. 3. Firman-
tem, quod cum tota solemnitas, & sub-
80 stantia huius Testamenti consistat in nu-
da voluntate Testatoris patefacta, & te-
stes solùm requirantur ad probationem
faciendam iuxtà ius gentium, ad quod
redactum est; iure autem gentium, &
naturæ ad quemcumque actum proban-
dum sufficiunt duo testes, vel alio pro-
bationis genere etiam nullis adhibitis
Testibus, vt notat Corn. consil. 118. sub
nu. 7. vers. adeo quod si doceretur lib. 3.
quem refert, & sequitur Vasquez. de suc-
cess. Creat. par. 1. lib. 3. §. 24. sub. n. 15.
vers. intellige tamen, Barry de success. vbi
81 supra dicto nu. 1: vers. Immò etiam sine;
& signantèr per scripturam recognitam
vti manum Testatoris, optimè compro-
bat text. in dicto §. 1. instit. de militar.
Testam. ibi, Quoquo enim modo voluntas
eius suprema inueniatur, siuè scripta siuè
sine scriptura, valeat testamentum ex volū-
tate eius, & in leg. miles si testamentum
36. eodem, ibi, Miles si testamentum im-
perfectum relinquat, scriptura, quæ profer-
tur, perfecti testamenti potestatem obtinet,
Corn. dicto consil. 118. dicto nu. 7. in fine
versic. ex quibus concludo, Rota coram bon.
mem. Merlin. dicta decision. 806. nu. 10.
Boss. dicto §. 1. sub n. 1. circa finem vers.
Quare tota, distinguens inter testamentum
nuncupatiuum & in scriptis, & post Patr.
Dian. vbi supra resolut. 65. firmat, quod Mi- 82
litibus siue scripto, siue sine scripto testa-
ri velint siue testibus, id facere licet, sed
ad effectum probandi ipsorum volunta-
tem in nūcupatiuo, & sine scriptis, requi-
ri duos Testes, in scripto autem satis esse
scripturam exhibere, illamquè vti manū
Testatoris formiter recognosci, & pleni-
us sub eodem §. 11 nu. 17. quod idem
probat Gratian. discept. 605. nu. 21. &
disceptat. 696. nu. 18. & benè idem fir-
mat Io. Harpprecht. super instit. in §. planè
nu. 2. cum seqq. instit. de militar. testam.
Et huiusmodi militis Testamentum 83
præteritione Auiæ, Immò nec filij, valet
impugnari l. sicut certi 9. ibiq; Ias. nu. 8.
post med. & seq. C. de Testam. milit. l. si
instituta 27. §. de inofficioso ff. de inofficios.
testam. l. de inofficioso 9. C. eod. Barry. de
success. lib. 19. tit. 8. nu. 21. Facchin.
controuers. iur. lib 6. cap. 74. vers. Ego li-
bentius, Merlin. de legitim. d. lib. 5. d. tit.
2. d. quæst. 5. nu. 1. & 2.
Verùm quia Vellius condidit Testa- 84
mentum Romæ in proprijs ædibus per
multos menses antè militiam, priuilegio
militibus concesso gaudere non poterat
per tex. in l. final. C. de restitution. Milit.
nil refragante quod illud Ferrariæ ratum 85
habuerit post assumptam militiam, quod
satis esse probatur in §. sed, & si quis in-
stit. de militar. testam. in l. idemq; 9. in l.
Tribunus 21. §. cum aliquis, & in l. Titi-
us 26. ff. eodem Gregor. Acac. de priuileg.
milit. lib. 2. priuileg 16 n. 106. Boss. dicto
tit. 11. §. 2. nu. 34. Quia hoc locum ha- 86
beret si Testamentum ratificasset, vel in
expeditione, in quibus terminis loquitur
Text. in d. §. sed, & si quis, & in l. 1. ac
in leg. penult. C. de testam. milit. & in l.
fin. C. quibus nō obijciat. longi tempor. præ-
script. Barry. vbi supra d. lib. 1. d. tit. de
testam. milit. nu. 7. Rota coram Merlin.
dicta decis. 806. nu. 5. vel in ipso actu 87
certaminis, dum miles moritur ex vul-
neribus

netibus dimicando acceptis, vt clarè in-
dicat, Text. in d. l. milites 15. C. de te-
stament. milit. ibi, Proinde sicut iuris ra-
tionibus licuit, ac semper licebit, si quid in
vagina, aut Clipeo litteris sanguine suo ru-
tilantibus adnotauerint, aut in puluere in-
scripserint gladio sub ipso tempore, quo in
Prælio vitæ sortem derelinquunt; Vel de-
88 mum in Castris á fronte inimicorum, ar-
gumento Textus in leg. 2. §. Pro limita-
neis C. de offic. Præfect. Prætor. Afric. Pictar.
super. instit. d. §. 1. n. 2. & 3. de militar.
Testam. Simon. de Prat. de interpretat.
vltim. volunt lib. 3. solut. 8. n 16. Bar-
ry d. tit. de testam. militar. sub nu. 7. Pat.
Dian. d. tract. 6. tit. de testam. Priuilegiat.
resol. 44. vers. At contrarium, & Pat.
Boss. d. §. 2. nu. 28. secus autem dum
89 illud ratificauit in Ciuitate, seù alio loco
non hostili, quo bellicæ occupationes,
& pericula non imminebant d. l. final.
C. de testit. milit. d. §. 1. ibiq; Piccard. n.
1. instit. de militar. Testam. Gabriel. dicto
cons. 100. nu. 3. vers. immò ad hoc lib. 1.
Simon de Prat. d. solution. 8. n. 17. Gail.
Pract. obser. lib. 2. obser. 118 n. 6. Barry.
dicto tit. de Testam milit. sub n. 6. vers.
certe contra, Vin. decision. 491. n 3.

Et quamuis vbicumque miles extra
90 bellum, vel Castra in propinquiorem ali-
quem locum se contulit, non vt diu ab
eis absit, sed curandæ valitudinis causa,
prout in hoc casu, aliquantisper extra
Tentoria se reficiat, habito commeatu,
& oportuna licentia, paratusque sit re-
uerti sanitate recuperata, solitis stipen-
dijs pro toto tempore receptis, iure mi-
litari eo loco quamuis non hostili, testari
valeat, vt firmat Vigl. in §. illis autem
temporibus num 5. Instit. de militar. Te-
stam. Vusembec. cons. 17. nu. 40. par. 1.
Boer. de Bell. & duell. lib. 1. cap. 18. nu.
6. & cap. 20. pariterque n. 6. Nicol. Reus-
ner. de iur. testam. vol. 2. par. 5. cap. 4.
nu. 14. vers. quid autem.

Nihilominus quia in facto iustificatum
non apparet, Antonium commeatum, &
licentiam habuisse, paratumquè fuisse
reuerti sanitate recuperata, & solita sti-
pendia vsque ad obitum recepisse, ideo
Domini omisso hoc fundamento ex so-
lo priuilegio Piæ causæ responderunt
Testamentum esse validum, & dandam
immissionem Reu. Fabricæ; Cum enim 91
ex eius dispositione integra ipsius hære-
ditas defuncto Gregorio Beninbene ero-
gari debuisset in erectionem Commen-
dæ Sacræ Religionis Hyerosolomitanæ
cum onere trium Missarum qualibet
Hebdomada in perpetuum pro Anima
ipsius Testatoris, eiusque maiorum,
vtiquè negari non potest, quin Disposi-
tio dicatur ad Pias causas cap. Animæ
defunctorum 3. quæst. 2. §. sed hæc quidē
Auth. vt cum de appellat. cognosc. Abb.
cons. 99. nu. 3. & per tot. lib. 2. Angel.
Aretin. cons. 72. nu. 10. Alex. cons. 38.
sub. nu. 3. lib. 1. Valasch. consult. 145.
nu. 5. Genuen. Practicabil. Ecclesiastic.
quæst. 446. n. 2. Barbos. de iur Ecclesiast.
lib. 3. cap. 27 nu 11. Borgnin. decis. 27.
nu. 52. par. 3. Rot. in Alatrina Testamen-
ti 26. Februarij 1649. coràm R. P. D. meo
Verospio §. Hinc verò, in Romana legati
22. Iunij 1650. coràm Eminentissimo Do-
mino Cardinale Corrado §. eoque magis,
& in Camen. Legati 11. Decembris 1651.
coràm R. P. D. Albergato in princip. Quæ
propterea nullas exposcit iuris solemni-
tates, sed contentatur quomodocumque 92
de voluntate Disponentis appareat, &
præsertim cum de ea constet per sche-
dulam manu Testatoris scriptam; &
subscriptam quamuis destitutam Testi-
bus, alijsque solemnitatibus ad text. in
cap. relatum de testam. & in Auth. quod
si C. de testam. Menoch. consil. 167. n. 20.
& cons. 224. n 66. Tiraquel. de priuileg.
piæ caus. priuileg. 4. per tot Clar. in §.
Testamentum quæst. 7. nu. 2. Vasquez. de
success. Creat. lib. 3. §. 22. sub. n. 6. Gra-
tian. discep. 605. nu. 28. Rot. decis. 240.
n. 4. par. 2. diuers. in recent. decis. 108.
nu. 2. 12. & 13. par. 7. coràm Buratt.
decis. 475. nu. 12. in Callien. hæredita-
tis 10. Decembris 1638. coràm bo. mem.
Card. Hieronymo Veraspio, & 1 Iulij
1639. coràm Reuerendissimo D. Terraci-
nen. in Fanen. Hereditatis 17. Iunij 1641.
coràm eodem, & in d. Alatrina Testamen-
ti coràm R. P. D. meo Verospio sub §. 1.

Non obstat, quod Pia causa non fue- 93
rit

tit Instituta, sed substituta, Quia sufficit quod euenerit casus substitutionis atq; aperta fuerit successio ad eius fauorem, siue ex quo Testator decessit sine filijs, siue etiam ob mortem Gregorij Beniubene hæredis, & vsufructuarij vniuersalis vltimo loco sequutam, vt notat *Card. Zabarell. cons. 133. num. 3. vers. & præcipue, Mart. de success. legal. par. 4. quæst. 8. artic. 2. nu. 5. Viu. decis. 5. n. 14. lib. 1. Facundez. de Iust. & iur. lib. 6 cap. 3. n. 19. Fragos. de regim. reipublicæ par. 3. lib. 4. disput. 7. tit. de testam. ad pias caus. §. 4. nu. 70. Delcastil. de Iust. & Iur. tom 2. lib. 2. tract. 19. disput. 1. num. 111. fol. 1090. Molin. de Iust. & Iur. disput. 134. § Testamentum, Pater Dian. vbi supra dicta par. 7. tractat. 6. tit. de testam. priuileg. resol. 1. in princ. vers. Aut. quãdo substitutionis via.*

Nec vrget, quod Iuspatronatus primo loco reseruatum fuerit Descendentibus in perpetuum Iacobi Vellij, & Olimpiæ Mancinæ eius Consanguineorum, cum onere præsentandi quem maluerint de familia de Vellijs.

94 Quia cum tàm reseruatio dicti Iurispatronatus actiua ad fauorem Descentium, quàm præsentatio passiua illorum de familia restrictæ sint, donec illi supersint, ijs autem deficientibus Testator voluerit, Cõmendam adhuc esse perpetuam, & liberæ Collationis Eminentissimi Magni Magistri, expresso repetito onere cælebrandi sacrum ter in hebdomada, exindè clarè assequimur, causam finalem dispositionis non fuisse interesse consanguineorum, sed pietatem erga Deum, & motiuum suffragandi Animæ suæ, & omnium suorum defunctorum, quod apertissimè ostendit dispositionem esse piam, *cap. requisisti de testament.* ibi, *Quia hoc ille qui donat pro redemptione Animæ suæ non prò commodo Sacerdotis probatur offerre, Ancharan. in cap. Officij nu. 16. eodem tit. ibique Imol. nu. 26. & Barbat. n. 35. Monet. de Commut. vltim. volunt. cap. 4. nu. 38. Genuen. Practicabil. Ecclesiast. quæst. 522. nu. 2. Barbos. de Offic. & potest. Episc. allegat. 116. nu. 19.* cum alijs in fortioribus terminis allegatis in *d. Comen. legati coràm R. P. D. meo Albergato §. minus refert.*

Identitas autem, & veritas Testamenti in dubium reuocari non valet, quia satis videtur probata ex scriptura ab ipso Testatore scripta, & subscripta, atque formiter recognita per vnicum Testem, qui bene sub iuramento affirmauit habere notam Testatoris manum, & hac ratione dictam scripturam recognoscere vti ab eo scriptam propria eius manu in qualibet sui parte *Summ. Fabrica nu. 8.* quem esse verum modum recognitionis ex stylo *Rotæ, firmat Acchill. decis. 2. sub nu. 1. de fid. Instrutm. & sequitur Rot. decis. 124. nu. 2. par. 2. diuers. & coràm Buratt. decis. 475. nu. 5. cum seqq.* Et licet sit vnicus, nihilominus sufficiens est ad ipsum effectum concurrentibus adminiculis, vt in terminis respondit *Rot. decis. 41. nu. 1. par. 4. recent.* Nil refragante quod deponat per verbum, *mi pare*, & addat se id pro certo non affirmate, nam hoc dixit, eo quod manus sæpe falsificantur, vnde subdit, quod nec propriam affirmaret esse suam, sed de cætero ait, se non decipi in recognitione manus Testatoris, ibi *Et in questa mia credulità di recognitione credo non potermi ingannare dicto n. 8. in fin.* In hac enim materia á Iudicio Testis dependente, adhibetur fides deponenti non solum per verbum *videri*, sed etiam de credulitate, vt respondit *Rot. coràm Card. Seraph. decis. 522. nu. 1. 3. & 4.* cum cæteris allegatis per *Gratian. discept. 895. num. 33. & 50.* 95 96 97 98

Adminicula facit alter Testis illam recognoscens per similitudinem relatus *in dicto Summ. nu. 5.* vt dixit, *Rota dicta decis. 41. nu. 5. par. 4. recent.* Alius Testis pro Gregorio Beninbene Romæ examinatus seruatis seruandis anno 1645. & alij duo Ferrariæ inducti anno 1643. qui præsentes fuerunt, quandò Testator dixit illam scripturam esse suum Testamẽtum, ordinauitque illud Romæ transmitti dicto Gregorio *eodem Summar. nu. 4.* quamuis enim primus in diuersa causa, & isti duo sine citatione partis fuerint examinati, nihilominus faciunt adminiculum 99 100

eulum *Caputaq. decis.* 206. *nu.* 6. *cum seqq. par.* 2. *Rot. in recent. decis.* 18. *sub n.* 3. *par.* 2. cum alijs per *Gratian. dicta*
101 *discept.* 895. *nu.* 5. & contrà illorum dicta nulla contrarietas, quæ releuet, considerari potest, omnisque interpretatio facienda est ad euitandam illorum contrarietatem *Alex. consil.* 185. *nu.* 4. *& seqq. lib.* 7. *Rot. decis* 167. *n.* 53. *par.* 1. *recent. & in Romana Pecuniaria* 26. *Iunij* 1654. *coràm R. P. D. meo Bichio §. sed*
102 *verb.* Sigilla ibidem impressa, & congrua ordinatio, quam eadem scriptura præfert ad fauorem Animæ Testatoris, eiusque coniunctorum, vt benè ponderatum fuit in *dicta Alastrina Testamenti coràm R.P.D. meo Verospio sub §. vltimo;*
103 Ac demum Iudicium motum vigore eiusdem scripturæ, & feliciter super immissione terminatum ad fauorem dicti Gregorij hæredis, & vsufructuarij vniuersalis cum subsequuta possessione bonorum vsque ad obitum continuata *dicto Summar. n.* 6., ex quo resultat iudicialis approba-
104 tio, & obseruantia, quæ fidem dat scripturæ etiam informi, *Seraphin decis.* 928. *nu.* 2. cum alijs allegatis per *Adden. ad Buratt. decis.* 10. *nu.* 32.
105 His itaque firmatis, cum post mortem Gregorij Religio Hyerosolimitana dictā dispositionem repudiauerit, subintrat in eius locum Reuerenda Fabrica Sancti Petri, quæ vigore suarum facultatum, de quibus *Quarant. in summa Bullar. verb.*
106 *Fabrica S. Petri, §. si autem ipsi legatarij in fine*, in legatis, hæreditatibus in piam causā relictis, & repudiatis, habetur prò substituta, & per fideicommissum vocata, vt notat etiam *Carol. Marant. res-*
107 *pons.* 37. *n.* 3. *cum seqq. lib.* 1 Cui propterea debetur immissio excluso Iulio Cæsare hærede dicti Gregorij, cum iste in bonis Antonij subiectis onere restitutionis, non potuerit alium sibi instituere hæredem, vt respondit *Rot. in Nullius Vineæ* 11. *Martij* 1620. *coràm bon. mem. Pirouano in recent. decis.* 189. *n.* 6. *par.* 8. Exclusisque Francisco, & Fratribus de Vellis, quamuis commutationem voluntatis Testatoris à Sede Apostolica nuper obtinuerint, cum gratia subreptitia sit, siuè ex quo Sanctissimo Domino Nostro
narratum non fuit, terminum illis præ- 108
fixum elapsum fuisse, siuè etiam ex quo in precibus nullam fecerunt mentionem appellationis in hac parte pro Fabrica interpositæ, nec litis inter has partes vertentis, *cap. inter Monasterium ibique gloss. verb. processus de re Iudicat. Gregor. decis.* 2. *nu.* 5. *Buratt. decis.* 776. *nu.* 10.
Et de lite cum Fabrica, latè idem *Marãt.*
resp. 21. *nu.* 7. *cum seqq. dicto lib.* 1. Ac 109
demum excluso Andrea de Mutis ab intestato controuersam hæreditatem prætendēre, quia vulgare est cessare causam intestati, existente Testamento *leg. ante quã C. comũ de success. leg. quandiù laz. & leg. nec his. fin. ff. de acquir. possess.* quod
ad fauorem Piæ Causæ substinetur, non 110
obstante præteritione non solum Ascendentium, sed etiam liberorum, vt firmat *Clar. in §. Testamentum quæst.* 6. *num.* 8. *Crass. in eod. §. quæst.* 18. *nu.* 8. *Carol. Tap. decis. Neap.* 58. *num.* 11.

Atque ita fuit Resolutum omnibus Informantibus &c.

ARGVMENTVM.

De Varijs detractionibus, quibus corripi solent Iuris Professores, qui tamen à talibus calumnijs defenduntur, & adducuntur multa de excellentia Iuris prudentiæ, & muneris Aduocatione.

SVMMARIVM.

Papinianus Beneuentanus summoperè laudatur in L. cum Acutissimi C. de fideicom. n. 1.
Index in subtilitatibus Iuris errans, peccatum mortale non cõmittit, nu. 2
Subtilitates licèt in Iure reprobentur, Iuridicè tamen approbantur, ac laudantur num. 3.
Subtilitas Iuris triplex, & quæ n. 4. 5. 6. *&* 7.
Doctores qui alienos labores sibi appropriant, si furtum est manifestum non excusantur nu. 8., *& præcipuè illi qui alienos labores emunt, & illorum se Authores faciunt, vt videantur aliquid ad posteros de Iuris prudentia scripsisse, n.* 9.

licèt hoc humana natura imputandum, cum in materia legali nihil prorsus dici possit, quin ab alijs sit dictum, nu. 10. vbi de Virgilio, qui carmina subtraxerat ab Homero.

Baldus quomodo se protestabatur de propria ignorantia, & de dicto Philosophi, hoc vnum scio, me nihil scire, nu. 11.

Turpe est viro ius in quo versatur, ignorare, num. 12.

De Pomponio, qui etsi esset octuagenarius, semper optabat aliquid addiscere, & de alijs, num. 13.

Sapientes qui se dixerint, stulti facti sunt ex sententia Diui Pauli, num. 14.

Doctores quidam notantur de obscuritate loquendi quidam de arrogantia, de leuitate, & de superfluitate verborum, n. 15.

Quidam consilia iurisconsultorum improbant, quidam verò scriptores contemnunt, eorumque sententijs adhærere nolũt, in quos irascitur Fontanella *n. 16*

Doctores de quo memores esse debent n. 17.

Nil suauius videtur hominibus, quàm aliena loqui, vel aliena curare nu. 18.

Nullius sententia, prius quam discussa, respuenda est num. 19.

Quandoque fortuitò quis bene loquitur, quandoque etiam Altissimus secreta sapientibus celat, & paruulis reuelat, num. 20.

Quidam notantur, eo quo demonstrant scire leges, sed ipsi aliquando sensum non intelligunt, nu. 21.

Quidam irrident authoritates Veteris, & noui testamenti legalibus Scripturis insertas, sed malè, & quarè num. 22. & 23. & idem de illis, qui inscribendo aliquid poeticum inserunt num. 24.

Poeta virtutis habent vsum, & notando, non autem docendo vitia, philosophando materiam præbent, num. 25.

Seuerior est verbi Auditor, quàm Prolator, & Magisterium periculosum, discipulatus verò securus num. 26.

Qui scribere volunt, Horatij dictum seruare debent num. 27.

Difficile est Homini, sui ipsius reflectere cognitionem num. 28.

Scribentes in legali disciplina, siuè in alia facultate, si id faciant seruato Horatij præcepto, quos fructus, è conscriptionibus referant, Ipretis obtrectationibus, elegãter deducitur ex Carolo Scribanio, n. 29.

Solùm iuxta Hyeronimi sententiam in Prologo Esdræ reprehensione carent, qui nihil scribunt, & sæpè rotendo in publicis detrahunt, quod in Angulis libenter legunt, ad quod adducuntur carmina Martialis num. 30.

Detractores sufflant in puluerem, & excitant serram in oculos suos, num. 31.

Detractores sunt veluti canes, qui cum homines mordere non audeant, lapides tamen ab eis iactatos, dentibus apprehendunt, num. 32.

De Accursio, Bartolo, Baldo, Castrense & alijs, qui aliquandò grauiter in iure errarunt num. 33.

Vnusquisq; labi potest, sed se ipsum corrigere ingenuum est, ac laudabile nu. 34.

Beneficia vsque eò lata sint, quò ex solui possint, at vbi multũ antecenere, odium prò gratia redditur iuxta Taciti dictum. num. 35.

De Aduocatorum laudibus nu. 36. & quod dicantur lingua Reipublicæ, & Sacerdotes Dei temporales, illisque Princeps maximam exhibeat reuerentiam, n. 37.

Principis Ianua Aduocatis semper debet esse aperta, nu 38.

Aduocati existentes in Vrbe, præferuntur cuicumq; extero nu. 39.

Aduocati quomodo se gerere debeant in præbendis patrocinijs nu. 40.

Honorem non meretur, qui non honorat num. 41.

Aduocati qui vtuntur verbis iniuriosis, efficiuntur infames, nu. 42.

Aduocatus faciens petitionem iniuriosam, quandò non puniatur nu. 43.

Aduocato an liceat conuicia dicere, quantũ poscit vtilitas Causæ, nu. 44.

Iniuriarũ actione, an teneatur qui verum crimen ad proprij Iuris comprobationem Iudicio obijecerit, n. 45.

Aduocati quid agere debeant, vt sibi Immortalem gloriam parent, nu. 46.

Aduocati bene segerentes, quas laudes, quæ ve priuilegia assequantur, & ad quos gradus persæpe fuerint assumpti, num. 46. & 47.

Medi-

Medicinæ Professores aliquandò auaritiæ titulo notantur, num. 48.

De Æsculapio fulmine percusso, & quarè num. 49.

De quibusdam Medicis, qui ingentes summas prò infirmis medendis paciscebantur, nu. 40. ideoque dicitur, dat Galenus Opes. num. 50.

De medicorum Nobilitate, & de more medendi apud Egytios, num. 51.

Olim medicina per sexcentos annos à Romanis inuisa fuit, & prò perniciosa habita, num. 52.

Medici Republicæ vtilissimi existimantur, num. 53.

Æsculapij simulacrũ, quare fuerit ex auro, & ebure cum Laurea Corona, ac sceptro, & quid significaret catulus ante eius pedes, num. 54.

De Prometheo medicinæ Parente, & quomodo de Cælo ignem rapuit, vt hominem animaret, num. 55.

Ista medicorum necessitas est adeò præcisa, vt in iure insipiens existimetur, qui ad morbos curandos illos non accersat, num. 56.

Furoris signũ dijudicatur, iurisperitum in testamenti confectione non adhibere num. 57.

Furor, vel dementia, ex quibus probetur. num. 58.

Medici Empirici cur sint Reipublicæ perniciosi, & de eorum varijs modis medendi, num. 59.

Medici quomodo teneantur de Imperitia, & quomodo illis debeatur salarium non conuentum, & quando promissiones inter ipsos, & ægrotum substineantur nu. 60.

Maritus Vxori ægrotanti, indoctum medicum adhibendo, lucro dotali priuatur num. 61.

Vulneratus, quando dicatur mortuus ex vulnere, & an hoc debeat probari Iudicio medicorum, num. 62.

Medicus promittens aliquem curare à podagra, an consequatur salarium, si podagra recesserit, & postea reuersa fuerit, ex noua, vel antiqua causa num. 63.

§. DECIMVSSEPTIMVS.

CORRIPIVNTVR sepè togatæ militiæ Milites, ac Iuris Consulti, & Aduocati, mordacesq; linguæ effectus patiuntur, vt potè, vel quia Iura subtilizzant, vel ab alijs furto percipiant, vel quia multa sine delectu consarcinant, & dum explicare difficiles materias cõcupiscunt, illas magis inuoluunt. 1

Verùm, & hoc illis aliquandò condonandum, quia Iuridica subtilitas, celebreq; ingenium doctissimi nostri Papiniani Beneuentani prò exstinctione Fideicomissi, Summopere ab Imperatore cælebratur in *L. cum acutissimi C. de Fideicomiss.*, vnde dixit *Innocentius in cap. per suas de Simonia*, *Barbat. in cap. cum dilecti n. 19. de Iudic. Bald. in L. ab eo C.* 2
quomodo, & quando Iudex, quod si Iudex in subtilitatibus Iuris errauerit, peccatum mortale non committat. 3

Et licèt aliquæ subtilitates in Iure reprobentur, *vt per glos. in cap. dilecti*, Iuridicæ tamen approbantur, ac laudantur, *vt in cap. Cappellanus De ferijs l. unic. C. de professor.*, & talis subtilitas requiritur, in docendo, & consulendo, vt docent Communitèr Canonistæ in *dicto cap. dilecti*, qui distinguunt triplicem 4
subtilitatem, Alteram ad eliciendam Iuris veritatem, Alteram ad eliciendã veritatẽ facti, Tertiã deniq; ad circũueniendos, decipiẽdosq; homines; vnde de prima dicit *Bald. in L. fin C. de hæred. Instituend.*
subtiles causas à subtilibus Aduocatis 5
esse elaborandas, easdemq; subtilibus Iudicibus committendas, pro quo etiàm facit *text. in cap. intelligentia, & cap. propterea de verborum significatione*; de secun- 6
da verò, quæ tendit ad eliciendam veritatem facti, loquitur *Text. in cap. cum causa, in cap. veneranda, & in cap. in Causis de sentent., & re iudic.*, & illa vsus fuit Daniel pro liberanda Susanna, vt *Daniel. cap. 13.*, & Salamon prò inuestiganda veritate, cuius nam esset filius occisus,

quæuo vera Mater filij viuentis, vt in
cap. afferte mihi gladium de præsumpt.
7 Tertia vero, quæ tendit ad calumni-
as, & dolos, meritò reprobatur, & de hac
loquitur Imperator in *L. fin. §. cũ igitur C.*
de legib., & faciunt *text. in cap. hinc enim*
§. 1. & cap. sũt nõnulli 49. distinct. l. vnica C.
vt actiones ab hæredib. & contra hæredes.
Illi verò qui alienos labores ſibi ap-
8 propriant, ſi furtum eſt manifeſtum, &
vt dicitur per lancem liciumq; conceptũ
vt elegantèr explicat *Alciat. lib. 5. parer-*
gen. cap. 8. excuſatione non ſunt digni,
licèt alias apud Iuris Conſultos locum
exiſtimationis teneãt, ſicuti de Caſſaneo,
qui multa redacta in ſuo *Chataloge glo-*
ria Mundi, & alibi à *Tyraquello* furto
tranſſcripſit, abſq; eo quod illum vnquã
citaſſet, vt idemmet *Tyraquell.* conquæri-
tur in ſuis *legibus Connubialibus*, &
propriè *in l. 1. nu. 49. circa finem vers.*
hac autem dice, & in l. 2. Connubiali nu.
35. vers. ex his autẽ, & nu. 36. vers. & hoc
quidem caput, & n. 42. vers. & hac quidẽ
duo capita, & in l. 5. n. 13. circa fin. vers.
& hec quoq; caput imprudẽter surripuit Caſ-
ſaneus & in L. 9. n. 101. & poſt leges Cõ-
nubiales *glos. 1 nu. 68. cum duob. seqq.*,
9 Peiori tamẽ nota digni eſſent Iuriſcõ-
ſulti, qui vt aliquid ad poſteros de Iuris
prudẽtia ſcribant, aliorum labores emũt,
ac illorum poſtmodum ſe authores faci-
unt, de qua re notatur *Pertius in lib.*
Commun. opin, quem ſibi adſcripſit,
tempore quo *Burſatt. consil. 193. num.*
30. lib. 2., & *Decian cons. 10. nu. 59.*
vol. 1. dicunt illud opus fuiſſe compoſi-
tum á *Gabriele*, cuius Concluſionibus
Egregijs illæ ſunt conſimiles, ideoq;
veriſimile ſit ab eiuſdem hæredibus *Por-*
tium illud emiſſe, vt dicit *Decianus*.
Non tamen contrà hoc genus perſo-
10 narum acritèr inuehendum, ſed humanæ
naturæ imbecillitati hoc dandum, vt ait
Franciſc. Maria Prat. in ſuis obſeruat. ob-
ſeruat. 33. num. 60., & 61. maximè in
materia legali, in qua nil prorſus dici
poteſt, quin ab alijs ſit dictum, vt ait
Selin. in prologo de memorialibus mundi,
Quid proprium noſtrum eſſe poterit, cũ
nihil omiſerit antiquitatis diligentia, &
Macrobius in Saturnalibus lóquens de
Virgilio, cui objiciebatur, quod carmina
ſubtraxerat ab *Homero*, quod Magna-
tum ſit Virium clauam extorquere de
manu Herculis, & hodiè in ſpecie hoc
exigatur, quaſi mendacia confingantur,
ſi authoritates preſtò non ſint, de qua re
aliquandò ſatis doleo, cum moderni Iu-
riſconſulti videantur pediſsequi; Opor-
tet tamen, vt quiſq; ſe ipſum, propriam-
que habilitatem cognoſcat, & prò ſan-
ctiori parte ſemper ſe proteſtetur de
propria ignorantia, quod fecit *Bald. cons.* 11
44. lib. 2. cum ignorare non ſit vitium,
ſed natura, *l. ſtycchus 12. ff. de legat. 3.*,
ſemperque ſit Philoſophi dictum ante
oculos habendum, *hoc vnum ſcio, me*
nihil ſcire, & licèt alias turpe ſit Viro
ius, in quo verſatur, ignorare, vt dicit
Pompon. Iuriſconſult. in l. 2. §. ſeruus au- 12
tem Sulpitius ff. de origine iuris, tamèn
idem Pomponius in *L. apud Iulianum ff.*
de fideicomiſſar. libertat. illa verba de ſe
ipſo quaſi octuagenario dicit, & ſi alte-
rum pedem in fouea haberem, non pi-
geret aliquid addiſcere, quod idem ſen-
ſit *Sceuola in L. 6. §. Lucius ff. de legat:* 13
2., & *facit Text. cum glos. in cap. nullus*
Episcopus 37. distinctione, & in cap. ſi
habes 24. quæſt. 3., & de hac re memi-
nit etiàm *Cicero* in oratione prò Cluen-
tio, & *Seneca de Tranquillitate animi*
exclamat, quod multi ad Culmen ſcien-
tiæ perueniſſent, niſi iam ſe perueniſſe
putaſſent, & *prouerb. cap.* 26. vidiſtis
hominem ſapientem ſibi videri, magis
illo ſpem habebit inſipiens, *Diuus Pau-*
lus ad Roman. primo; Dicentes enim eſ- 14
ſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, & iſti tales
albuginem habent in oculis, dum ſapiẽ-
tiæ arrogantia extolluntur, vt legitur *in*
cap. hinc etenim 40. distinct.
Notantur alij de obſcuritate loquẽdi, 15
vt de Boetio dicit *Carol. Calá in tractatu*
de ſucceſſione per pactum nu. 130. Alij de
arrogãtia, vt ſæpe ſæpius præſtat *Anton.*
Faber., qui in intellectu *l. hæreditas C. de*
pact. in tract. de Error. pragmat. dechad.
14 errore 1. n. 6. iniuſtè arguit de Ineptia
doctiſſimos Viros *Guglielmum de Bene-*
dict. in cap. Raynutius verb. duas. nu. 200,
de

de testament., & *Thesaur. decis.* 225. *nu.* 10. immemor, quod, & ipse etiàm errare poterat, extrauagantes opiniones in medium proferendo, pro vt ego obseruaui, & saepius etiàm audiui à doctissimo, ac nunquam satis laudato Viro D. Herculé Ronconio huius tempestatis, & omni aeuo memorando Aduocato Primario, & mihi summis nominibus ob doctrinam, ac morum Suauitatem extollendo; Alij verò de leuitate, vti scribendi cupedia capti, arguuntur, vt de *Caualcano* dicit *Laderch. cons.* 111. *nu.* 3. Alij verò quod *DD.* consarcinent, multiq; ex illis saepe saepius contrarium dicant, quod plerumq; in Siculis scriptoribus accidit; Alij tandem superfluitate verborum, ac inepta verbositate, vt nonnullis ex modernis authoribus Neapolitanis, & sic de singulis; Alij improbant consilia Iuris
16 Consultorū, vti Reipublicae non vtilia, vt fecit *Alciat. lib.* 12. *parergon. cap. vltimo*, cui elegantèr respondit *Decian. in sua apologia prò Iurisprudentibus impressa post* 5. *tom. suorum Consiliorum*, perpetuoq; á Iuris professoribus vti vtilissima praemanibus habenda; Alij adeo cōtemnunt scriptores, qui eorum sententiae adhaerere nolunt, vt contrá ipsos exclamet *Fontanella de pactis nuptialib. claus.* 4. *glos.* 7. *nu.* 35. *vers qua omnia si animaduertisset &c* subdens, aliquandò se non posse Continere, quin irascatur contrà tales, qui corripiunt alios, quorū aliquandò ipsi digni non sunt soluere corrigiam calceamenti, licèt vt verum fatear, & *Fontanella* ipse in proprijs operibus, & in aliorum sententijs refellendis saepé saepius nimis superbiat, id quod etiàm praestat *Roderic. Suarez. ad L.* 1. *tit. de la Granancias*, dum acritèr corripit *Andream Siculum in intellectu text. in l. exigere dotem ff. de Iudicijs nu.* 44.

17 Debent enim esse memores de eo, quod dicitur sapientiae *cap.* 8., *& in cap. nunquam de consecratione distinct.* 5. ex quo per qualecumque studium á vitijs redimitur animus, & suaui, & mira quadam etiam in aduersis iucunditate reficitur, & quandò inter asperos expositionis anfractus, vel crassum ingenium, vel impollutus sermo substiterit, liquebit Cunctis manifesta sententia, non voluntatem, sed facultatem Authoribus defecisse, Crebri enim sunt, qui aliena mala facillimè carpunt, & bona difficillimé imitantur, vt habetur *in cap. Prius* 7. *distinct.* ibi *detractorum veritus linguas, alias in alterius crassatur ingenium*, & plurimi sunt aliorum scripta prò libidine trutinantes, & si vnus sermò, vel quid minimum defuerit, quasi claudam quaestiunculam disputet; Alius si paululum eloquentius coturnos extulerit, non Iuristam, sed Rethorem clamabit, cum nihil suauius videatur hominibus, quám 18 aliena loqui, vel aliena curare, iuxta *Nazianzen* sententiam; Nam quilibet debet aliquid semper inchoare boni, nō ea quae á quibusdam praexistunt destruere *§. tribus Auth. quib. mod. natural. effic. sui.*, ipsisque rectè obijcitur illud *Matthei* 5. luceat lux vestra corā hominibus, vt videant opera vestra bona, & *Plinius, Iunior Rufo*, effinge aliquid, quod sit perpetuò tuum, nam cum reliqua rerum tuarum post te alium, atque alium Dominum sortientur, hoc nunquam tuum esse desinet, quod semel caeperit, & ad *eumdem lib.* 3. cum Nobis denegetur diù viuere, aliquid relinquamus, quod nos vixisse testetur, cuiusquam ergò sententia prius quàm discussa, respuenda nō est *l. in Ciuile ff. de legib.*, & antequàm 19 quis sentetur, non debet arguere, *cap. eorum* 11. *quaest.* 3., & priusquàm interroges, ne vituperes quemquam, & cū audieris, corripé iustè non enim omnes per omnia, sed certi per certa, & meliores, & deteriores inueniuntur, *leg.* 1. *§. omnibus C. de Veteri iur. Enuclean.* potest enim 20 esse, quod quis interdum fortuitó benè loquatur *l. omnes C. de praescription.* 30., & quandoque Altissimus secreta sapientibus caelat, paruulis autem reuelat, *Matthei* 11.

Alij mordicùs ver[illegible] adhaerent, & 21 corripiuntur, quasi quod scire leges, sit earum verba tenere, sed isti negligunt, nè sensum intelligant *August. in lib.* 4. *de Doctrin. Christian.* meliùs verò esset verba-

ba;

ba retinere,& sensū intelligere,nec intra bit superfluitatis nota, cū superfluū non dicatur,quod non satis est dictum, & *Seneca* subdit, nunquā minús dicitur,quod non satis dicitur,& contrá huius generis detractores, exclamat *Aug.* miseri homines,quibus cognita vilescunt,& nouitatibus gaudent,malunt vesci, quám satiari, nec incongruū est reminisci,quandò mundus cogit obliuisci,ex quo detractorum authoritas plus premit, quàm docet.

22 Irridēt alij authoritates Veteris & noui Testam. legalibus operibus insertas, quasi illud censeatur superfluum,immemores,quod ex Sacra Scriptura Canonicæ Sanctiones emanarunt *cap. ego 9. distinct. cap. qualiter extra de Accusat.*, & ius quoque naturale est, quod in lege, vel in Euangelio continetur,*cap. ius na-*
23 *turale 1 distinct.*, & nil magis Iurisconsultis congruum videtur, quám implere diuinis eloquijs animum,vt rectè iustitia administretur, nec possunt esse veritatis discipuli,qui sapientiam, ac Sacram Doctrinam despiciunt, & apud semetipsos tantùm sapientes videri volunt, *Prouerb. 23.*, aliàs esset mittere margaritas ante porcos, *cap. in mandatis 43. distinct.cap. nolite 11. quæst. 3. cap. nonnulli de pænitent. distinct 1.*

Omnium deniquè magis insidiato-
24 rum linguis obnoxij videntur, qui fortè aliquid poeticum, & ex humanioribus litteris scribendo inserāt,quasi hæc puerilia existimentur, Isti enim non sunt doctiores *Io. Andrea*, qui in fine proemij VI. *decretal.* apposuit glos. arithmeticalem de numero perfecto,poetico ordine digestam;Non habent maiorem auctoritatem, quàm Imperatores, nunc *Virgilium*, nunc *Homerum* omnis veritatis parentem in proemio *ff. in fi.* nuncupatum, prò roborandis eorum dictis adducentes, *l. in tantum ff de rerum diuis. §. item pratium instit. de rerum diuis. l. si Vxor ff de Adulter. in 2. resp. l. legata §. 1. ff. de suppellect.leg Diu. Augustin. in cap. nec mirum post Principium 26. quæst. 5. Diuu. Isidor. in cap. forus extra de verb. signif. cap. benefacit,cap. turbat.* & *cap. qui de mensa 37. distinct.*, Poetæ enim & virtutis habent vsum, & philo- 25
sophandi materiam præbent, notant enim, non docent vitia, & aut vtilitatis causa grati sunt, aut voluptatis, & *Augustin. 1. de Doctrina Christiana* dicit, si Philosophi aliqua fortè vera, & fidei nostræ dixerunt accomoda, non solum reijcienda non sunt, sed ab eis tanquam ab iniustis possessoribus ad vsum nostrum vendicanda, & habetur in *cap. Nonnè in fin. 1 quæst. 1.*

Meminerint ergó,quod solùm Diuinū est labe vacare, & securior est verbi Auditor, quám Prolator, hinc Psalm. *audi-* 26
tui meo dabis gaudium & letitiam, cum periculosum sit Magisterium,Discipulatus verò securus.

Sed ne mihi videat aliorū velle notare scripta,licét de multis,multa dici posset, subsisto,asserens tantū, quod quos vexauerit insanabile scribendi Cachoethes, 27
iuxta Farnabij dictum, *Horatij* præceptum obseruent.

Sumite materiā viribus qui scribitis aequā.

Non enim latrantium morsus timere potest, nec debet, qui propriam reflectit 28
cognitionem, quod tamèn satis difficile est, cum homini quædam sui ipsius præsumptio videatur connaturalis, maximè in legali disciplina,in qua insanum vltra, & lubricum forum, famamque pollentem Iurisconsultus experitur, quod si Poetæ præceptum seruabitur, licét de fructu,& sperata è conscriptionibus opinione, quid certi statui nequeat, vt ait *Carolus Scribanius de instructione politica* 29
Christiana lib. 1. cap. 14. circa finem, quem ad verbum refert *Ioann Baptista Larrea in sua allegatione 118.* in fine,non tamèn idcircò animus deponendus, firmandusque magis, & generoso affectu accendendus;Nil sperare potest ignauus calamus, Audacia sæpé pro eruditione est,& vouisse etiám in magnis, magnum est, quod si optatis non respondet euentus, conatus semper in laude erit, neque tam tenuis scriptio est,quæ non aliquam referat laudem, non placet omnibus, ne Deus quidem? maximumq; laboris,speique suæ tactū retulit, si vel vni prudenti, docto-

doctoque placuit, satis enim magnum Theatrum est Doctus, Docto, Prudens Prudenti, non placet suis, placebit, quod scriptum est Exteris, & mitari discent, quod domestici negligunt, non placet præsenti ætati, placebit sequuturæ, patitur obtrectatores, nullum factum sine Criminatione fuit, virtus, & æmulatio, eruditio, & obtrectatio inuicem connectuntur, Nec metuas, crescunt laudanda aduersis, & clarior scriptio est, quę æmulum pariter, inuidia virtutis sol est, virtus in lucem inuidia, Emula protrudit, nec quorumdam scripta viuerent, si inuida manus, & lingua defuissent, Vitam inuidia dedit; Quod si demum nulli placeat, placeat sibi, vel hoc solo beatus, quod horas benè expleuerit forsitan malè expleturus, si scriptio defuisset, satisque sit, vt vel sola otij, quod Criminum quoque omnium mater esse consueuit fuga, quam amplè Scriptorem remuneretur,
30 illi enim soli obtrectatione, ac reprehensione carēt, qui nihil scribunt, & *S. Hyeronimus in Prologo Esdræ* dicit, sæpè Rodentes in publico detrahunt, quod in angulis libenter legunt, & Martialis Cecinit.

Ecce rubet, quidem pallet, stupet, oscitat, odit,
Hæc volo, nam nobis carmina nostra placent.

Detractores igitur aliorum in puluere-
31 rem sufflant, & in oculos suos terram excitant, magisq; veritatem splendore ex hoc satagent, ad *text. in cap. inter 11. qu. 3.* cum alijs, quæ ad propositum refert *Prob. ad Monachum in præfat. n 6. vers. & quia id circò, & nu. 7. cum seqq.* vbi notabis Scriptoris modestiam, & excusationem, si quid imperfecti in opus irrepuerit, paratus se emendare, & corrigere more *Cassij* erga sententiam *Sabini in l. qualem §. vlt. ff. de arbit.*, vt aliquando obtrectatores corripere desinant, vel
32 non incipiant, ante quàm legant, ne alias dijudicentur vti Canes, qui cum homines mordere non audeant, lapides tamen ab eis iactatos dentibus apprehendunt, nec ex vno, vel altero lapsu statim Scriptor damnandus, quia, vt alibi dixi, ignorare non sit vitium, sed natura, alias quid dicendum esset de nostræ iuris prudentiæ Patribus ac luminibus, *Accursio, Bartolo, Baldo, Castrens.* alijsque 33
maximi nominis, ac perpetuò victuris viris, quos aliquandò grauiter in iure errasse, ad viuum demonstrat doctissimus *Marcus Mantua in Enchiridio rerum singularium cap. 1 tit.* quod vnusquisque labi potest, quodque seipsum corrigere ingenuum sit, atque laudabile, & quod 34
lapso sit venia impetranda, cum tritum sit prouerbium, *quandoque bonus dormitat Homerus*, vt ipse *Mantua* (omninò ab Eruditis videndus), eleganter siquidem, ac Iuridicè prosequitur, hocque non mirum, quia vt ait Apostolus 1. *ad Corinthios* 11. oportet hæreses esse, vt magis fidei veritas elucideretur, & inuenta inueniendis non obstant, quia vt ait *Seneca in epistola* 8. ad Lucillum, Instar solis intellectus oritur, occidit, vadit, & redit, & nunquam moritur, sed suis vicibus occultatur, sed noua siquidem sunt inuenienda, vt librorum Compositores, veluti Stellæ in firmamento reputari valeant, aliasque laudes mereri, quæ cum æncomio recensetur nouissimè à *Francisco Maria Prat. in suis obseruat. lib. 1. cap. 75. ex num. 4.*, vbi etiam quomodò præferendi sint, qui libros ædiderunt, ipsique habeant præcedentiam, non tamen scribendum cum malè feriato ingenio, quò aliqui, nè dum scientiæ professorum, sed etiam, & Christianorum Principum Sacrosanctam cùm obscurare non valeant existimationem, conuicijs arrodunt, tempore quo Excellentes viri, ac boni Principes famæ cælebritate cōspicui, & omni semper liuore maiores in omnium sęculorum Decus, & stuporem potiùs, quàm in æmulationem posteros deduxerunt, hocq; eorum gratiæ singularis est, quod, tám qui eos æmulentur, non habent, quám qui sequantur, Discantque omnes in posterum honorificè semper, & loqui, & sentire, ne cum vehementissimum in alios accusationis fulmen injecerint, impetu graues, exitu vani appareant, cum tandem aliquandò rationi Temeritas, luci, caligo, mendacium

cium veritati decedat, desinant illorum
esse osores, á quibus beoeficia qualiter-
cumq; accepere, né aliàs vt *Tacitus* ait,
35 *beneficia vsque eo læta sint, quò exaluiš*
passint, àt vbi multum antenanere, odium
prò gratia reddatur; Hoc inquam pessi-
mum Debitoris sit, Creditori facere cō-
uicium:

36 De Aduocatorum verò encomijs nō
est eur multa dicam, cum corum lau-
des legantur in *L. laudabile C. de Adua-*
cat. diuers. indic., eorum nobilitas præ-
dicitur io *l. prauidend. C. de postul. & in*
l. diximus in fi. ff. de excusat Tut, vbi *Vul-*
pianus appellatur nobilissimus; Quòd
appellentur Domini, legitur in *Auth.*
habita C. ne filius pra Patr., Quod stellis
comparentur, habetur *Daniel cap. 12.*
& in cap. super speculo. de Magistratibus,
quod non minus prouideant humano
37 generi, quám si prælijs, ac vulneribus
Patriam, Parentesq; saluarent, & dican-
tur lingua, Reipublicæ, & Sacerdotes
Dei temporales, nouissimè *D. Paulus*
Xamarr. de Officio Iudicis, & Aduoc.
par. 2. quæst. 2. nu. 1., & seqq. & num.
10., vbi etiam quod propter honorem
Scientiæ, ipsis Princeps reuerentiā exhi-
bet, aliaq; Ægregia priuilegia ibidem
prosequitur, & referunt etiàm *Gratian.*
discept. forens. cap. 284. n. 60. Francisc.
Marc. decis. 652. n. 1. vbi quod Ianua
38 Principis sēper eis debet esse aperta, per
tex. in l. sciant cūcti C. de offic. diuers. Iud.
& nonoulla effundit *Franc. Maria Prat.*
obser. lib. 1. obser. 90. ex nu. 1.

Nulla ergò respectu ipsorum causa
obloquendi regularitér subesse potest,
præsertim In Vrbe, vbi nō nisi Viri probi,
ac Scientiæ decore exculti munus illud
exercent, & vbi etiám residet Nobile
Procuratorum Collegium, Virorum cer-
té illustrium Seminarium, Quiq; ob mo-
rum integritatem, Scientiæ decorem,
ceterasq; circumstantias meritò de Iure
39 præferri debent cuicumq; Aduocato ex-
tero, vt firmat *Gratian. discep. farens. cap.*
57. nu. 39; Generaliter verò quia, vt ali-
bi dixi, ars inuidet arti, ad hos scopulos
effugiendos in primis non temerè, &
absq; propria mensura, muneris illius
exercitium quisq; aggrediatur, vt in con-
sultò faciunt oonoulli, illis enim appli-
catur, quod ait *Tacitus 3. annalium,*
Brutilium artibus honestis copiosum, & si
rectum iter pergeres ad clarissima quoq;
iturum festinatio extimulabat, dū æqua-
les, deinde pasteriores, postremò suasmet ip-
se spes anteire parat, Deinde verò præci-
pué modesté agat, ac se abstineat à pro- 40
cacibus, ac contumeliosis verbis, iuxta
Text. in l. final. §. in frustratorijs C. de
appell. L. quisquis C. de postulan. ibi *Ante*
omnia autem Vniuersi Aduocati ita præ-
beant Patrocinia iurgantibus, vt non vl-
trà, quàm litium paleat vtilitas in licentiā
Conuiciandi, & maledicendi temeritatem
prorumpant, Agant quod causa desiderat,
temperent se ab iniuria; Non enim mere-
tur honorem, qui non honorat, *can. esto* 41
95. distinct., & qui dicit quod vult, au-
diet quod non vult *cap. Ecclesiam §. qui-*
bus autem 13. quæst. 1., can. iniquum 32.
quæst. 5. & multa ad propositum *Gratiā.*
discept. farens. cap. 284. nu. 19. & seqq.
Quinimò Aduocati, qui verbis iniuriosis 42
vtuntur, efficiuntur infames, quasi pu-
tent non ratione, sed probris esse certā-
dum, vt deducitur ex verbis dictæ *L.*
quisquis C. de pastult. Xamar. de off. Iud.
& Aduoc. d. par. 2. quæst. 1. nu. 20. cum
duab. seqq. Franc. Mar. Prat. in suis ob-
ser. obseru. 33. ex nu. 61. cum seqq.

Benè verum est, quod Aduocatus faci- 43
ens petitionem iniuriosam, non punitur,
quia officium suum non debet ei esse
nocinum *l. fin. ff de Inoff. test.*, cum pro-
testatione tamen, quod non intendit in-
iuriare *Clar. in §. final. quæst. 52. nu. 4.*
Ceuall. Comm. contra Comm. quæst. 32.
in fi. cum Aduocato liceat conuicia dice-
re, quantum poscit vtilitas causæ *d. L.* 44
quisquis C. de postul. Grat. discep. 81. n.
18., & 19., sicuti etiám in iudicio obij-
ciens verum Crimen ad proprij Iuris
comprobationem, non tenetur actione
Iniuriarum, de qua re latissimè idem 45
Gratian. d. cap. 81. per tot. signantér ex
nu. 5. & quæ differentia sit ioter verba,
Tu mentiris, & *tu dicis falsum*, ibidem
latè exagitat:

Cætera verò Aduocatorum requisita,
qui-

46 quidué agere debeant, vt sibi immortalem gloriam parent, habes in Apologia *Deciani* pro iuris prudentibus impressa post 5 *tom suorum Consil.*, ibiq; dicta ad vnguem obseruanda, ne aliàs iterum incidant Professores in antiquum nomen Rabulæ, vel quasi radant, & offendant verborum multiloquio Audientium aures, vt obseruat *Cuiac. lib. 4. obseru. cap.* 40., vel tanquam canes Rabidi in Curijs oblatrent, cum diserti sibi non videantur, nisi omnia tumultu, & vociferatione conuulserint, vt relato *Cicerone*, & *Quintiliano* admonet *Gratian. discept. forens cap. 186. num. 59. & seqq. Tyraquell de Nobilit. cap. 29. nu. 8., & seqq.* vbi elegantissimè iuxta morem multa de similibus Causidicis, ac litium Redemptoribus cumulat *D. Paul. Xamar. d. par. 2. qu. 1. de Offi Iud. & Aduoc. num. 27.*

Quæ si perfectè obseruabuntur, mul-
47 tùm Professores Aduocationi debebunt maximamque ex illo munere percipient laudem, vt de se ipso elegantèr dicit *Fontanell. decis. Cathalon. 567. ex num.* 4. gaudebuntque omnibus priuilegijs, quæ tantùm disertis Aduocatis, ac Iuris professoribus litteratis tribui solent, de qua re latissimè *Gratian. discept. forens. cap.* 186. *per tot* vbi multa contra Tales imperitos, & ignaros; & quisnam erit dignitatum gradus, ad quem docti Aduocati omni tempore non ascenderint; ex ipsorum enim ordine apud Sæculares Principes, nonnè Consiliarij, Præsidentes, Collaterales, Magistratusque Supremi, Regnorum, Prouinciarumque Legati in dies virtute Duce, comiteque etiam fortuna videntur; apud Ecclesiasticos verò Principes, à quibus non fortuna, sed virtus fronte capillata excipitur, ex hoc
48 ordine nunquam satis laudati, ac omni æuo memorandi, & ægregij egressi leguntur Viri, vtriusque Signaturæ Referendarij, Sacr. Rot. Auditores, Cam. Apost. Clerici, Cardinales, ac summi Pontifices eximij.

Hæc de iuris prudentia, sed quid di-
49 cendum de Medicis, adhuc, & ipsi summoperè aliquandò corripiuntur, & auaritiæ titulo notantur, & ob hanc causam *Aesculapium* Medicinæ parentē ab Ioue 50
fulmine percussum *Pindarus* scribit, & de *Carmide* olim ægregio Medico, qui ingentes summas ad homines salui restituendos paciscebatur, & de *Petro Apponense* Bononiæ Medico ad Honoriū Pontificem maximum á morbo curandum accersito, diurnas operas aureis quadrigentis locasse, refert *Reyzius decis. Lituanica* 1. *ex num.* 178. vsque *ad nu.* 182., adeo vt conspiciatur verum axioma illud, *dat Galenus opes*; Nostra verò 51
tēpestate Medici liberaliores sunt, quicquid dicat *Reyz.* vbi suprá, licèt æmulam, ac malitiosam Medicorum inuidiam appellet *Alphenus Iuris Consult. in L. Medicus ff. de oper. libert. Anneus Robert. rerum Iudic. lib. 1. cap.* 5. De medicorum nobilitate scribit *Tyraquell. in eodem tract. de Nobilit. cap. 31. per tot*, vbi iuxtà morem singularia cumulat, quodque 52
apud Ægyptios singulorum morborum, singuli fuere Medici, refert *Herodot. Alicarnassæus in Euterpe*, quasi quod omnium morborum scientiam tenere, & nosse remedia, non vnius sit hominis, quod hodie non seruatur, quinimò multas esse gentes, qui Medicorum opera non vtuntur, *Anneus Robert. rerum Indic. d. cap.* 5. Olimque artem Medicinę apud Romanos sexcentos annos fuisse inuisā, & prò perniciosa habitam, ideòq; Æsculapio extra mœnia sacram ædem constitutam post Marci Catonis è Roma discessum, author est, *Anneus Robert. rerum Iudicatarum d. cap.* 5., & latiùs *Plinius*, qui deindè miratur, quomodò cui libet se medicum professo ita facilitér creditur, cum sit periculum nullo mendacio maius; sed ista non intuentur Homines, adeò blanda sperandi pro se Cuiq; dulcedo est, nec mirum cum Medicorum singulare sit, vitiom, famam, nominis nouitate aliqua aucupari, vt bene *Reyz. d decis. Lituan.* 1. *nu.* 82. *&* 83 impress. post *decis. senat. Pedem. Osaschi Caccherani.*

Sed quicquid vana voluerit Antiquitas, certè Ego sentio, Medicos Reipublicæ 53
vtilissimos esse, vt benè *Anne. Robert. d. cap. 5. rerum Iudic. lib.* 1., & quid aliud fortassè indicauit Antiquitas, Esculapij

simulacrum ex auro, & ebure, nisi Me-
54 dicinæ præstantiam, ad quid? ante eius-
dem pedes depingebatur Carulus, nisi
quia Medicus morbos oblatret, vti Vale-
tudinis Custos, ad quid? Laurea Corona
donabatur, ne ex ingenti morborum ne-
quitia corpora, Medicorum ope vince-
rentur; ob hoc apud Syconios Æsculapius
sceptrum gerebat, vt & Reges Medicis
indigere constaret, & Appollinis filius
meritó Æsculapius dictus, cũ Græco no-
mine, Apollo, destructorem significet, fi-
lio virtutem præbens morbos scientia
medica destruendi, nisi credamus *He-
schino* Poetæ volenti Medicinæ, Paren-
tem fuisse Prometheum, qui é cælo ignẽ
55 rapuit, vt hominem animaret, quasi
quod Medicus vitales virtutes ferè ex-
animes animatas reddat, de qua re latis-
simè *Tyraquell.* vbi supra.

56 Hæcque Medicorum necessitas est
adeò præcisa, vt in iure insipiens existi-
metur ille, qui ad morbos curandos, Me-
dicos non accersat, vt laté hinc inde
discutit *Royz. d. decis. Lituanica 1. num.
63.*, *& num. 86. & seqq.* quicquid ipse
per discursum elegantér in contrarium
57 demonstret, sicuti, & furoris signum di-
iudicatur, Iurisperitum in testamenti cõ-
fectione non adhibere, vt per *Text. ce-
lebr. in l. penult. §. filij ff. de legat. 2. Luc-
cas de Penn.*, & alij apud *Boer. decis. 23.
num. 74. vers. Quinimò stultus diceretur.
& per tot.*, vbi notabilia etiam habes
ad materiam probandi furorem, vel de-
58 mentiam, de qua re vide *Mascard. de
probat. conclus. 824.*, *& 826. per tot.
Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt.
45. Tusch. in suis conclus. verb. furiosus
conclus. 541. Maceraten. Variarum lib.
2. resol. 59. cas. 23. Magon decis. florent.
97. per tot. Valenzuol cons. 31. per tot.
lib. 1. Rot. decis. 638. par. 1.*, *& decis.
107.*, *& 129. par. 2. diuers.*

59 De Medicina veró Empyrica, seù de
illius Professoribus, qui conceptis præ-
cum, & verborum formulis, morbos Cu-
rare profitentur, tractat elegantér *Anneus
Robert. rerum Iudicat. lib. 1. cap. 5. per
tot.* vbi hinc inde ponit controuersiæ
rationes inter ipsos, ac veros Medicos,
qui per artis, ac scientię Methodum me-
dentur, & quod Empyrici sint Reipu-
blicæ perniciosi, nisi fuerint approbati
refert arrestum Senatus, & erudité ma-
teriam dilucidat, multarumq; Gentium
mores circa Medicinæ vsum recenset.
quiué sint effectus mirabiles Musicæ,
aliarumque rerum, occultam fortitàn ad
morbos curandos virtutem habentium,
multaque alia Curationum genera com-
memorat.

In his veró, quæ magis præcisè ad ius 60
nostrum pertinent, videas quæstiones
medico legales *Zacchia*; *Acarazam de
partu legitimo, & naturali*, qui siquidem
est tractatus eruditissimus, & quomodò
teneantur de Imperitia, quomodò illis
debeatur salarium non conuentum, quã-
do promissiones inter ipsos, & ægrotum
initæ substineantur, vide *Hartamand
Pistor.* vbi infra prò resolutione multo-
rum casuum, ad materiam videas *Royz. d.
decis. Lituanica 1. ex num. 63.*, vbi quod
homicida dicitur, qui imperitum Medi-
cum ægro exhibet; Quinimò quod Ma- 61
ritus vxori ægrotanti indoctum Medicũ
adhibendo, lucro dotali priuetur, habea-
turque ęquè ac ipsam proprijs manibus
occidisset, id quod etiam firmant multi
DD. in L. si ab hostibus ff. solut. matrim.,
& præter singularia á *Royzio* adducta,
expendo etiam *Gaillum obseruat. lib. 1.
obseruat. 43. num. 13.*, *& lib. 2. obser.
111. ex num. 24. cum seqq.* vbi latè de
mortuo ob medici imperitiam, & plenè
*Hartamand Pistor. practicar. forens. lib. 2.
Miscellaneorum cap. 1. obseru. 19. per tot.*
& videas etiam circa hoc *Rot. apud Bu-
ratt. decis. 274. num. 18.*, *& decis. 752.
num. 3.*, *& seqq.*, & quandò vulneratus 62
dicatur mortuus ex vulnere mortali, &
an hoc debeat probari Iudicio Medico-
rum, vide latè *Ludouic. Bolognin. cons. 5.
ex nu. 1. cum seqq.*, *& nu. 4.*, vbi ponit
quęstionem de Medico, qui promisit cu-
rare aliquem à podagra, an debeat habe-
re salarium, si podagra recesserit, & po- 63
stea reuersa fuerit & distinguit, àn Reuer-
sio fuerit sequuta ex noua causa, vel ex
antiqua, *Tyraquell. de Nobilitat. cap. 31.
num. 398. in fine.*

AR-

ARGVMENTVM.

De Calumnijs in quas incurrunt Administrantes Pecunias Fiscales, & multa de Thesaurarijs Principum, & de priuilegijs eorum, qui cum Camera Contrahunt.

SVMMARIVM.

ADministrantes Fiscales pecunias, si diuites euaserint, præsumitur euasisse ex propria industria num. 1.

Quadrupli pœna plectuntur, qui pecuniam ad militum stipendia destinatam minuerint, & ad proprium lucrum conuerterint num. 2., & exemplum cuiusdam Balbi, qui grauiter ex hoc fuit punitus affertur num. 3.

Thesaurarij nostri temporis non incidunt in pœnas peculatus, & lucrum factum ab ipsis eisdem acquiritur num. 4.

Pecunia ad manus Thesaurariorum modernorum peruenientes, transeunt in eorum dominium num. 5.

Priuilegium primipili quid sit, & an hodiè Fiscus, & Thesaurarij illo potiantur, n. 6 & 7.

Priuilegium potioritatis, & primi pili, quatenus competeret Fisco ex speciali iure, obtineret tantum in concursu cum Creditore simplici, secùs cum Creditore priuilegiato, num. 8.

Regina concurrens ex causa crediti primipilaris ob malam administrationem Thesaurarij cum creditoribus priuilegiatis ex causa tutelæ, non potuit in Sac. Cons. Neap. obtinere num. 9.

Quæstores pro expectatione debitorum fisci aliquid accipientes, committunt vsuram, & quarè num. 10.

Thesaurarij quando incidant in L. Iuliam de Residuis, & in L. Iuliam peculatus discutitur num 11. & 12.

Crimen peculatus intrat tantùm in Administratore, non autem in simplici Custode num. 13.

Pœna de Residuis, & pœna peculatus quomodo inter se distinguantur num. 14.

In pœnam peculatus, an incidant Regum Ministri, qui publicas pecunias tardiùs soluunt nu. 15 vbi etiam quomodò teneantur in conscientia.

Dicta de Thesaurarijs obseruabantur olim in Antiquis susceptoribus & Archarijs, qui ex licētia Comitis largitionum Ærarij publici administrationem habebant: num. 16.

Munus Comitis largitionū fuit Nobilissimū, illique comparatur, quod hodie Neapoli exercetur ab equitibus, qui appellantur Thesaurarij num. 17.

In Vrbe Roma totius Orbis Regina, Thesaurarij munere non decorantur nisi Prælati, Cameræ Apostolicæ Clerici, nobilitate, ac doctrina conspicui num. 18.

Laudatur Emin ētiss. D. Iacobus Franzonus iàm dudùm Cameræ Apostolicæ vigilantissimus Thesaurarius num. 19.

Thesaurarij, quomodò interuenire, & votare debeant in contractibus rerum fiscalium num. 20.

Thesaurarij prohibentur habere partem, & emere vel per se, vel per alios effectus fiscales, quod seruatur in omnibus alijs Officialibus num. 20., & 21.

Crimen peculatus committitur tàm in pecunia incorporata Fisco, quàm in non corporata nu. 22.

Pœna quænam sit in pecunia incorporata, & non incorporata nu. 23.

Ponderatur tex. in l. 1. ff. ad l. Iul. peculat. nu. 24.

Fraudans gabellam impositam à Principe dicitur intercipere, & auferre, & incurrit in confiscationem mercium ratione contrabanni, & dominium ipsarum ipso Iure acquiritur Principi nu. 25. vbi expenditur tex. l. commissa ff. de Publican. & Vectig. latè ibidem.

Principi competit remedium rei vindicationis merciū asportatarū di Cōtrabando nu. 26.

Ad effectum declarandi commissum, non expectatur diet sententiæ declaratoriæ, vel quod Fiscus actualem possessionem aprahendat, & de ratione, nu. 27.

In registro mercium, quæ deferūtuur in Naui, ex quibus debet solui gabella, nisi sint fideliter adnotata in eo, merces

in commissum incidant nu. 28.

Affectus licèt inattrocissimis puniatur non non sequuta effectu, fallit tamen regula ratione fraudum, quæ committi solēt in directibus debitis Principi n 29.

Ratione publica vtilitatis licitū est recedere à regulis Iuris Comm. nu. 30.

Ponderatur tex. in l. hac lege ff. ad l. Iul. peculat, & expēdūtur ipsius verba n. 31

Expenditur dictum Gellij nu. 32.

Crimen peculatus pluribus modis committitur sub nu. 33.

Ad materiam nouissimè adducitur, & laudatur Serafinus Massinus in tract. de confisc. bonor.

§. DECIMVSOCTAVVS.

1 ILLI quoque, qui pecunias fiscales, publicasq; administrant, magno sunt suppositi detractionis periculo, cum regulariter nihil habentes, paruo tempore diuitijs pleni, fortuneque bonis affluentes conspiciuntur, & tamen præsumptio est, ad Criminis suspicionem excludendam, ex propria industria diuites euasisse, licèt Principis, vel alterius negotia administrassent, iuxta tradita per *Bursat. consil.* 209. *ex num.* 24. *cum seqq Rot. apud Duran. decis.* 362. *ex nu.* 1. *cum seqq.* Qui veró fiscalem pecuniam

2 ad militum stipendia destinatam extorserint, & per fraudes eorum, vel minuerint stipendia, vel ad proprium lucrum conuerterint, & Officij priuatione, & quadrupli pæna plectuntur, ad *Text. in L.* 2. *vers. nam si vsurpauerit C. de Off. præfecti Prætorij Africa*, vbi *Albericus* affert exemplum illorum, qui supponunt Milites, & vigintiquinque V. G. dicunt esse, cum tamen non sint plus, quàm viginti, hocque summoperè esse aduertendum, quia ob hanc Causam sepe sępius aduerso Marte certatur, cum stipendia indiminutè soluta, Imperio incolumitatem pariant, quod prospiciens *Augustus*, ærarium militum nouis vectigalibus auxit, vt Author est *Suetonius* in eius vita *cap.* 44. *Alexand. ab Alex. dierum genial. lib.* 2. *cap.* 2. inde Romani, Proconsules, Quæstoresq; in Prouincias mittebant, ne in stipendijs militibus distribuendis, quid fraudis, delictique intercederet, ob quam rem grauitèr fuisse 3

punitū quendam Balbum Magnū Quęstorem, legitur apud *Cicer. Familiar. lib.* 10. *epistola* 31., & aliud notabile exemplum contrá quendam Franciæ Capitaneum Generalem ob hoc strangulatum, refert *Cassane in Cathalog. glor. Mund: part.* 6 *Consideraț.* 19., *& de* Sultano Selymo, qui acritèr animaduertit in Quendam militum Ducem, eo quod in parte stipendia militibus defraudaret, refert *Paul. Iou. hystor. lib.* 18., *aliaque* ad materiam refert *Surgens de Neap. Illustrata in adnotat. fol. mihi* 337. *circa med. Leotard. de Vsur. qu.* 39. *ex n.* 42. *&* 48.

Thesaurarij veró nostri temporis, non sunt veluti Thesaurarij antiqui, laté *Gratian. discept. forens cap.* 304. *ex num.* 20. *cum seqq.* nec incidunt in pænas peculatus, vel de residuis, & lucrum factum ab ipsis, eisdem acquiritur, & non Principi, & pecuniæ in eorum manibus 4

solutæ à Principis debitoribus, in eorum Dominium transeunt, vt firmat *Alciat. cons.* 100. *per tot. Bursat. consil.* 325. *nu.* 26. *lib.* 3. *Peregrin. de Iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 11. *Menoch. de arbitrar. Casu* 586. *num.* 25. *nouissimè Marcian Iun. disput. forens.* 47. *ex nu.* 48. *Capyc. Latr.* 5

consult. 33. *num.* 26. *lib.* 1., quàm tamen propositionem Reipublicę perniciosam, dicit *Leotard. de Vsur. d. quæst.* 39. *num.* 47. *vers.*, *& notandum est*, materiamq; Egregié prosequitur, *nu.* 48.

An fiscus hodiè habeat potioritatem ob malam administrationem Thesaurarij, & intret eius fauore priuilegium primipili, vide *Peregrin. de Iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 42. & sequen. *Carleual. de Iudic. disput.* 19. *num.* 6. *lib.* 1. *Petr. Barbos. in l.* 1. *par.* 6. *ex num.* 4. *ff. Solut. Matrim.* Et quod nā dicatur priuilegiū 6

primipili, & àn fiscus præferatur doti, ratione priuilegij primipilaris, latissimè *Francis. de Alpharo de offitio fiscalis, priuileg.* 21. *glos.* 16. *nu* 94. *Gregorius de Ganauerro in suis Consilijs post decis. Cam. Neapol. impressis cons.* 2. *num.* 46., *&* 47.

Ve-

7 Veritas tamen est , quod hodiè The-
saurarij non gaudeant priuilegio pri-
mipili , & quarè, vide *Francisc. de Ponte*
de Potest. Proreg. de Regulandis imposit.
tit. 4. §. 8. num. 18. Mugnoz. de ratio-
cin. cap. 39. num. 10. in fi. Mastrill. de
Magistratib. lib. 5. cap 9. num. 91.,
vbi multa ad materiam Thesaurariorum
Principum , eorumque Iurisdictionis ,
Gait. de Credito cap. 4 quæst. 11. nu. 1909.
Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 2.
part. 3. num. 8., *& seqq.*, *& num. 12.*
refert *Camill. della Ratha consil. 80. per*
tot., & nouissimè eandem materiam di-
scutit *Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 3 qu.*
94. Marcian. Iun. d. disput. 47. ex n. 48.

8 Quatenùs tamen fiscus haberet ex
suo Speciali Iure priuilegium potiorita-
tis, ac primipili, quod tamen satis con-
trouertitur inter *DD.* proximè allegatos,
illud tantum competeret in concursu cũ
Creditore Simplici, ac priuato, secùs in
concursu Creditoris priuilegiati , vt po-
tè ex causa Tutelæ, Minoris , Ecclesiæ
&c. ita explicant *Mantic. de Tacit.*, *&*
ambig. lib. 11. tit. 25. ex num. 9. cum
seqq. Castill. Quotid lib. 3. cap. 4. num.
24. Carleual. de Iudic. lib 1. disput. 3 ti
num. 2. vers. succedit igitur , & disput.
34. num. 17. Constant. ad tres libros Cod.
ad l. 1. tit. de Iure fisci num. 17. & seqq.,
9 & in terminis Regiræ Concurrentis ex
causa crediti primipilatis ob malam Pri-
mipili administrationem cum quibusdã
Creditoribus anterioribus ex causa tu-
telæ , & sic priuilegiatis, refert contrá
Reginam iudicatum per Sacr. Cons.
Neapolitanum, *Capyc. decis. 129. per tot.*
signanter ex num. 6. cum plurib. seqq.

Quod Quæstores , & Ministri Princi-
10 pum pró expectatione debitorum fisci
aliquid accipientes, vsuram Cõmittant
ex quo in illa expectatione, inest mutuũ
virtuale, discutit *Molina de Contractib.*
disput. 313., *cum alijs. per Leotard. de*
Vsur. quæst. 39. num. 42. cum seqq. vbi
multa de Thesaurarijs Principum , &
quandó , & quomodó teneantur ad In-
star Tutorum , vel negociorum gestorũ.

11 Rursus prædicti aliquandó tenentur *l.*
Iulia de Residuis. aliquandó crimine pecu-
latus, in primũ. n. Caput incidunt, si pecu
niam fiscalem ad certum vsum destina-
tam retinuerint , & non Consumpserint
iuxta *Text. in l. 2.*, *& in l. 4. §. L. Iulia*
ff. ad l. Iuliam de resid. vbi glos., *Iason.*
cons. 111. num: 4. vers. nec etiam potest
lib. 1. Ruin. consil. 143. nu. 7. & sequent.
& num. 25. lib. 5. Menoch. de arbitrar.
cap. 186. num. 33. in fi. Cepoll. cons. 39.
in 3. dub. num. 25. Decian. tract. Crim.
cap. 31. de Resid. lib. 2. Caball. cas. 99.
nu. 33., *& 46.*, vbi quod hi mulctan-
tur in 3. parte plus debito, *Catheran. de-*
cis. 70. num. 9. Leotard. de Vsur. quæst.
39. num. 47. & 48. San Felic. decis. 285.
ex num. 2. 15. 23., *& seqq. par. 2.* vbi
latissimè materiam distinguit , *De Ponte*
Consil. 22. per tot. lib. 1.

In secundum veró peculatus caput
incidunt, qui pecuniam publicam in vsũ 12
proprium conuertunt, quæ tamẽ in cer-
tũ vsum erat ærogada , ad *Text. in l. Sa-*
crilegij 9 §. final. ff. ad L. Iul. peculat.,
quam licèt aliqui interpretentur de re-
siduis , tamen veritas est in contrarium,
vt benè perpendenti patebit, & deduci-
tur ex eadem *l. §. etiam quoque & § La-*
beo, & §. 15. autem & ibi comunitèr te-
nent *DD.* hoc casu committi furtum &
intrare Crimen peculatus , dummodò
versemur in Administratore, licèt secùs 13
esset in simplici Custode, vt distinguit
Accurs. in d. l. Sacrilegij §. cum qui, ver-
bo, *quilibet, Caball. d. cas. 99. num. 10.*,
& nu. 31. & 32., & ægregiè distinguen- 14
tem inter pænam de residuis, & pænam
peculatus , vide Matthiam *Vssembec. in*
paratil. seù Comment. Iur. Ciuil. in tit.
ad l. Iul. peculat., cuius verba tanquam
singularia, adducit D. *Fab. Capyc. Galeot.*
respons. fiscal. 22. per tot. signantèr *num.*
32., & materiam etiam latè discutiunt
Peguera decis. 27. num. 5. vers. Tertius
Casus est, Giurba decis. 88. num. 6. Fari-
nacc. de furt. quæst. 171. num. 63. vers.
contrariam par. 3. Mastrill. de Magi-
stratib. lib. 6. cap. 8. ex num. 71., *&*
seqq. tom. 2. de Ponte decis. Sacr. Cons.
Collateralis Neapolitani 7. per tot. si-
gnantèr *post num. 30. ante fin.*, vbi dicit
in Crimine peculatus, esse impositam
pænam

pænam capitis, ideſt pænam mortis naturalis, vt explicat *Afflict. in conſtit. Regni Officialis Reipublica poſt num. 2. vers.* & dico vnum, *S. Felic. decis. 166. ex num. 3. cum seqq. par. 2.*, & multa alia ad intellectum *text in l. 2.C. de ijs qui ex public. ration. mutuas pecun. accepere lib. 10.*, & *in l. ſciant Iudices C. de ijs qua ex public. Collat. illata sunt non Vsurpand. lib. 11.* deducit de *Ponte d. decis. 7. num. 30. in fi. S. Felic. d. decis. 285. per tot. par. 2.* Quinimò Regis Miniſtros, qui publicas pecunias negotiationibus
15 occupant, & ob eam Cauſam tardiùs ſoluuntur cum maxima iactura Creditorũ, qui ſæpé ſæpiùs eorum Chyrographa minori prætio vendere compelluntur, *in l. Iuliam peculatus* incidere firmat *Leotard. de Vsur. quaſt. 39. num. 47.*, vbi quomodò teneantur in conſcientia, ſed vt dixi, hæc omnia procedunt in antiquis ſuſceptoribus Archarijs, & ſimili-
16 bus, qui ærarij publici adminiſtrationem habent cum licentia Comitis largitionum, vt poſt alios *Gratian. d. cap. 304. num. 20.*, *& seqq.*

Comitibuſque largitionum, quorum munus Nobiliſſimum eſt, comparantur hodiè Etuites, qui Neapoli Theſaurarij appellantur, in quibus Principis Supre-
17 mi conſideratur Generoſitas, dum eorũ fidelitati ſuum Committit Ærarium, & in Vrbe Roma totius Orbis Regina hoc titulo non decorantur, niſi Prælati, Cameræ Apoſtolicæ Clerici Nobilitare, doctrina omnium aliarum virtutum de-
18 core Cõſpicui, prout præfatũ munus magnificentiſſimè exercuit Eminentiſs. D. Iacobus Franzonus Nobiliſſimus ex Sereniſſima Republica Ianuenſi, & in
19 quo non ſolum ergá Principis ſeruitium mirabilis vigilantia, ſed etiam in iure dicendo, ac Iudicando eximia doctrina, ingenij venuſtas, iudicij grauitas, cæterarum virtutum nunquam ſatis laudatus cumulus mirificé ſplendeſcit.

Quomodò verò Theſaurarij interue-
20 nire, & votare debeant, in locatione, & venditione rerum fiſcalium, & ipſi prohibeantur partem habere, vel pro ſe emere, vel per aliam perſonam, prout regularitèr prohibentur omnes alij Officiales adminiſtrationem habentes, & an admittatur diſtinctio inter Officialẽ temporalem & perpetuum, vide *San Felic. decis. 170. in additionib. nouiſs. impreſs. poſt 2. tom. ex fol. 5. vsque ad 25.*
vbi imprimi Curauit doctiſſimas allega- 21
tiones quondam eximij I.C. Fabij Marcheſij.

Inſuper in materia, peculatus aduertas, quòd crimen peculatus committitur tám in pecunia incorporata fiſco,
quàm in ea non adhuc incorporata cum 22
diſtinctione tamen, quòd quandò committitur in pecunia incorporata pæna eſt
quadrupli vltra corporalem, & quandò 23
committitur in non incorporata pæna eſt dupli vltrá corporalem iux. *tex. in l. aufertur §. qui aliquid ff. de iur. fisc.* Ibi. *Qui aliquid sciens in fraudẽ fisci suscepit, non solum rem, in qua frandis miniſterium suscepit, sed alterum tantùm reſtituere cogitur*, *& in l. qui in contract. Cod. eod.* Ibi. *Qui in contractibus sceleſtis, ac fisco perniciosis interuersor maculis se fraudibus implicuerit, quadrupli redhibitione teneatur & in l. in fraudem §. Conductor ff. eod.* Ibi. *Conductor ex fundo fiscali nihil transferre poteſt, nec cupreſſione materiam vendere, vel oliua non subſtitutis alijs, cæterasq; arbores pomiferas cadere, & facta eius rei aſtimatione in quadruplum conuenitur.* Vbi. *Glos. in verb. quadruplum* ità dicit. *In non acquisitis fisco duplum, in iam acquisitis quadruplum*; quam diſtinctionem ſequutus fuit. *Farinac. quaſt. 171. num. 8. Decian. in suis tract. crimin. lib. 8. cap. 28. num. 2: & 5. Caball. cas. 99. num. 27. & & seqq. Guttier. in sua prax. crimin. qu. 169. in fin. Guazz. de confisc. bonor. conclus. 12. ampliat. 33. nu. 8. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 586. num. 7. & seqq. Reg. S. Felic dec. 285. num. 57. & 58. Capyc. Latr. consult. 33. nu. 21. Capyc. Galeot. allegat. fiscal. 23.*

Secundò adnota diſpoſitionem tex. in
l. 1. ff. ad Iul. peculat. Vbi Vlpianus 24
itá inquit. *l. Iulia peculatus cauetur, nequis ex pecunia Sacra, Religiosa, Publicauè auferat, intercipiat, vel in rem suam ver-*

tat

tat, nenè faciat, quod quis auferat, intercipiat, vel in rem suam vertat; Ex quibus verbis prohibita videtur sub pœna peculatus interceptio pecuniæ publicæ, vel quòd Alij ipsam intercipiant, vndè si quis fraudat gabellam impositam à Principe, dicitur intercipere, & auferre & incurrit in confiscationem mercium *Vulgo dette di contrabando*, & dominium ipsarum ipso iure acquiritur Principi, cui erat debita gabella ad *tex. in l. commissa ff de publican. & vectig.* Ibi. *Commissa vectigalium nomine etiàm ad haerdes transmittuntur*; *Nàm quod commissum est, statim desinit eius esse, qui crimen contraxit, dominiumque rei vectigali requiritur*, & comprobatur *ex tex. in l. 2. & 3. Cod. de vectigal. & commis.*; Itá quòd tale commissum fiat ipso iure ad Principis fauorem, iux. tradit per *Farinac quast. 173. num. 3.*, vbi plures allegat, *Peregr. de Iur. fisc. lib. 4. tit. 5. nu. 15. Carpan. super nouis constit. Mediolan. in cap. omnium nu. 590. Guazzin. de confisc. concl. 15. num. 11. & 12. Lucan. de fisc. par. 2. nu. 8. Franc Alphar. de offic. fiscal., & fiscal priuileg Glos. 20. §. 3. num 63.*

25

26 Ac proptereá competat Principi remedium rei vindicationis dd. mercium asportatarum *di Contrabando* ex doct. *Bart. in l. commiss. ff. de Public., & vectigal Aymon. cons. 115. num. 1. Rolan. cons. 42. num. 1. lib 3.*, Nec ad effectum declarandi commissum, debet expectari dies sententiæ declaratoriæ, bona incidisse in commissum, vel quòd fiscus corùm actualem possessionem apprehendat, ex quo Principi á die commissi delicti, ipso iure dicitur acquisitum ius confiscationis, ad in puncto tradit. per *Gabriel. lib. 7. de criminib conclus: 12. n. 10. Guaz. d. conclus. 15. num. 17.*; Et obseruatur in praxi, quòd si in Registro mercium, quæ deferuntur in Nauim, ex quibus debeat solui gabella, si illæ non sint adamussim adnotatæ in eo, statim atque Nauis appulit Portum, merces in commissum incidunt ad *tradit. per Clar. lib. 3. recept. sentent. §. fin. quast. 82. statut. 7. num. 8. Gandin. in tract. de malefic. tit. de reb. portã. contrà debit. n. 6.* latissimé *Franc. de Alphar. in d. suo tract. de iur. fiscal. Glos. 20. §. 3. num. 72.* Qui inquit, quòd hoc est notabile, nam licèt affectus non nisi in atrocissimis puniatur *iux. tex. in l. si quis non dicam rapere Cod. de Episc. & Cleric.*, & *in l. qui autem 3. de his, qui notan. infam.* Ibi. *Non est ea res adeò turpis, vt consilium puniri debeat*; Attamén in hoc casu practicatur contrarium, ne via aperiatur fraudibus, quæ aliàs faciliter committi possent, & ratione publicæ vtilitatis à reg. iur. Commu. deuiare licèt, & prosequitur latè idem *Alphar vbi suprà, & num. 73.* ampliat dispositionem, & in numeris subsequentibus, & *est tex. clarus in l. hac lege ff. ad l Iul. peculat.* Ibi. *Hac lege tenetur qui in tabulis publicis minorem pecuniam, quàm quid venierit, aùt locatum fuerit, scripserit, aliudvè quid simile commisserit*; Vndé exclamat Gellius lib. 11. rerum Gen. cap vltimo contrà Tales per hæc verba; *Fures Priuatorum furtorum in Neruis, atque compedibus Vitam Agunt, fures autem publici in Auro, atq; Purpura gloriosi se ostendunt.*

27

28

29

30

31

32

Tertió notatur, quod crimen peculatus pariter cōmittitur, si quis perforauerit muros Ciuitatis, seù mutauerit aliquā rem in tabulis æreis publicis, vel si quis immiscuerit ferrum, vel quid simile in auro, vel argento consecrato Ecclesiæ *iux. tex in l. qui perforauit, & in l. qui tabulam aream & in l. 1. ff. ad. Iul. peculat.* 33

Et nouissimè ad materiam videas cōgesta per *Seraphin. Massin. in tract. de confisc. bonor. quast. 12. per totam.* 34

ARGVMENTVM.

De Calumnijs eorum, qui in aliorum fraudem, simulationes committunt.

SVMMARIVM.

Rincipibus præstat aliquandò simulare, nu. 1.

Ignarus regnandi est, qui simulare nescit. nu 2.

Multi sunt, qui Bones stimulant

laut, pauci verò Aratores, n. 3.
Donatio iurata Patris in filium irreuocabilis est præsertim si contineat clausulas importantes irreuocabilitatem nu. 4.
Iuramentum tollit patriæ potestatis impedimentum, n 5., & suppletur insinuationis defectus, maximè si illi fuerit renunciatum nu. 6.
Donatio facta filio, irreuocabilis est, in qua Pater sibi vsumfructum reseruauerit, onusq; Fideicommissi iniunxerit, ex quo tunc dicitur translatum dominium in donatarium nu. 7.
Per clausulam constituti, vtraq; possessio transfertur nu. 8.
Donatio à Donatario comprobata, vel per perceptionem fructuum, vel per locationem rei donatæ, fit irreuocabilis nu 9.
Contractus gestus pro se, & persona nominanda, non radicatur in illa persona nominanda. quæ non erat certa, ideoq; retrotractio nō habet locum in præiudicium Donationis, cui fuit ius quæsitum ante nominationem, licèt præcesserit stipulatio prò persona nominanda nu. 10. & 11.
Retrotractio non admittitur in præiudicium Iuris medio tempore alteri quæsiti, num. 12.
Verba prò personis nominandis, resoluuntur in voluntariam conditionem nu 13.
Retrotractio excluditur, quandò sumus in conditione potestatiua, & non causali nu. 14, & de ratione, nu. 15.
Contrarium tamen, si conditio sit causalis, vel mixta, vel nominatio radicaretur in persona nominanda, vtpote si esset certa, nu. 16., & 17.
Nominatione nō sequuta, nisi post sexaginta dies, vel annum, censetur contrahentes vnum facere contractum nu 18.
Creditor posterior ex causa onerosa, præfertur Donatario anteriori ex causa lucratiua, nu. 19. declaratur: n. 20 & 22. & 45. & conclusio non procedit sequuta traditione, & post translatum dominium in Donatarium, nu. 21. & nu. 23, & nu. 46.
Creditor posterior ex causa onerosa, non præfertur creditori ex causa lucratiua habenti hypothecam nu. 24. & 25. & asserentes contrarium non sunt tuti nu. 33.
Donans cum Iuramento, & hypoteca, abdicat à se omne ius, ita vt super re donata amplius disponere non possit nu. 26.
Creditor posterior præfertur donatario anteriori habenti actionem personalem, secùs si hypothecam num. 27. 28. & 58.
Beneficium, deducto ne egeat, competit cui retinet, non autem cui petit nu. 29.
Donatarius habens actionem personalem tantum aduersus Creditores ex causa onerosa, gaudet beneficio deducto ne egeat. n. 30. & quandò hoc beneficium à talibus Creditoribus opponi non possit nu. 31.
Capyciuslatr. reijcitur distinguens, quod tempore concursus Creditorum ex causa lucratiua, & onerosa, sit inspiciendum, an donans sit viuus, vel mortuus: n. 32.
Creditores non possunt opponere beneficiū prædictum donanti, qui à se abdicauerit omne ius, & possessionem transtulerit donatario, maximè si reseruauerit sibi vsumfructum nu. 34. & nu. 35., & quandò secus nu. 36.
Creditor posterior ex causa onerosa, præfertur super bonis donatis, & non traditis nu. 37.
Simulatio non consideratur, vbi non odest causa nu. 38.
Simulationem coniectura non probant, nisi constet de causa, quæ concludenter probari debet nu. 39.
Simulatio excluditur per clausulam constituti nu. 40., & 41.
Simulata non præsumitur donatio facta per annum ante contractum æs alienum num 41. præsertim si fuerit reseruatus vsusfructus donāti nu. 42.
Simulatio non præsumitur, vbi in Instrumenta donationis clausula insolita non continentur, & adsit Iuramentum, & sit stipulata pro se, & hæredibus, & concurrat etiàm qualitas personarum nu. 43. ampliatur etiàm stante sanguinis coniunctione nu. 44.
Donatio simulata præsumitur, quandò ex aliqua parte potest considerari dolus, & datur exemplum allatum per Baldum num. 48.

Do-

Donatio facta palam, non præsumitur simulata, & in fraudem, præcipuè si donatorius sit in possessione nu. 49.
Creditor anterior ex causa lucratiua, & cum hypotheca non præferatur, si posterior ex causa onerosa possideat, nu. 50.
Bona alienata ab eo, cui legitima debetur, remanent penes possessorem à quocumq; onere exempto nu. 51.
Bona prius alienata cedunt in detractiones gronato debitas nu. 52. *& in illis tertij possessores sunt tuti aduersus Fideicommissarios, nu.* 53
Creditor ex causa lucratiua anterior, non præfertur posteriori ex causa onerosa possidenti n 54. *& quandò secùs.* 56.
Donans ante traditionem potest de re donata liberè disponere num. 55.
In hypothecaria, causa onerosa non habet priuilegium prælationis, num. 57.
Donatarius non habet hypotecham sed tantùm personalem actionem nu. 58.
Text. in l. final § lucius Titius ff. de donat non procedit, quando donatario fuit translatum dominium ante debita Contracto, num 59.
Clausula constituti, & reseruatio vsusfructus, operantur nō saluti trāslationē dominij in Donatariū, verū & realē possessionē n. 60. *ideoque ille præfertur posteriori ex causa quantumuis onerosa nu.* 61.
Simulatio clausulas omnes reddit inefficaces num. 62., *& illa interueniens circà principalem contractum influit etiam in ijs, quæ sunt accessoria, nu.* 63.
Simulatio efficit, vt posterior ex causa onerosa, præferatur Creditori anteriori ex causa lucratiua, num. 64.
Simulato quando sit donatio, num. 65. *& quando nō sit quærendum de Causa, n.* 66
Simulatio plenè probatur ex duabus coniecturis, quando concurrit Causa simulandi, num. 67.
Donatio facta filio, ex quo agitur inter sangnine cōiunctos, præsumitur in fraudem, ad euitandam solutionem æris alieni post donationem contracti, nu. 68.
Donatio omnium bonorum præsumitur simulata, nu 69.
Ex possessione rei donatæ penes donātem, deducitur simulationis cōiectura nu. 70.
Coniectura, simul vnita, plenè probant in materia simulationis num. 71.
Donatio ex causa matrimonij, titulum onerosum præsefert. num. 72.
Donatio facta post capitula matrimonialia stipulata, non præsumitur ex causa matrimonij, num. 73.
Donatio facta ex causa conseruationis bonorum in agnatione, & liberalitatis ac amoris Donantis, est pura, cum illa causa censeantur impulsiua, non autem finales num. 74.
Simulationis exceptio non impedit immissionem num. 75. *& quandò secùs. nu.* 75.
Commemoratur, & commendatur decisio Magistralis D. Gregorij de Gonauerra num. 76. *& num* 80 *in fin. & in quibus terminis procedat eod. nu.* 80.
Adducitur doctrina Bart. in l. 1. Cod. de Iur. Fisc. *lib.* 10. *nu.* 6. *&* 7. *asserentis duplicem dari donationis perfectionem, & quomodo procedat. nu.* 77. *vbi perficitur mentio de prænarrato tex in l.* 1. *Cod. de Iur. Fisc. in quò casu procedat & nu.* 78. *vbi de intelligentia tex in §. alia autem, Instit. de donat., & l. si quis argentum § si autem Cod. eod.*
Bona Donantis si deficiant, nil operatur perfectio contractus respectù Donatarij aduersùs Creditores Posteriores ex causa onerosa nu. 79.

§. DECIMVSNONVS.



VAM magnæ sint pœnæ obnoxij, qui ad homines decipiendos multa in simulāt, apud Scriptores satis est cōpertū, licèt aliàs simulatio Princibus præstet, vnde aliquādò notata est *Tiberij* simulata CūctatioDetractantis, quod cupiebat, & *Æneas Siluius in lib. Commentorum* in *resgestas Alphonsi* memorat, ignarum esse Regnandi, qui simulare nesciret, cum commodi maioris gratia, interdùm sint simulanda ea, quæ non magni sunt momenti, vnde; DD. varias simulationum species distinxere; est ergo cum Talibus cautè agendum, cum multi sint, qui Boues stimulant,

A 2 pauci

3 pauci verò Aratores, & iſti appellantur
Leuconis Aſini, quorum oratio diſſen-
tit a factis, & à *Paulo Apoſtolo* appel-
lantur parietes, ſeù ſepulchra dealbata,
nec illis credēdum quia, vt eſt in adagio,
Crocodyli lacrymæ, Beneuolus trucida-
tor, exopicus Gracculus, hæſitantia Can-
toris Tuſſis Simia fucata, Barbatenus Sa-
pientes appellantur, comparanturque
Adulatoribus, & Hypocratis, de quibus
nonnulla ſupra æffudimus.

Quod verò ad ius noſtrum pertinet,
ommiſſis alijs, tantùm arduam quæſtio-
nem exagitabo, ſuper qua Conſultus
prò veritate, An Donatio iurata facta
filio à Patre, qui poſt illam cum Princi-
pis Camera Contraxit, poſſit aliquo pa-
cto cenſeri reuocabilis, vel ſimulata, &
an eadem donatione executa, Credi-
tor poſterior ex Cauſa oneroſa, Donata-
rio ex Cauſa lucratiua præferri deberet,
inſpectis facti circumſtantijs, omnibuſq;
maturè conſideratis, Reſpondi Donatio-
4 nem factam à Patre filio cum Iuramen-
to, alijſque Clauſulis irreuocabilitatem
importantibus, fuiſſe etiam irreuocabi-
lem, ex laté deductis *in Romana Caſa-
lis* 11. *Ianuar.* 1638. *coràm Reuerendiſſ.*
5 *Terracinen.* ex quo per iuramentum
tollitur impedimentum Patriç poteſta-
tis, & ſuppletur etiam defectus inſinua-
tionis, *Rain. conſ.* 121. *num.* 2. *vol.* 1.
Gratian. diſcept forens. cap. 27. *num.* 38.
Rot. apud Seraph. decis. 1184. *num.* 15.,
& par. 1. *recent. decis.* 165. *num.* 3., *&*
coràm Gregor. decis. 391. *num.* 7. vbi ad-
6 dent. *num.* 11. *& decis.* 876. *num.* 2.
par. 4. *diuers.* præcipuè, quandó cum iu-
ramento inſinuationi eſt renunciatum,
vt latiſſimè defendit *D. Ioann. de Xart.*
7 *deciſ. Sardinea* 41. *per tot.*, adeó vt de
irreuocabilitate dubitari non poſſit, ma-
ximè cùm & ipſemet Pater ſibi vſum
fructum reſeruauerit, onuſq; fideicomiſ-
ſi in eadem Donatione filio iniunxerit
prò conſeruatione bonorum donatorum
in familia, & hæredibus, & filijs ab ipſo
Donatario naſcituris, prò quibus eadem
donatio fuit ſtipulata, proindeque do-
minium, & poſſeſſionem bonorum do-
natorum in Donatarium fuiſſe tranſla-
tam. *Rot. in Romana fideicomiſſi. de ſpiri-
tib.* 17. *Februar.* 1645. *§. tum partis di-
ſpoſitiua cum ſeqq. coràm R. P. D. Bichio
& in Regien. bonorum* 23. *Februar.* 1646.
§. quod autem & fuerit vers. 7. *quod
idem reſeruauit*, confirmata 23. *Ianuar.*
1647. *coràm Eminentiſſ. D. Cardinalis Cor-*
rado, iuncta clauſula conſtituti, per quam 8
vtraque poſſeſſio transfertur, *Molin. de
Primogenit. Hyſpan. cap.* 2. *nu.* 4. *cum trib.
seqq. Tyraquell. & alij apud Poſt de manu-
ten. obſeru.* 20. *n.* 9 *&* 10. *Rot poſt d. tract.
decis* 524. *n.* 1 *& coràm Duran. decis.* 267.
n. 13 *& ſeqq.* eademq; poſſeſſio fuerit á
Donatario comprobata, dum, & ipſe ex 9
bonis donatis fructus percepit, illaque
etiàm pluries locando, ex adductis per
Rot. poſt eund. Poſt. decis. 651. *nu.* 1.

Non obſtat, quod Donatio de quà agi-
tur tanquam facta de anno 1642. debeat
cenſeri poſterior ad Iura Cameræ, cum
Donator fuerit admiſſus, & nominatus
in Socium in appaltu Dohanæ Apoſtoli-
cæ vigore Contractus cum Camera initi
de anno 1640. á Dominis NN. prò ſe,
& perſonis nominandis, ſicq; virtute re-
trotractionis haberi debeat æquè ac ſi ex
tunc fuiſſet obligatus.

Túm quià in Inſtrumento inito cum 10
Camera non fuit tributa facultas nomi-
nandi indefinité, & quandocumq; ſed
ſtipulatio fuit prò ſe, & Socijs, quos no-
minare libebit, vnde dici nō poteſt Emp-
tores habuiſſe animum radicandi Con-
tractum in perſonam nominandam, quæ
non erat certa, vt benè conſiderat *Hodi-
ern. ad Surdi decis.* 226 *nu.* 1. & 4. & cum
contractus principalitèr remanſerit ra-
dicatus in Perſonam primorum ſtipula- 11
torum, eorumq; commodum, nullatenus
ſequuta nominatione, ex ſpontanea vo-
luntate, & illorum beneplacito in præiu-
diciū Donatarij, cui ante nominationem
Donatoris fuit ius quæſitum, retrotractio
locum habere poterit, ita in puncto con-
cludunt *Mantic. de tacit.*, *& ambig. lib.*
4. *tit.* 22. *nu.* 10. *Hodiern. ad Surd. d.
decis.* 226. *n.* 4., *cum* in voluntarijs Retro- 12
tractio in præiudicium Iuris medio tem-
pore alteri quæſiti, minimé admittatur
Mantic., *& Hodiern. loc. ſupra citat.*

Alex-

Alexand. cons. 232. *n.* 6. *& 7. lib.* 6. præ-
13 cipuè cum verba illa *prò personis nomi-
nandis* resoluuntur in voluntariam condi-
tionem, quatenus emptoribus nominare,
vel non nominare placuerit, vt per *Frecc.
de subfeud. quæst.* 44. *num.* 3. *fol. mihi*
246. *Alexand. d. consil.* 232. *nu.* 4., &
14 consequenter cum non simus in conditio-
ne casuali, sed in potestatiua, omnimodò
remanet exclusa retrotractio ad contra-
ctũ in præiuditium Donatarij donationẽ
cum hypotheca habentis ante conditio-
nis, vel nominationis existentiam, iuxta
text. in l. qui balneum §. 1., *& l. potior ff.
qui pot. in pign. hab. Paris. cons.* 11. *num.*
69., *& seqq. lib.* 1. *Alex. cons.* 25. *nu.* 5.
lib. 3. *Negusant. de Pignorib. par.* 5. *mem-
br.* 2. *num.* 9. *in* 16. *ampliat. vers. secus
autem, Menoch. cons.* 851. *nu.* 37., *&* 38.
Gabr. cons. 141. *n.* 8. *lib.* 1. *Mantich de
Tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 23.
nu. 29., *& lib.* 14. *tit.* 46. *nu.* 19., & se-
cundùm hanc distinctionem inter condi-
tionem potestatiuam, & casualem, fuit fir-
matum *in decis.* 174. *per tot. signanter ex
nu.* 25. *&* 26. *par.* 6. *recent. & in Roma-
na de Mazzatostis* 22. *Iunij* 1626. §. *hinc
sequitur coràm bo. mem. Coccino*.
15 Cum enim fuerit in potestate Contra-
hentium non incidere in obligationem,
ac conditionẽ voluntariam, & potestatiuã
non implere, cessat omnimodò retrotra-
ctio, vt ponderat *Alexand. d. consil.* 232.
nu. 6. *& 7. lib.* 6., & innumeri alij ad-
ducti *in d. Romana de Mazzatostis*; qui-
bus additur etiám *Gomes. Variar. tit. de
Contract. cap.* 11. *nu.* 30. *vers. trigesimus
quintus effectus est tom.* 2. quicquid aliud
16 esset, si conditio fuisset casualis, vel mix-
ta, vt egregiè materiam dispungendo,
innumeris cõprobat *Salgad. in labyrinth.
Credit. part.* 2. *cap.* 13. *nu.* 18. *& sequen.
Mangil. de auict. quæst.* 36. *ex nu.* 7. *cum
seqq.* adeo vt cum in præsenti Consultatio-
ne iuxta facti contingentiam persona no-
minanda non fuerit à principio certa,
omnimodò cessat necessitas nominatio-
nis, in quibus terminis loquitur *decis. Gre-
gorij XV.* 227. *nu.* 3. *& sequen.*, vbi appare-
17 bat, primos Contrahentes non solum vo-
luisse radicare contractum in proprijs
personis, sed etiám in eademmet perso-
na nominanda, quo casu non est mirum,
quod nominatione sequuta, acquisitio re-
trotrahatur ad principium actus, nec no-
minatio censeatur contractus diuersus à
primo, & in his terminis procedunt eti-
àm adducta *per Cancer. variarum tom.* 1.
cap. 8. *de donat. ex nu.* 192. *in secunda
adit. Roman. cons.* 85. *num.* 3., *&* 4. *Rot.
apud Mantic. decis.* 336. *per tot. Rot. Ia-
nuen. decis.* 14. *nu.* 33. *Cephal. cons.* 325.
nu. 15. *vol.* 3. & innumeri alij apud *Nu-
guerol. alleg.* 11. *ex n.* 89. *cum plurib. seqq.
apud Cyrsac. cõtrouers. forens. tom.* 3. *con-
trou.* 425. *n.* 73., *&* 74. & omnium latis-
simè apud *Salgad. Labyrinth. Credit. d.
par.* 2. *cap.* 13. *per tot.* signantèr *ex n.* 22.
cum pluribus seqq. vbi materiam retrotra-
ctionis doctè prosequitur.
Accedebat etiám in præsenti, quod 18
nominatio sequuta de Donatore, non fuit
infra sexaginta dies, vel infra annum à
die initi primi Contractus, sed post mul-
tum tempus cum pactorum alteratione,
signum euidens, quod nouum Contra-
ctum Cõtrahentes facere intenderint, in
puncto *Rota Ianuen. decis.* 14 *nu.* 51. *vers.
Quarto considerandum, Surd. consil.* 460.
num. 44., *&* 45. *& decis.* 226. *Cenc. de
Censib. par.* 2. *cap.* 2. *art.* 1. *nu.* 13., *&
seqq., & quæst.* 67. *nu.* 14. *vers. facta au-
tem nominatione, Salgad. Labyrinth. Cre-
dit. d. par.* 2. *cap.* 13. *nu.* 47. *&* 48. fir-
mans non facta nominatione infra tem-
pus á Iure requisitum, primos contrahen-
tes videri pro se solis Contraxisse.
Non etiám obstat, quod in omnem 19
casum R. Camera Apostolica tanquàm
Creditrix ex causa onerosa, & si posteri-
or, præferri debeat Donatario ãteriori ve-
nienti ex Causa lucratiua, cum hic agat
de lucro captando, illa verò de damno
euitando ex *decis. Roniti* 48. *per tot.* alijsq;
adductis in *Romana fideicomissi de Inco-
ronatis* 9. *Maij* 1642. *coràm Reuerendiss.
D. Ghislerio Episcopo Terracinen.* confir-
mata 7. *Iunij* 1652. *coràm R. P. D. Alber-
gato*.
Tum quia disputatio hæc cadit solum, 20
quandó in Donatarium est translatum
dominiũ, & actualis possessio, & in termi-

nis vbi Donãs post Donationem, sed ante
actualem traditionem, cum alijs contra-
xisset, quod tamen secùs est in præsenti;
vnde præferri debet habens causam lu-
21 cratiuam, in puncto *Carleual de Iudic. lib.*
1. tit. 3. disput. 30. nu. 29. vbi subdit ra-
tionem, quia Donatarius sequuta traditio-
ne bonorum donatorum, non amplius
dicitur creditor, sed Dominus, contra
quem prævalere non potest causa onerosa
posterior per *text.* indiuidualem in *l. 1.*
C. de Iur. fisc., & in hunc sensum loquitur
etiám *Rouit. decis.* 48. quám descripsit ab
eodem *Carleual loc. supra citat. disput. 30.*
in fin., & sunt etiám intelligendi quot
quot *DD.* in contrarium adduci possunt,
sicuti explicant *D. Ioannes de Xart. decis.*
Sardinea 79. nu. 5. vers. præterea, & nu.
22 *6.* & hunc esse verũ intellectum *ad Text.*
in leg. final. §. lucius Titius ff. de donat.
ibi *Donauit, & ante* traditionem eundem
fundum post dies paucos *pignori* obliga-
uit, declarauit Senatus Regni Aragoniæ
apud *Ioseph. Sesse, decis. 405. nu. 4. lib. 4.*
Gait. de Credit quæst. 11. num. 1278. &
seqq. Carena resol. 107. nu 6. Pignatell.
controuers. 15. n. 19. centuria 2. Hodiern.
ad Surd. decis. 111. nu. 10. Peguer. decis.
48. nu. 6., & 7. Guttierez. de Iurament.
23 *confirmator. par. 3. cap. 15. nu. 23.* qui
omnes vnanimitér concludunt, secus esse
dicendum, quandò Dominium, & pos-
sessio bonorum donatorum esset translata
in Donatarium, quia tunc indubitantér
iste etsi habens causam lucratiuam, præ-
ferri debet Creditori posteriori venienti
ex causa onerosa; Præterquám quod dis-
putatio illa, án creditor posterior ex cau-
24 sa onerosa præferri debeat creditori an-
teriori ex causa lucratiua, cessat quandò
quis non innitur tantùm actioni persona-
li, sed etiám anteriori hypothecæ Dona-
tarij fauore à Donatore appositæ quo ca-
su ipsum præferri debere, firmant *Gabriel*
cons. 82. lib. 1.. Mantic. de Tacit. lib. 11.
tit. 22. nu. 23., & seqq. Pacif. de Saluian.
inspect. 3. cap. 2. num. 469 Fontanell. de
pact. nupt. claus. 7. glos. prima par. 2. nu.
23. Amat. Panorm. resol. 16. n. 15., & 16.
vers. posterior verò, Iacob. Gall. cons. 108.
nu. 5., & seqq. nouissimè *Merlin. de Pi-*
gnor. lib. 4. tit. 1. quæst. 14. ex n. 1. Rot.
decis. 437. par. 1. diuers. Addent. ad decis.
666. par. 4. tom. 3. recent. nu. 5., & 6, &
fuit dictum in *Romana de Casalibus post*
Zacch. de oblig. Camer. decis. 189. nu. 28.
vbi in specie, quod creditor anterior ex 25
causa lucratiua cum hypotecha, præfera-
tur creditori posteriori ex causa onerosa,
idemq; deducitur ex decisione *Durani*
168. nu. 2. vers. quod verò cum duob. seqq.
& decis. 348. n. 1. & 2. vbi in specie, quod
quandò donatio est anterior debito, re-
maneat omnimodò in suo robore, ne ali-
às sit in potestate Donantis conditionem
Donatarij facere deteriorem, & hoc siue
Donatarius sit vniuersalis, siue particula-
ris ex ratione, quia eo ipso, quod Donator 26
donat cum hypotheca, & iuramento, ab-
dicat á se omne ius, vnde super rebus do-
natis dispositionem prætendere non po-
test, vt firmat *Carleual. de Iudic. d. disput.*
30. nu. 35.

Loquuntur ergò DD. contrarium 27
sentientes tantúm de prærogatiua causæ
onerosæ in ordine ad causam lucratiuã,
non autem de prærogatiua temporis, vel
hypothecæ, cui innitimur, quo casu Do-
natarium non quidèm ex causa, sed ex
tempore, posteriori creditori habẽti cau-
sam onerosam, esse præferendum, hancq;
esse opinionem inconcussam *contra Ro-*
uit. Cuman. & alios apud ipsum, firmat
Merlin. Pignatell. lib. 2. cõtrouers. forens.
cap. 19. per tot. signantér *ex n. 5. Gait de*
credit cap. 4. quæst. 11. nu. 1235., &
in *appendice* vltima ad tractatum, vbi
ita intelligit doctrinam *Cumani*, nempè 28
vt obtineat, quandó creditor posterior
ex causa onerosa, ageret contrá Donata-
rium habentem tantùm actionem perso-
nalem, secùs si haberet hypothecam, *San-*
felic. in prax. Iudiciar. sect. 27. ex n. 49.,
vbi ita etiam respondet *Rouito*, & ita de-
mum dicit in Sac. Consil. Neap. deci-
sum, & secundum hanc nostram distin-
ctionẽ fuit resolutum *in Tudertina dona-*
tionis 17. Iunij 1652. corã R P.D. Cerro.

Nec subsistit subterfugium ad dictum
beneficium, deducto ne egeat, quod est
Asylus *DD.* non valentium substinere
prælationem ex prerogatiua causæ one-
rosæ

roſæ, vt ait Sanfelic. vbi ſupra fol mihi
111. col. 1. verſ. ideo prăcitati Doctores,
29 quia hoc beneficium ad ſummum com-
petere non poteſt, niſi Donanti, qui reti-
net, non autem creditoribus petentibus,
vt in puncto firmat Merlin. Pignatell.
dicta centur. 2. cap. 19. nu. 8. vel etiam
creditores hoc beneficium intentare po-
terunt aduerſus Donatarium, qui nititur
tantum actioni perſonali, & in alijs ter-
minis loquuntur Cuman. & Ronit., vt
ait Pignatell. vbi ſupra nu. 9., & 10. &
30 nu. 20. cum tribus ſeqq. vbi ſubdit ſæcus
eſſe dicendum, quando Donans ſe nomi-
ne Donatarij poſſidere conſtituit, nam
tunc ſicuti beneficium illud opponi non
poſſet ab eodē Donante, ita multò mi-
nus ab eius creditoribus, cum te ueta,
quando æs alienum non eſt contractum
ante donationem, licèt Donatarius vni-
31 uerſalis habeatur loco hæredis, non ta-
men á creditoribus prętextu illius be-
neficij Donanti competentis, moleſtari
poterit ex deductis per Rot. apud Duran.
deciſ. 348. nu. 5. & ſequentib.

Neq; facit diſtinctio, beneficium illud
deducto ne egeat, ſaltem competere poſ-
ſe creditoribus, dū Donator viuit, quic-
32 quid aliud ſit, quandò eſt mortuus, quia
idē Capyc.latr. ex: aduerſo allegatus deciſ.
156. lib. 2. n. 64. ſupponit cōcurſum cre-
ditorum, & Donatarij, qui volunt ſibi ſa-
tis fieri aduerſus Donantem, & ſic neceſ-
ſarió ſupponit Donantem ipſum, adhuc
Donatario bona tradidiſſe, & num. 67.
33 verſ. ex quibus, ſubdit non eſſe tutam
opinionem Doctorum ſubſtinentium,
quod inter creditores hypothecarios
nulla conſtituatur differentia cauſæ lu-
cratiuæ, vel onerosæ viuo Donatore, &
34 maximè in caſu noſtro, dum Donator
non ſolum abdicauit á ſe poſſeſſionem,
ſed etiàm renunciauit cuicumq; legum
auxilio ante debita contracta, reſeruando
ſibi vſumfructum, quæ omnia in ipſo fa-
ciunt ceſſare beneficiū, deducto ne egeat,
vt ex Pignatell. Duran., & alijs ſuprá de-
35 duximus; ex quo, ſtante reſeruatione vſuſ-
fructus, nunquam poterit contingere ca-
ſus ne ſua liberalitate periclitetur, ac fa-
me pereat, quę eſt ratio conſiderata á
Capyciolatr. vbi ſupra, & San Felic. loc.
ſæpius cit. fol. 114. nu. 17., & nu. 60.,
& ſeqq. vbi meminit de Paſcal. & alijs.

Præterquā quod cōcluſio, quod viuen- 36
te Donatore, creditores valeant oppone-
re beneficiū, deducto ne egeat, quatenus
eſſet vera, haberet locum quandó id re-
ſultaret in beneficium Donantis, pro vt
ſupponit Dexart ex aduerſo adductus deciſ.
Sardin. 19 n. 6. cum duob. ſeqq. vſq; ad fin.,
vbi ſecùs dixit, quandò creditores exci-
perent de hoc beneficio ad fauorem pro-
prium, prout hic, & melius repetit idē De
Xart. deciſ. 79. nu. 5. proindeq; cum ſo-
lutis creditoribus in præſenti nil remane-
ret pro donatione, omninò ſequitur be-
neficium illud minimè creditoribus com-
petere poſſe.

Et ex his videntur ceſſare adducta in
præfatis deciſionibus Romana fideicōmiſ-
ſi de Incoronatis, nam ibi non conſtabat
de actibus poſſeſſiūis factis á Donatario,
& conſequentèr nō mirum, ſi ante actua-
lem bonorum traditionem ſuper bonis 37
donatis præferatur creditor poſterior ex
cauſa onerosa, vt apertè deducitur ex
prima deciſione Romana de Incoronatis 9.
Martij 1642. §. nec ex donatione cum §.
seq. coràm Reuerendiſs Terracinen. vltra
quod in caſu deciſionum conſtabat eui-
dentet de ſimulatione, cum Donatarij
met conſenſiſſent venditioni Caſtri, de
quo ibi, quæ tamen ſimulatio in ſpecie
Donationis, de qua agitur, nullatenus cō-
ſiderari poteſt. Primó quia non adfuit 38
cauſa ſimulandi iuxta deducta per Rot.
deciſ. 307. nu. 11. par. 1. recent., & deciſ.
247. nu. 4. poſt 2. volum. conſil. Farinacc.
quæ quidem cauſa debet eſſe conclu-
dentèr probata Farinacc. de falſit quæſt. 39
162. num. 235. aliàs coniecturæ non ad-
mittuntur Rot. apud Gregor deciſ. 401. num
15., & 16. ac par. 5. Recent. deciſ. 208.
nu. 13., Secundò quia concurrit clauſula 40
conſtituti, qua ſtantę non intrat ſimulatio
Natta conſil. 628. nu. 15. de Ponte cons. 2.
nu. 235. Rot. deciſ. 776. nu. 3. vers. mi-
nus par. 4. diuers., & deciſ. 247. nu. 4.
poſt 2. volum. cons. Farinacc. Tertiò quia
Donatio fuit facta per annum, antequam 41
eſſet facta obligatio fauore Cameræ ex
quo

quo cessat causa simulandi *Bart. in l. post contract. 15 ex nu. 2 ff. de donat. Rot. decis. 308. num. 16. & 17. par. 5. recent.* Quartò quia Pater sibi reseruauit vsum-
42 fructum bonorum donatorum, *Roman. cons 304. nu. 3. Rot. apud Gregor. d. decis. 401. nu. 15., & 16. Capycius latr. consult. 46. nu. 32.*
43 Quintò quia Instrumentum donationis non continet pacta insolita, & coadiuuatur ex qualitate personarum ex Iuramento, stipulatione Donatarij pro se, & hæredibus, *Cephal. cons. 325. ex nu 30. cum seqq. & nu. 53. lib. 3.*
44 vbi quod casu non sit attendenda sanguinis coniunctio ad effectum præsumendi simulationem, maximè prò vt hic, dum donatio continet varia onera respicientia commodum Donātis, & fideicommissum fauore agnationis, vt in terminis considerat *Merlin. Pignatell. controuers. 19. n. 32. Rot. decis. 24. n 7 versic. ad responsionem part 3. recent.* quæ quidem considerationes, & clausulæ non concurrebant in *Romana fideicomissi de Incoronatis*, vbi tātùm tractabatur de donatione simplici, & nuda absq; hypotheca, & traditione bonorum donatorum.

45 Pariq, responsione dilui possunt, quæ in cōtrarium adducunt *Carleual de Iudic. tom. 2. disput 30. per tot. De Xars decis. Sardinea 19 Giurb. ad consuetud. Messana cap. 3 glos. 9. par. 1. nu. 27., & glos. 10. n. 15. Carpan. ad Statuta Mediolani cap. 262. nu. 9* qui omnes videntur impugnare conclusionem, quod prior Donatarius cum hypotheca, non præferatur secundo creditori venienti ex causa onerosa, expressè supponunt nullam fuisse
46 factam bonorum donatorum traditionē, qua stante, cessate simulationem, & habētem causam lucratiuam, præferri debere, fuit dictum per *Rot. decis. 25. nu. 5. & 6. cum seqq post Merlin. in tract. de Pignorib.* & prò exclusione simulationis, considerant etiām *Merlin. Pignatell. controuersiarum forens cap. 17. per tot.* signanter ex *nu. 24. cum seqq. lib. 2., & inter recent. d. decis. 208. nu. 15. & seqq. par. 5. & par. 4. diuersor. decis. 776. per tot.*

47 Cum ergò & clausula constituti ad habendum, reseruatio vsusfructus, appositio quorundam onerum in Donatione, de qua agitur, expressè legantur, remanent sublatæ omnes difficultates, & etiam satisfactum doctrinæ *Baldi in rubric. Cod. tit. de reuoc. his quæ in fraud. Credit nu. 8. vers. pone*, vbi dicit tunc contractum Donationis præsumi simulatum, quandò ex aliqua parte posset coniecturari dolus, & exemplificat in illo, 48
qui concepit in animo exercere artem Cambij, mittendo pecuniam vltra mare, & timendo de periculis, antea Secretè donauit omnia bona suo filio emancipato, de qua doctrina *Baldi* meminit *Gallupp. in sua praxi iudiciaria titul. de Concursu Creditor. part. 4. cap. 1. nu. 9.*, & in simili *Pegner. decis. 49. nu. 5. vers. secundo, &c.* quæ tamen *Baldi* conclusio in præsenti applicari non potest, dum palam Donatio, de qua agitur, fuit facta, & 49
cum tot Clausulis omni modo fraudem, & simulationem excludentibus, eoq; magis cum Dominus Donatarius reperiatur in possessione rerum donatarum, cōtra quem difficiliùs audiri debet Creditor posterior veniens ex causa onerosa, quicquid aliud dubitari posset, si ipsemet Creditor ex causa onerosa esset in 50
possessione, & contrà ipsum reuocatoria ageret prior Creditor ex causa lucratiua, sicuti erat casus decisionū *in Romana fideicōmissi de Incoronatis*, quarū vltimā cū sit egregia, & singularis, hic imprimēdā cēsui

DECISIO SACRÆ ROTÆ ROMANÆ.

7. Iunij 1652. coram R. D. P. Albergato.



EX duplici fideicommisso, altero videlicet á Marcello de Incoronatis, & altero á Francisco eius filio in defectum descendentium ad fauorem proximiorum ordinato, petitam ab Angelo Incoronato immissionem ex remedio *l. final. C. de Edict. Diu. Adr. tollen.* siuè vtilis saluiaui interdicti in possessionem Casalis Aquæ trauersæ per eundem Franciscum. prætio scutorū 14. mill. venditi Excellentissimo D. Principi Burghesio denegauit

gauit Rota in decisione edita 9. Maij 1642. coràm *Reuerendiss. Terractnen*: eaque hodie coràm me in illius locum subrogato ad instantiam Marci Antonij ad trutinam reuocata, & vtraque parte bis informante discussa, Domini steterunt in decisis.

Quo enim ad fideicommissum Marcelli certum est, quòd non competit immissio; quiá Casale controuersum per
51 eius alienationem á Francisco, cui legitima debebatur, factam, liberum remansit, & vt partes expressè declararunt á quocumque onere exemptum, *Fusar. cons. 52. num. 3. Cyriac. controuer. 284. nu. 9. Moder. Forolinien. de legit. lib. 2. tit. 2. qu. 3. n. 4. Rota coràm sanct. mem. Greg. XV. decis. 266. num. 3. decis. 580. nu. 2. coràm Caualer. decis. 496. nu. 15. coràm Buratto decis. 394. n. 8. in Romana fideicommissi de Mutis 2. Iunij 1650. §.*
52 *de alijs coràm Reuerendiss. Meltio*, & ratio est, quia primæ bonorum distractiones cedunt in detractiones grauato debitas iuxta textum *in l. Marcellus §. res,*
53 *qua ff. ad Trebell.* adeò vt earum vigore etiá Tertij possessores aduersus prætensos fideicommissarios suam possessioné tueri possint, *Oldrand. cons. 107. nu. 8. Gabr. cons. 46. nu. 45. vers. datur etiam, lib. 1. Caphal. cons. 624. n. 6., & 7. Surd. cons. 576. nu. 40. & 41. Peregr. de fideicom. artic. 39. nu. 4. Rota coràm Andr. decis. 80. nu. 1. in Romana fideicõmissi de Zuccaris 14. Nouembris 1639. §. quòd autem coràm Reuerendiss D. meo Decano, & in Casenaten. bonorũ 10. Martij 1649. coràm R. P. D. meo Pentingerio confirmata 15. Maij 1651. coràm me.*

Quo verò ad aliud fideicomissum á prænominato Francisco constitutum in donatione per ipsum facta Cæsari eius filio, ac illius descendentibus, & in eorum, ac Marcelli alterius filij, ipsiusque descendentium defectum ad fauorem sibi proximioris in gradu ad impediendá Marco Antonio immissionem, adducebatur textus *in l. fin. §. Lucius Titius. ff.*
54 *de donat.* per cuius dispositionem in *decisione*, quæ reuidetur, resolutum fuit, asfertam donationem quamuis anterioré non præiudicare D. Principi, qui ex causa onerosa in possessione reperitur, ea ratione, quia Donans ante traditioné, potest de re donata liberè disponere, vt explicat *Cuman. in l. priuilegia num. 7.* 55
vers. aliud est. ff. de priuil. credit. Alciat. in l. pupilli nu. 14. ff. quæ in fraud. credit. Caphal. cons. 555. num. 10. Guttier. de iuram. confir. par. 3. cap. 15. num. 20. vers. sed profectò, Castil. decis. 71. nu. 1. & in addit ad Rouit. decis. 48. pleuè Carleual de Iudic tom 2. lib. 1 tit. 3. disp. 30. Rota in Verulana bonorũ 29. Februarij 1644. coràm R. P. D. meo Pentingerio.

Verum hodie animaduersum fuit, quod prò manutentione donationis, de qua agitur, adest expressa bonorum donatorum hypotheca, quæ excludit dispositionem eiusdem textus *in d. §. Lucius Titius*, & operatur, vt prior in tempore non attenta causa lucratiua, vel 56
onerosa, præferri debeat iuxta text. *in l. qui balneum, l. potior. ff qui pot in pign. hab l. 2. C. eo. l. siquidem, C. de donat. inter virũ & vxoré l. de reb. C. de donat. ante nupt l. qua pradium, C. si res. alien. pig. data sit, l. 1. C. de iur. Fisc. lib. 10.* in hypothecaria enim causa onerosa nõ habet priuilegium prælationis, vt reiectis contrarijs, latè firmat *Gait. de cred.* 57
cap. 4. quæst. 11. præsertim à nu. 1274. vbi hanc opinionem magis veram probat, & communem asserit, vt potè quia contraria duntaxát procedit, quandó 58
Donatarius non habet hypothecam, sed tantùm personalé actionem, vt declarando doctrinam *Cumani in d. l. priuilegia tradit Mantic. de tacit. lib 11. tit. 22. n. 23. vers. quia Cuman loquitur, Pacifie. de saluian. inspect. 3. cap. 2. num. 470. Felician. de censib. lib 3. cap. 5. num. 27. Fontanell. & alij relati ab Amat. Panorm. var. resol. lib. 1. resol. 26. num. 16. Ermogil. in addit. ad Gregor. Lopez lib 4. tit. 4. par. 5. glos. 2. n. 8. Paleaz. de maiorat. par 1. quæst. 24. num. 21.* & hanc opinionem vti melioribus fulcitam rationibus, & communitèr receptam sequuti quoque sunt *Piccared. in Commentar. ad l. priuilegia credito posit. sub. §. quadam actiones n. 20. in Hit de action. Gabr. cõs. 82.*

num.

67 Data autem causa simulandi, simulatio concurrentibus duabus coniecturis plenè probatur, *Bart. in l. post contractum nu. 2. & seqq de donat. Mandell cons. 386. nu. 3. Farinac. dicta quaest. 162. nu. 106. Staib. iun. resol. 9. nu. 10. Rot. decis. 283. n. 13. par. 5. in Romana pecuniaria 28. Maij 1649. §. ad conuincendum, & in Verulana molendini 22. Ianuarij praeteriti §. final. coràm Eminentiss. D. Cardinali Otthobono*;
68 in praesenti verò plures, & vrgentes concurrunt, nàm praeter quod donatio fuit facta filio, & inter coniunctos facilius fraus, & simulatio praesumitur, *l. lata. C. de donat. Bald. cons. 70. nu. 1. lib. 1. Soccin. sen. consil. 264. n. 2. vers. tertio arguitur lib. 2. Gozzad. cons. 1. nu. 24. Natt. cons. 443. nu. 10. Farinac. cons. 42. sub nu. 3. lib. 1. Pennia. decis. 346. n. 5.* fuit pondera-
69 ta immensitas eiusmodi donationis, quae omnia bona continet, *dicta l. inter omnes, §. Lucius, ff. de his, quae in fraud. credit. Alex. cons. 86. nu. 3. lib. 7. Cephal. cons. 137. nu. 78. Onded. cons. 46. num. 17 & seqq. lib. 1. Farinac. de falsit. & simul. quaest. 164. nu. 122. Afflict. decis 370. sub num. 17. Rot. decis. 24. num. 4. par. 3. decis. 179. num. 11. par. 4. tom. 2. decis. 594. nu. 3. par. 5. recent*: & insuper pos-
70 sessio Donantis post donationem, ex qua regularitèr insurgit coniectura simulationis, *l. ficus, §. supernacuum, ff. quib. mod. pign. vel hip. Menoch. de arbitr. cas. 39. & de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 122. num. 110. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 36. Farinac. dicta quaest. 162. nu. 228. cum alijs addactis in Romana domus ad Transtiberim 18. Iunij 1638. §. sed visa coràm bon. mem. Cardinali Panzirolo*; Praesertim quia post illius mortem Caesar assertus donatarius bonorum possessionem accepit non in vim donationis, sed vigore auiti fideicommissi á Marcello ordinati, quod indubitantèr comprobat illâ prò simulata, & non vera habuisse, iuxta tradita per *Mandel. cons. 386. sub num. 7.* & hae co-
71 niecturae licèt de per se consideratae aliquam pati possint difficultatem, simul tantùm vnitę plenè simulationem assertę donationis probant, *ad not. in l. si stipulatus, ff. de vsur. Gabr. cons. 51. num. 10. lib. 2. Bonif. decis. 3. nu. 16. vers. ex quibus, Rota decis. 71. num. 8. post 1. volum. consil. Farinac. in Auenionen. simulationis 29. Ianuarij 1635. coràm bon. mem. Card. Panzirolo, & in dicta Romana pecuniaria 9. Iunij 1636. §. Domini omnibus coràm Merlino.*

Non obstat, quod dicta donatio emanauerit ex causa matrimonij, quae Titulum onerosum praesefert, *Castil. decis. 12. nu. 5. & 6. Rota coràm sanct. mem. Gregorio XV. decis. 663. n. 4. & 5.* Quia cum 72
eam absque ipsius mentione, praecesserint capitula matrimonialia, & dotale Instrumentum, non praesumitur matrimonij intuitu concepta, sed gratuita, & voluntaria censetur, *Fontanel. de pact. nupt. to. 1. claus. 4. glos. 1. sub n. 20. vers. ex quibus,* eoq; magis, quia aliç causae, videlicet conseruationis bonorum in agnatione, & liberalitatis, ac amoris Donantis ergá Donatarios expressae fuerunt, vnde neutra ex illis censetur finalis, sed omnes impulsiuę, 73
ideòque donatio remanet pura, vt in puncto respondit *Rot. decis. 20. n. 14. & seqq. & decis. 251. nu. 12. part. 5. recent.* 74

Minus obstat, quod in iudicio immissionis haec exceptio simulationis non admittatur, ex traditis *in Meleuitana bonorū 1. Februarij 1651. coràm Eminentiss. D. meo Cardinali Otthobono*; Quia id proce- 75
dit, vbi illa altiorem indaginem requirit, 76
secus autem est, quando simulatio ex confessione partium, vt hic, & vrgentissimis coniecturis probabili causa suffultis, probata remanet, *Staiban. iun. resol. 9. nu. 9. & firmatum fuit in Perusina census 18. Martij 1648. coràm R. P. D. meo Peutingerio*; Praesertim quia non agitur de simulatione ad effectum detrahendi actum, illumque habendi pro non facto, etiám in praeiudicium facientis, iuxta terminos *l. 1. & tot. tit. Cod. plus valere*, quod agitur, quā quod simulatē, quo casu plenior probatio, & exactior discussio simulationis necessaria videtur, sed ad effectum, vt facilius intret ęquitas prò secundo creditore oneroso, & possidente in exclusionem anterioris agentis ex causa lucratiua, ad quam solam probabilem suspicionem fraudis, vel simulationis Iudicis arbitrio

pensandam sufficere firmarunt *Amat. Panormit. dicta resolut. 26. nu. vltimo Carocc. dec. 1. per tot.*

Et ita &c.

76 Et in terminis nouissimè ad materiã *D. Gregorius de Gannauerro* dignissimus Præses Camer. Neapol. ac in iure dicendo vir consumatissimus, & omni ęuo memorandus, post hęc scripta visus, in sua *Dec.* 42. præsertim *à nu. 16. 17. 18. cum*
77 *pluribus subseq.* vbi *ex Bart. in l. 1. C. de iure Fisci lib.* 10. *num. 6. & 7.* inquir, duplicem dari donationis perfectionem, vnam scilicet, quæ conseruat incolumem Donatarium aduersus posteriores creditores, vt quia sit facta, & satisfacta tempore fælicitatis sine vitio fraudis creditorum, & sine periculo ęgestatis Donantis, & de ista loqui *Text. in l. 1. C. de iure Fi-*
78 *sci lib.* 10. & Nos pariter loquimur; Alteram vero apellari perfectionem cęlebrationis contractus donationis, quæ importar necessitatem satisfaciendi Donatario, & de ista loqui *Tex. in §. alia autem instit. de donat. & Tex. in l. si quis argentum §. si autem C. eodem*, & in isto casu, si bona
79 Donatoris deficiant, nil operatur perfectio contractus respectu Donatarij aduersus creditores posteriores ex causa onerosa, iuxta *Tex. in l. inter eos §. finali ff. de re iudicata*, & istũ fuisse casum suę Decis. dum ibi non agebatur de donatione perfecta, scilicet effectiuè satisfacta, sed de eius exactione, quæ cum satisfacta non fuerit tempore fælicitatis, iam satis fieri non poterat in præiudicium creditoris, nisi quatenus bona sufficerent, vt videte est in eadem *Decis.* quam vti singularem, & magistralem, studiose Lector, tibi indicare existimaui.



ARGVMENTVM.

De simulationibus, quæ committi solent in Dotis traditione, vel receptione, & quomodo simulatio in hac materia possit ex coniecturis excludi, vel etiam includi.

SVMMARIVM.

Simulationes quarè, & quandò in dotium promissione comittantur, nu. 1.

De coniecturis ex quibus promissio dotis dignoscitur simulata num. 2.

Confessio dotis absq; adminiculis, probat veram dotis numerationem, quandò tamen agitur contrà habentes causam à confitẽte, secùs contrà tertium, nu. 3.

Confessio dotis probat veram numerationẽ, quãdò illam maritus promisit restituere nu. 4. vel si essent elapsa tempora ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, num. 5., & 13. vel si vir vxori alimenta subministrauerit nu. 6. vel si mulier est nobilis, & digna dote confessata, nu. 7. maximè si alia similis fuisset data cæteris sororibus nu. 8, vel si tempore confessionis non aderant Creditores num. 9. vel si confessio non fuisset facta fauore vxoris, sed fratris, vel Patris &c. nu: 10. vel si vir decesseris cum illa confessione, nu. 11. vel si fuisset facta ante contractum Matrimonium, nu. 12. vel si vir fuisset confessus cum iuramento assertorio, & promissorio, nu. 14.

Confessio facta in fraudem prohibitæ donationis inter virum, & vxorem, non confirmatur iuramento promissorio n. 15. secùs est si confessio emanauerit ante cõtractum Matrmonium, nu. 16.

Iuramento promissorio donatio præsumpta confirmatur, non autem donatio simulata, & de ratione nu. 17.

Iuramẽtũ assertoriũ, quià respicit actũ de præterito, nõ operatur, vt promissoriũ, n. 18.

Iuramentum assertorium operatur in donatione expressa, & non tacita, & ex cõfessione descendente, nu. 19.

Con-

Confessio an præsumatur facta animo donandi, vel sub spe futuræ numerationis, num. 20. quid si emanauerit cõstante Matrimonio vna cum renunciatione exception. &c. num. 21.

Exceptio non numeratæ dotis, an apponi possit, si ei fuerit renunciatum nu. 22.

Confessio an præsumatur simulata, ex eo quòd dos non fuerit inuestita, & posita in securo, n. 23. vbi ex quibus includatur simulatio, vel excludatur.

Opposita iuxta seposita magis elucescunt num. 24.

Mulier de cuius credito dotali non constet, non potest agere aduersus hæredes mariti pro illius restitutione, nu. 25.

Dotis numeratio non iustificatur ex sola cõfessione emissa in Instrumento à viro, nu. 26. quæ præsumitur simulata, & in fraudem donationis prohibitæ inter virum, & vxorem tàm de Iure communi, quàm statutario Vrbis nu. 27. & 28. & 41. & 51.

Confessio emanata ante Contractum Matrimonium, præsumitur sub spe futuræ numerationis facta, ideoq; elapso tempore ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, censetur verè soluta, & habet omnia dotis priuilegia in præiudicium confitentis, & aliorum, nu. 29. vbi constituitur tempus ad opponendum de præfata exceptione. Secùs tamen esset si vrgerent coniecturæ, ex quibus argueretur maritum confessum fuisse animo donandi, nu 30.

Dotis numeratio non præsumitur, quandò in Instrumento fuerunt cassa verba denotãtia realem numerationem, & loco illorũ scripta confessio de recepto, n. 31. & n. 55.

Confessio facta in eodem instrumento promissionis dotis, numerationem non probat, quia illa debet fieri per separatum subsequens instrumentum, ad effectum vt probet nu. 32. & nu. 65. & nu. 70.

Donatio ante contractum Matrimonium inter sponsos, cuius effectus confertur ad tempus initi Matrimonij, est inualida num. 33., & nu. 54.

Dotis numeratio non præsumitur, quandò confitens renunciauit exceptioni, &c. sed arguitur animus donandi nu. 34.

Confessio recepta pecunia facta ante stipulatum Instrumentum dotale, præsumitur simulata, præcipuè si in actu solutionis nulla fuerit reportata quietantia, seu apoca de recepto, nu. 35. præcipuè si ex egestate soluentis fuisset inuerisimilis summa pecuniæ soluta nu. 36., & n. 56.

Confessio arguitur simulata, quandò mulier cuius fauore fuit facta confessio, præstat consensum alienationibus fiendis de bonis, quibus ipsa erat dotanda, nam alias consensus non requiretur, nu. 37. & 60.

Administrator de omnibus rationem reddere tenetur, nu. 38.

Dos confessata de cuius solutione non constat in libris administrationis, in quibus aliæ solutiones fuerunt descriptæ, præsumitur simulata, nu. 39. & 58. prò vt etiam si in Instrumento, vbi fuit emissa confessio, fuit prætermissum reinuestimentum, num. 40.

In simulationum materia, mores, & solitum personarum similia gerendi, attenduntur num. 42.

Coniecturæ simul vnitæ, licèt singulæ aliquam paterentur difficultatem, plenè simulatam probant confessionem, quæ ideo nec marito, nec hæredibus præiudicat, num. 43., & nu. 52.

Instrumentum, in quo dies fuit abrasa, & diuerso carattere, & atramento scripta, redditur suspectum, num. 44.

Confessio simulata non corroboratur ex obligatione Camerali, quæ cum omnibus alijs clausulis redditur inefficax, nu. 45.

Confessio, quandò sunt elapsa tempora ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis, idem operatur, quod ipsamet numeratio, nu. 46.

Simulationis exceptio perpetua est & quãdòcumq; opponi potest nu. 47.

Instrumentum, in quo Notarius de illo rogatus, suum nomen, & cognomen non apponit, executionem non meretur nu. 48.

Forenses non comprahenduntur sub dispositione Statuti, cui non sunt subiecti, n. 49.

Minor 25. annis, licèt absq; solemnitatibus validè se obligari possit prò dotis restitutione, tamen quandò agitur de dote, de qua ipse minor fuit confessus, non potest absq; solemnitatibus restitutioni se obligare

gare, cum sapiat vim donationis, n. 50.
Donatio inter sponsos non est iure prohibita, num. 53.
Confessio de recepto præsumitur vera in totum, quandò probetur in aliqua parte veritas solutionis, nu. 57.
Nulla maior probatio, quàm proprij oris cõfessio, num. 59.
Cõfessio dotis receptæ simulata præsumitur, quandò alimenta præstantur vxori à donante, nu. 61. vel quandò de solutione, nulla cautio fuerit reportata, nu. 62.
Simulationis causa est coniugij disparitatem cohonestare sub honorifica dotis velamine, nu. 63., vel cum tali confessione animum donandi occultare, nu. 64.
Iuramentum assertorium, & promissorium non operatur suum effectum, quandò est appositum in contractu simulato, n. 66.
Confessio facta fauore coniunctæ personæ vxoris, magis præsumitur simulata, num. 67. maximè si restitutio promittatur eidem vxori num. 68.
Maritus confitens recepisse dotem vxoris suæ à Tertiò promissam, tenetur ad restitutionem, si promissor euaserit non soluẽdo, nu 69. declara id non procedere fauore illius, qui tenetur dotare, ibidem.
Procuratoris confessio de recepto probat, ita vt teneatur Domino rationem reddere, perinde ac si exegerit n. 71.
Donatio inter virum, & vxorem facta per viam confessionis de recepto, an confirmetur morte mariti, n. 72., & ex quibus excludatur perseuerantia mariti, quod donationem morte noluerit confirmare num. 73.

§. VIGESIMVS.



1 SVPRADICTÆ disputationi congruit etiam vtilis materia de simulationibus, quæ committuntur in dotiũ promissione, quæ quandoq; ad pompam, & honorificentiam maior apparere solet, te autem vera, satis minor est tradita, de qua te lunt videndi, præter antiquores, *Staiban. Iun. resol. forens. lib 1. resol. 3. nu. 13. & 17. Molina de Contractibus tract. 2. disput. 439. n 8. Sanghez. de Matrim. lib. 6. disput. 9. ex nu. 2. Altograd. cons. 5. nu. 2., & 3. lib. 1. Valasc. consult. 5. ex nu. 21.*, & de coniecturis ad probandam dotis promissionem factam à Patre, vel fratre fuisse in parte simulatam 2 *Altograd. d. consil. 5. ex num. 14. cum pluribus seqq.*

Sed quia in hac materia secundùm facti circumstantias, diuersimodè iudicari solet, ideo est adnotandum, quod si agitur de 3 dote confessata, sed agitur contra habentes causam à confitente, non autem contrà tertium, tunc sola confessio absq; alijs adminiculis probare solet veram dotis numerationem, *Rot. decis. 167. n. 29. & 30. apud Emin. Ottobon., & inter recent. decis. 65. num. 1. part. 4.*

Adminicula verò, quæ in hac materia, etiam quandò non præcedit dotis promissio, quo casu confessio subsequens, indubitantèr probat veram dotis numerationem, adduci solent, sunt infrascripta, videlicet,

Primò si maritus dotem confessatam 4 promisit restituere, *Surd cõsil. 489. ex n. 16. vers. Quinto concurrit. Rot. decis. 24. nu. 8. par. 7 recent., & apud Eminentiss. Ottobon. d. decis. 167. nu. 17., & 18.*

Secundò si essent lapsa tempora ad op- 5 ponendam exceptionem non numeratæ dotis, *Rot. apud Duran. decis. 409 nu. 16.* etiã si nulla præcessisset promissio, *Gratian. discept. forens. cap. 362. nu. 16. Andreol. controuers. 186. nu. 2. cum sequentibus.*

Tertiò si prò tempore, quo vir cum 6 vxore cohabitauit, ei subministrauit alimenta, *Gratian.* vbi supra *Andreol. d. controuers. 186. nu. 9.*

Quartò quandò Mulier est nobilis, & 7 digna dote confessata, *Rot. decis. 68. nu. 3. & 4. par. 5. recent., apud Coccin. decis. 499. nu. 8*, præcipuè si alia similis fuisset data cæteris Sororibus, *Thesaur decis. 192. nu. 1. Rota apud Coccin. d. decis. 499. n. 8.* 8 *vers. & secundum quantitatem.*

Quintò si tempore confessionis non 9 aderant Creditores, quibus posset præiudicium Inferri, *Rota decis. 160. num. 11. par. 7. recent., & post Zacch. de obligat.*

Cat-

Camer. decis. 258. *num.* 4., *& ſeqq.*
10 Sextó ſi confeſſio non eſſet facta fauo-
re Vxoris, ſed fauore alterius, vt poté
Patris, Fratris, Vxoris, &c. *Rot. in
Romana nullitatis deliberationis 6. Iunij
1642. coràm Reuerendiß Ghislerio Terraci
nen.*, & de confeſſione facta ad fauorem
Patris Vxoris, *in Rauennaten Saluiani 17.
Decembr. 1646. coràm Reuerendiſs. Mel
tio*, & de confeſſione facta fauore Soceri,
*Muta decis. Sicil. 71. nu. 12. Andreol. d.
cōtroue. 186. n. 12 & 13. Altograd. cōſil.
33. nu. 7. lib.* 1. & de confeſſione facta
fauore Curatoris mulieris, *Rot. poſt Zacch.
de oblig. Camer. decis* 258. *nu.* 5.
11 Septimó ſi vir deceſſerit cum illa veri-
ſimili, ac iurata confeſſione per text. *in l.
2. vbi glos. C. de dot. caut. & non numer.
Conar variarum lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 4. *verſ.
quod ſi confeſſio, Valaſc. consult.* 5. *nu.* 16.
12 Octauó ſi confeſſio fuiſſet facta ante
contractum Matrimonium, *Carena reso-
lut.* 117. *nu.* 1. *Surd. conſil.* 489. *nu.* 25.
Rot. apud Coccin. decis 411. *& decis.* 451.
13 *vtrobiq; nu.* 1., præcipuè ſi eſſent, vt di-
ctum eſt, lapſa tempora ad opponendum,
vt prætér ſupta adductos, *Ioannes de Ami-
cis cons.* 136. *ex nu.* 2. *ad* 4.
14 Nono ſi confeſſio eſt roborata non ſolū
iuramento aſſertorio, ſed etiam promiſ-
ſorio, ſcilicet quandó cum iuramēto dotis
receptæ promittitur in omnem caſum re-
ſtitutio, latiſſimè *Facchine. controuerſ. Iur.
lib.* 8. *cap.* 77. *litt. D. vers. fundamentum
poſterioris sententia, & cap.* 78. *vers. &
hoc eſt discrimen, & cap.* 80. vbi contrarijs
reſpondet, *Peregrin. conſil.* 72. *nu.* 4 *&
seqq lib.* 2. *Ioseph Lodouic decis. Perus.* 66.
nu. 11. *& per tot., & nu.* 37.
15 Et licét quandó confeſſio eſt facta in
fraudem prohibitæ donationis inter vi-
rum, & vxorem, & ſic ſimulata, & in frau
dem legis, teneant nonnulli, quod nec
etiam iuramento promiſſorio confirme-
tur, vt videre eſt apud *Buratt. decis.* 873.
nu. 3. *vers. nec obſtat, cum seqq. & decis.*
925. *num.* 4. *vers. non obſtat præcipuum
cum seqq.*
16 Tamen tàm Doctorum, quàm Rotæ
opinio ſaluari poteſt in ordine ad confeſ-
ſionem factam animo donandi conſtante
Matrimonio, quæ Iuramento promiſſorio
non confirmatur, ſecùs ſi confeſſio ema-
nauerit ante Matrimonium, quià tunc
etſi facta animo donandi, quiá tamen do-
natio confertur in perſonam tunc capacē,
iuramentum promiſſorium operatur va-
liditatem, ſaltem ad effectum vt morte
comfirmetur, *Conar d. lib* 1. *variarum
cap.* 7. *n.* 4 *circà fin. vers. quin, & Ioan-
nes ob Imola, Valasc. d. consult.* 5. *nu* 16.
& rationem differentiæ inter iuramentū
promiſſorium, & aſſertorium, ponit *Surd.
d. conſil.* 489. *nu.* 24., *&* 25. vbi diſtin- 17
guit inter donationem præſumptam, &
inter donationem ſimulatam, vt in præ-
ſumpta, quiá adeſt conſenſus, iuramen-
tum promiſſorium operetur effectum ſu-
um, ſecùs in ſimulata, vbi contrahenti-
um conſenſus deficit, quod elegantius ex-
plicat *Honded. cons.* 41. *nu.* 32., *& seqq.
lib* 2., & in puncto dotis, *Valasc. d. cōsult.*
5. *num.* 21. *Roland. cons.* 93. *nu.* 23., *&
seq. par.* 1. *Gabr. cans.* 146. *nu.* 4. *lib.* 1.
Sanghez. de Matrim lib. 6. *disput.* 12. *ex* 18
nu. 4., quicquid aliud eſſet in iuramento
aſſertorio, quod reſpicit actum de præteri-
to, & ſtat dependeorét à prima diſpoſi-
tione, vt bene diſtinguit *Roland. cons.* 76.
per tot. lib. 4. *Rot. apud Buratt. decis.* 612.
num. 4 *&* 5.
Quó veró ad donationem expreſſam 19
iuramentum promiſſorium operaretur
effectum ſuum, quicquid dubiteturin do-
natione tacita, & ex confeſſione deſcen-
dente, vt per *Buratt. d. decis.* 925. *nu.*..
An veró in dubio cōfeſſio cēſeatur fa- 20
cta animo donandi, vel ſub ſpe futuræ nu-
merationis, vſq; ad tempora *Coccini*, Ro-
ta hanc quæſtionem non decidit, veluti
vt ipſimet *Coccin.* ait ſatis intricatam, vt
in decis 411. *&* 451. *per tot.*, quo caſu
eſt recurrendum ad coniecturas ſuptá po-
ſitas pró excludenda confeſſionis ſimula-
tione; Verum ſi fuerit renunciatum ſta-
tim poſt confeſſionem exceptioni non nu-
meratæ dotis, vt potius ex ſtylo Notario-
rum plerumq; fieri ſolet, & tunc ſi confeſ- 21
ſio, & renunciatio ſunt factæ conſtante
Matrimonio, aliquam inuoluunt ſimula-
tionem, vt probat *Ruin. cons.* 137. *nu.* 6.
vol. 4., ſecùs ſi ante Matrimonium, licèt
non-

nonnulli, & forsitan verius affirment, illam renunciationē exceptioni non numeratæ doris, minimè tollere facultatem, quin infra tempora ad opponendum eadem exceptio opponi valeat, vt rectè explicat *Petrus Barbos. in l. 1. par. 6. ex nu. 32. cum seqq. ff. solut. Matrim.*, & ante ipsum *Salycet. in L. si ex cautione n. 17. & seqq. C. de Dot. Caut.*, *& non num. Alban. cons. 8. ex. nu. 3. cum seqq. Surd. d. cons. 489. nu. 25. & seqq.*, *& nu. 29.*

Cæterùm in hac materia considerari solent multæ circumstantiæ, ex quibus Iudicū animi moueri solent ad includēdā, vel excludēdā simulationē, & præcipuè qualitas personarū, diuitiæ dotē Promittē-
23 tium, omissio vt dos ponatur in securo, vel vt inuestiatur, licèt iste solus defectus nō esset attendendus, cum de iure vir non teneatur dotes inuestire, *Rot. decis. 24. vers. nec obstant. coniectura, & nu. 17. par. 7. recent.*

24 Et quia secundum Philosophi dictum opposita iuxta seposita magis elucescunt, ideò vt plena materiæ habeatur cognitio, videas in contrarium duas pulcherrimas decisiones in *Romana Dotis* de anno 1650. emanatas coràm Emin. & nunquam satis laudato viro D. Cardinali Corrado, nunc S. D. N. dignis. Prodatario, quæ reperiuntur impressæ apud nouiss. impressionem Venetam post *Salgad. in tract. Labyrinth Cred. in ordine 22. & 23.* in quibus elegantissimè hæc materia exagitatur; sicuti pariter enucleatur in alia *Romana Dotis ij. Febr. 1656. & 10. Decembr. 1657.* quas vti nullibi impressas, hic imprimendas per extensum, curaui.

R. P. D. BEVILAQVA
Romana Dotis.
Lunæ 11. Februarij 1656.

Mortuo Francisco, nec resoluto dubio bis proposito super nullitate matrimonij inter ipsum, & Petronillam contracti, Hæc dotem in Instrumento sponsalium constitutam, & à d. Francisco confessatam instabat sibi restitui, vnde supradicta die dubitatum fuit *coràm bo. me. Bichio*, An cōstaret de credito dotali, & non constate fuit per DD. resolutum, Mihi autem in eius locum postea subrogato iniunctum, vt decisionem extenderem.

Ratio, cui nitebantur, illa erat potissimum, quiá prò parte Petronillæ non fuit doctum de hoc suo credito dotali, sine cuius iustificatione nullum Ius, nullaque actio ei cōpetit agendi aduersùs hæredes mariti pró illius restitutione, matrimonio soluto, *l. assiduis 12. §. cum enim ibi. Si tamen res ipsa fuerint marito tradita, C. qui pot. in pig. l. si ex cautione 3. & ibi glos. in verb. probare C. de non num. pecun. l. 1. vbi glos. in verb. Instrumentum C. de dot. caut. non num. DD. in l. vbi adhuc 29. C. de Iur. dot. Nicol. Bell. cons. 4. in princ. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 12. nu. 2.* 25

Nec dicatur, quod imò probatum extat per publicum Instrumentum, in quo Laurentius Petronillæ Auunculus dotem scut. 3000. monetæ de bonis hæreditarijs Pauli Patris, & aliorum mille auri de suis proprijs constituit, quæ Franciscus medio iuramento habuisse, & recipisse confessus fuit, seque satisfactum, & contentum vocauit, ac de illis quietauit omni exceptioni non numeratæ pecuniæ, ac spei habendi renunciando, cum obligatione in omnem euentum restitutionis eam reddendi. Siquidem prò doris numeratione non sufficit sola confessio viri de recepto emissa in Instrumento, sed ex alijs exigitur, vt cum effectu constet de receptione; cum Dos, non quæ inanitèr dotalium Instrumentorum tenore conscribitur, sed quam realitèr quis tradidisse docuerit, repræsentetur, ait *Text. in l. si quis post hac 9. & ibi glos. in verb. dotalium C. de bonis proscript. DD. in l. per diuersas 22. C. mand. Rota coràm Card. Seraphino decis. 292. & 302. n. 1. & 2. & in recent. decis. 585. n. 2. par. 4. & decis. 55. & 335. vbique nu. 1. par. 6.* In tantum, vt non constito de huiusmodi effectiua solutione, illa, de qua non nisi per dictam nudam confessionem viri apparet, præsumitur simulata, & in fraudē donationis inter virum, & vxorem prohibitæ, tàm de iure communi, vt toto *tit. de don. inter* 26 27

inter vir. & vxor. Rom. conf. 445. *nu.* 7. *Purpurat. conf.* 461. *nu.* 3. *Gozad. conf.* 28. *nu.* 22. *Menoch. conf.* 81. *nu.* 15. *Rota coràm fan. m. Greg. XV. dec.* 67. *n.* 1. *& 2. d dec.* 55. *n.* 13. *& 14. par.* 6. *& apud Merl. dec.* 419 *n* 3, quã ex dispositione Statuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 135.
28 quod se extendit etiam ad donationem præsumptam, quæ resultat ex confessione, ne aliàs fraus inducatur, *Corn. conf.* 185. *nu.* 5. *lib.* 2. *& in specie Gabr. conf.* 142. *n.* 2. *lib.* 2. *Gratian. discept. forens. cap.* 693. *nu.* 8. *Put. decis.* 55. *nu.* 2. *lib.* 3. *in correct.*

Non obstat, quod Instrumentum dotale fuerit confectum adhuc non contracto
29 matrimonio, vnde non præsumitur aliqua fraus, nec donationis titulum erga vxorẽ præsefert confessio de dote recepta, sed potius sub spe futuræ numerationis facta creditur, adeout si deinde permittatur labi tempus opponendi exceptionem nõ numeratæ dotis præstiturum in *l. fin. C. de dot. caut. non num* censetur verè soluta, & habet omnia dotis priuilegia in mariti confitentis, & aliorum præiudicium, vt tenent relati per *Menoch. de præsumpt. lib* 3. *præsumpt.* 13. *n.* 14.

30 Quoniam non procedit conclusio, quotiescumque, vt in casu præsenti, ex inspectione Instrumenti, vel aliundè vrgent coniecturæ, & præsumptiones tales, quibus animus Iudicis moueri poterit ad arguendum de viri intentione, fuisse dotem sic confessatam sponsæ donandi, tunc enim secudum eas censenda est illius mẽs, & facta confessio iuxtà notata per *glos. & DD. in Auth. sed iam necesse C. de donat. ant. nupt Corn. conf.* 520. *sub. n.* 6 *lib.* 3. *Alex. conf.* 86. *nu.* 1. *lib.* 7. *Mant. de tac. & ambig. lib.* 11. *tit.* 20. *nu.* 19. *Farin. de simul. & falsit. q.* 162. *nu.* 105. *Rot. coram Penia dec.* 201. *nu.* 3. *& penès Buratt. dec.* 108. *nu.* 6. *& in d. dec.* 419. *n.* 4. *coràm b. m. Merlino.*

Hic autem ex his, quæ gesta apparẽt in actu stipulatioois Capitulorum matrimonialium plures coniecturæ colliguntur, ex quibus suadetur, dotem tunc nõ fuisse Francisco solutam, nec animum habuisse illam deinceps consequendi, sed voluntate donandi confessus fuit eam recepisse, quarum prima, & præcipua, 31
quæ totum Instrumentum suspectũ quoq; reddit illa est, quæ desumitur ex illius matrice, & originali Dominis ostenso, io cuius parte substantiali, vbi de receptione doris agitur, leguntur prius scripta manu d. Laurentij verba hæc, *quali scudi il sudetto Sig. li tira à se in tanti giulij, e testoni, & oro stampe incontanti, &c. e se li cõsegna, e sborsa in contanti scudi mille similmente*, quæ fuerunt postea á Not. rogato cassa, & loco illorum adiecta simplex cõfessio de recepto, ex quibus verbis antea adaptatis à Laurentio desumitur eius animus reportaodi donationem ad fauorem nepris sub colore factæ numerationis, cumque alioquin nulla possit adduci variationis causa, quinimò valde probabile sit, quod non fuissent priora deleta, tãquam denotaotia veram, & realem numerationem in maius sposæ bonum, *Bart. in l. si stipulatus* 126. §. *Chrisogonus n.* 23. *ff. de verb. oblig. Grat. discep. forens cap.* 365. *nu.* 36. *Rot. dec.* 193. *n.* 4. *p.* 3. *dec.* 33. *nu.* 5. *& 6. p.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 160. *num.* 10 *p.* 7. *rec.* Efficax coniectura insurgit tempore celebrationis, pecuniã non fuisse solutam, & sic standum alijs verbis per eundem Notarium scriptis, quæ pecuniarum interuentum pæoitus excludunt, *Grat. cap.* 767. *n.* 24. *Rota coràm Buratt. dec.* 512. *n.* 9. *bo. me. Merlino. decis.* 608. *n.* 20. *& dec.* 11. *n.* 10. *& 11. p.* 7. *rec.*

Neque etiam dicatur, qnod solutio potuit Francisco fieri ante stipulata Capitula matrimonialia, & ideò confessio de recepto ibi subsequuta, non dicitur facta ànimo donandi, sed recognoscendi dotis habitæ veritatem, aduersus quam non valet opponi non numeratæ dotis exceptio. Quia animaduersum fuit alibi de dotis coofessatæ promissione non constare, quàm ex ipsismet Capitulis in Instrumento, in quibus habetur, quod Franciscus Petronillam in vxorem ducere promittit, & dotem, quam Laurentius tunc sibi de bonis hæreditarijs Pauli, & proprijs, vt suprà constituit, illicò fatetur recepisse. Cumq; in eodem Instrumento non detur 32
prius, & posterius, sed omnia simul, & semel

semel eodem momēto vires suscipiant, & perficiātur *l. cōtractus* 17. *& ibi Bart. n.* 4: *C. de fid. Instr. & in l. lecta*. 40. *n.* 9. *&* 18. *vbi etiam Cagnol. nu.* 129. *ff. si cert. pet. Rota dec.* 756. *nu.* 8. *p.* 1. *diuers.* necessario sequitur, quod ex sola dotis constitutione ibi facta inferri non possit ad illius numerationem, *Rota dec.* 55. *n.* 5. *p.* 6. *rec.* Sed oritur suspicio confessionem dotis receptæ fuisse simulatam ad *Text. in l. ab Anastasio* 23. *& ibi Bald. C. mand. Roman. singul.* 26. *Burs. cons.* 175. *n.* 2. *Farinac. de simulat. & falsit. q.* 162. *n.* 146. Non enim sufficit, vt dos censeatur soluta per confessionem de recepto, quod promissio fiat eodem tempore, quo intercedit confessio, & vnico contextu omnia sequuntur, sed opus est, vt promissio dotis confessionem receptionis præcedat, *l. In contractibus*: 14. §. *sed quoniam C. de non num. pecun. Gabr. cons.* 146. *n.* 13. *&* 16. *lib.* 2. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 13. *n.* 21. *Gionang cons.* 26. *n. fin. lib.* 2. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 14. *& vlt. glos. vnic. p.* 1 *n.* 31. *Magon. dec. Florentin.* 68. *n* 6. *Grat. dec. Marchia* 103. *n.* 12. *cum tribus seqq. Rota. dec.* 145. *n.* 1. *post. Pacific. de Salmian. Int. ad d. in Romana Dotis* 21. *Februarij.* 1650. §. *neque releuat, confirmata* 29. *Nouembris eiusdem anni coràm Eminentiss. Card. Corrado Adden. ad Buratt. dec.* 108. *sub. littera B.*

33 Et vlterius, quod suspiciari non possit id, quod in confessione continetur, confitentem donare voluisse, quiá lex huiusmodi largitiones abhorret quamuis sequutas ante cōtractū matrimoniū inter spōsos, cū semper illarum effectus conferatur in tēpus initi matrimonij, sicque illæ, & confessiones protsus sunt inualidæ, *l.* 1. *& l. quod spons*. 4. *C. de donat. ante. nupt. & ibi Ang. in princ. Ias. in l. si diuortio* 21. *sub nu.* 8. *vers subdit. Bart. ff. de verb. oblig. Menoch. de præsumpt. d. lib.* 3. *& præsumpt.* 12. *nu.* 1. *Sanch. de matrim. lib.* 6. *disp.* 9. *nu.* 3. *Molin. de contract. tract.* 2. *disp.* 439. *sub nu.* 8. *Anchar. in c.* 1. *n.* 5. *vers. in glos. fin. de adult. Gabr. cons* 163. *nu.* 12. *lib.* 2. *Trentacinq. var. resol. vol.* 1. *lib* 3. *tit. de iur. dot. resol.* 3. *n.* 3. *Surd. cons.* 196. *n.* 28. *cum alijs adductis in d. Romana dotis* §. *Tum quià conclusio.*

Altera coniectura resultat ex eo, quod Franciscus statim post constitutionem dotis, & cofessionem de recepto renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, ac spei amplius habendi; Quæ renunciatio arguit fictam, & simulatam illam fuisse taliter, quod de d. confessione iudicādum sit, ac de donatione inter virum, & vxorem, & excludit præsumptionem, quod putetur facta spe futuræ numerationis, cum hæc inuicē se elidant, quod quis confiteatur pecuniam fuisse numeratam, quam verè non habuit, & renunciet exceptioni de iure competenti talem assertionem impugnandi *Gabr cons.* 142. *nu.* 6. *lib.* 2. *Alex. cōs.* 142. *n.* 5. *lib.* 5. *Roman. cōs.* 44. *Gozzad. cōs.* 28. *n* 21. *Natt. cons* 147. *n.* 4. *lib.* 1. *Rota coràm bo. me. Buratt. decis.* 925. *n.* 2. *Penia dec.* 201. *nu.* 4. *&* 5. 34

Tertiò loco prò coniectura huiusmodi fictæ confessionis adducebatur inuerisimilitudo, quod Laurentius ærogauerit Francisco prò dote Petronillæ hanc ingētem pecuniarum summam, ac ante stipulatum Instrumentum matrimoniale manualiter exbursauerit, nulla reportata quietantia, tàm attenta hæreditate Pauli, in qua pecuniæ non remanserunt, ex quibus talis numeratio sperari posset, sed domus & quædam credita, vt constat ex Inuentario dato, quod probat negatiuam existentiæ aliorum bonorum prætèr ibi descriptorum, *Decian. respons.* 76. *nu.* 2. *lib.* 3. *Grat. discep. foren. cap.* 720. *n.* 6. 7. *&* 8. *Rota decis.* 510. *n.* 2. *p.* 5. *rec.* Quā dotibus constitutis Potentianæ, & Annæ eius Sororibus, quarum primę solum scut. 500. in contanti soluenda intrà certum tempus fuerunt á Margherita matre promissa, Annæ verò fuerunt assignata tot stabilia ad scut. 2000. ascēdeo. cū quietātia alterius totidem summæ fuerit declata, simulata, nullāq; esse illi fidē adhiben. Et ideò pecuniæ hæreditatiæ fuerūt iudicialiter consignatæ posterioribus Creditoribus viri Annæ, ipsa citata. 35

Ex cuius pecuniæ hæreditariæ deficiētia, ac inuerisimilitudine, confessio redditur multum suspecta, & animo donandi facta *l. si extraneus* 44. *ff. de donat. inter vir*, 36

vir. & vxor. Becc. cons. 52. n. 79 Laur. decis. Auen. 25. n. 15 Rota penès. Comitul. decis. 86. Buratt. d. dec. 108 n. 9. 361. n. 9. & 925. n. 3. bo. m. Merlin dec. 419. n. 8. 714. n. 27. Quæ simulationis coniectu-
37 ra valde etiam augetur ex consensu, quẽ Petronilla venditioni Domus hæreditariæ Pauli Patris de anno 1651. factæ præstitit prò omni, & quocumque suo Iure, & interesse dotali, quod tunc, & in posterum posset super ea habere, ex quo colligitur ipsam optimè sciuisse, dotem promissam non fuisse solutam, nam alias consensus non requirebatur ad *Text. in l. 1 §. denũciare, ff. de ventr. inspicien. glos. in l. de vnoquoque in princ. ff. de re iudic. Rolan. cons. 92. nu. 7. lib. 4.*

Quarta coniectura multum considerabilis ex eo desumebatur, quod idem Laurentius Administrator hæreditatis dicti Pauli, dum de annis 1635., & 1640. rationem de ea reddidit, ad debitum illius posuit dotem traditam Potentianæ, de hac autem constituta Petronillæ nullam
38 fecit mentionem; Et tamen cum vti talis de omnibus rationem reddere teneretur, *l. 21 ff. de neg. gest. l. 1. §. officio ff. de Tutel. l. quadam sunt persona 9. ff. de aden. Greg. dec. 30. n. 4.* credibile non est, quod computare omiserit in sui detrimentum, quatenus verè & realiter fuisset numerata, &
39 hinc Indicium euidens resultat, Franciscum blanditijs, & amore ductum fuisse ad cofiten. dotem non habitam prò sulta, *l. ex facto 17. §. si quis autem ff. ad Trebell. l. ob carmen 21. §. vltim. ff de Testib. Tyraq. in l. si vnquam in præfat. n. 37. C. de reuoc. donat. Magon decis. Luten. 25. n. 7. & 8. Rota penès Merlin. d. decis. 419. num. 8.*

40 Quinta quæ etiam vrget coniectura est, quod in prædicto Constitutionis, & solutionis dotis Instrumento fuit prætermissum reinuestimentum illius, quod semper fieri consueuit ad eam assecuran: quandò cum effectu recepta est, & fuit seruatum cum vitis aliarum Sororum, sed libera facta fuit solutio Francisco Iuueni minori, qui de facili poterat consumere. Et hæc quoque indicant simulatam esse dotis numeratæ confessionem, *Bald. in. l. 1. C. de seru. fugit. Add. ad Buratt. decis. 925. in fin. Merlin in mox citata decis 419. nu. 9. & 10. in rec. decis. 55. n. 22. & 23. par. 6. & in allegata Romana dotis coràm Eminentiss. Corrado 21. Februarij 1650. §. 2. ex qualitate.*

Sexta coniectura in præsenti optimè concludens deprompta fuit ex donatione scutor. 6000. quæ Franciscus ad augendam dotem vsque ad scuta 10. mil. de proprio promisit, quæ tam magna quantitas 41
in hisce Coniugibus nõ medioctis disparitatis, nobilitatis, & diuitiarum argumẽtum præbet donationis scu. 4000. in dotem assignatorum, *l. creditor 20. C. de donat. inter vir. & vxor. l. 1. vbi glos. in verb. auxerit C. de donat. ante nupt. & in terminis aduertit Gabr. d. cons. 142. nu. 24. seq. lib 2. Buratt. in decis. 925. sub num. 4. vers. neque est facienda vis, & tennis Rota in d. Romana dotis §. Quoniã id procederet.*

Septimam denique coniecturam recẽsebant Domini ex qualitate personarum, nam ipsius Petronillæ Mater, vbi matrimonium cum Paulo Confaloniero contraxit, dotem congruam non habebat, ab illo donationẽ prò se, & sororibus reportauit, Et ex sententia criminali ab A. C. promulgata, per quam Laurentius, & Margherita eius vxor ipsa Petronilla, & alij reperti culpabiles in eo, in quo erant inquisiti, varijs pœnis fuerunt afflicti; In 42
hac enim materia, mores, & solitum personarũ similia gerendi attenduntur, & ex his magis simulationis suspicio comprobatur; *Cepoll. de simulat. contract. n. 149. Farinacc. de simul. q. 162. nu. 169. Rota decis. 71. nu. 7 post primum vol. cons. Farinacc.*

Quæ præsumptiones, & coniecturæ 43
tam, & si singulæ paterentur aliquam difficultatem, simul tamen vnitæ, & omnes tendentes in meliorem mulieris conditionem, benè probant simulationem, vt confessio importet donationem; non autem dotis receptionẽ, *l. 3. & tot. tit. ff. de donat. inter vir. & vxor. Hond. cons. 46. n. 26. lib. 1. Rota decis. 11. n. 14. p. 7. rec.* Quæ propterea nec ante contractum matrimonium emanata, marito, & hæredibus prẹiudicat, *l. 2. C. de dot. caut. non num. Soccin.*

cin. sen. in l. 1. *nu.* 70. *ff. solut. matrim. Menoch. de præsupt. lib.* 3. *d. præsumpt.* 12. *nu.* 1. *&* 37. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 20. *nu.* 27. *vers nec ipsi marito, Valasc. consult.* 5. *nu.* 4. *Trentacinq. loco supra citato, Molin. de contract. d. tract. disp.* 439. *sub nu.* 8. & nihilominus Instru-
44 mentum ipsum matrimoniale valde redditur suspectum, quod matrimonio constante fuerit cælebratum ob rasuram, & alterationem diei diuerso caractere, & atramento factam, *Auth. de triente, & semisse, §. Et quod sepè, Natta cons.* 224. *in fine, Rota coràm bo. me. Coccino decis.* 1011 *nu.* 9. vt multò minus possit prædictis viro, & hæredibus nocere, *Baratt. decis.* 612. *&* 925. *vbique num.* 1.

Hinc non obstat, quod liquidò constet de credito dotali Petronillæ ex Instrumēto publico obligatione Camerali, & iuramento vallato, quod facit rem claram, & executionem paratam habet prò restitutione ibi promissa, *l. census, ff. de probat. l. in donationibus* 31. *C. de donat. l. cum delecti eodem tit. l. scripta C. de fid. Instrum.* Quia
45 iustificata ex iam deductis simulatione cōfessionis, ea apta est infrigere vim obligationis Cameralis, omnesque clausulæ ibi appositæ sunt inefficaces, ac ipsæ quoque simulatæ, *l. Emptor* 12. *vbi glos. & Bart. ff. de aquapluu. arcen. Soccin. sen. cons.* 27. *n.* 30. *lib.* 4. *Rota decis.* 714. *nu.* 1 *apud bo. me. Merlin. & decis.* 259. *nu.* 8 *par.* 6. *& decis.* 11. *nu.* 18. *par.* 7. *recent.* nec iuramentum quicquam operatur detecta simulatione; quia ea intentione, qua maritus confitetur, ea ipse iurat, & deficit illius consensus, ita in iuramento, sicuti in cōtractu, ad notata per *glos. in cap. si diligenti* 12. *de foro compet. Zabarell. in clem. de iur. iur. §. Porrò nu.* 10. *Ruin. cons.* 130. *nu.* 3. *lib.* 1. *Gozzad. cons.* 28. *n.* 25. *Hond. d. cons.* 46. *nu.* 35. *Rota in sæpè citata decis.* 55. *nu.* 15. *& decis.* 259. *nu.* 9 *par.* 6. *& coràm Baratt. decis.* 612. *num.* 6.

46 Neque obesse visum fuit, quod diuturnum tempus intercesserit à die confessionis ad tempus dissoluti matrimonij, inttà quod non fuit opposita exceptio non numeratæ dotis, ideò idem debet operari confessio, quod ipsamet numeratio *Aretin. cons.* 86. *Anchar. cons.* 307. quia vltrà quod paulò post matrimonium fuit de eius, & Instrumenti matrimonialis nullitate iudicialiter oppositum, vt patet ex monitorio, & protestationibus datis in *Summario* hæreditatis Francisci *num.* 5. etiam si tempus esset elapsum, adhuc da- 47
ta simulatione semper resultat donatio pecuniæ, & dotis confessatæ, quo casu potest quandocumque de exceptione dari, quæ perpetua est, vt notat *Bart. & Bald. in l. si sub specie* 3. *C. de postul. Paris. cons.* 86. *num.* 35 *lib.* 3. *Gozzad. d. cons.* 28. *num.* 24. *Rolan. à Valle cons.* 74. *num.* 5. *lib.* 4. *Grattan. discept. forens. cap.* 693. *num. fin. Fontanell. de pact. nupt. claus.* 14. *Glos. vnic. par.* 1. *nu* 77. *san. me. Greg. XV decis.* 67. *nu.* 6. *Baratt. decis.* 108. *num* 17.

Cuius Instrumēti executionem ex hoc 48
etiam DD. retardandam esse putabant, Túm quia Notarius Substitutus de illo rogatus non se subscripsit, nec suum nomen, & cognomen apposuit, vt mandat Constitutio san. me. Pauli V. super reformatione Tribunalium Vrbis, *tit. de not. Tribunalium Vrbis §. qualibet Instrumenta.* Túm etiam quia non probatur, seruatas fuisse solemnitates, quas exigit Costitutio Aegidiana in cap. 25. lib. 5. Franciscus 49
enim tempore celeritatis illius erat minor 25. annis, & forensis. Ideo non obstante Statuto Vrbis lib. 1. cap. 47. habilitante positos suprà 20. annum ad contrahendum perinde ac si essent maiores 25. vti directum in personas subditas, non compræhendit forenses statuentibus non subiectos, vt censuit *Rota in decis.* 260. *num.* 3. *&* 4. & *decis.* 394. *num.* 1. *&* 2. *par.* 6. *recen. in Romana, seù Perusina census* 12. *Decembris* 1644. *post Zacch. de oblig. Camer. decis.* 162. *num.* 131. necessariæ erant solemnitates per dictam Constitutionem 50
requisitę in contractibus minorum, quorum obligatio, licet substineatur, vt sint adstricti ad dotis restitutionem tanquam fundata in causa necessaria, etiam non adhibitis solemnitatibus dictę Constitutionis, vt dixit *Rota in decis.* 511 *num.* 2. *par.* 2. *recent. Card. Canal. decis.* 397. *num.* 5. *bon. me. Coccino decis.* 433. *n.* 3. locū tamen habet in casu restitutionis dotis cum effe-

effectu recepta, ex qua oritur dicta obligatio necessaria restitutionis, iuxtà *tex. in l. si cum dotem 23. §. transgrediamur, & ibi Bart. num. 4. ff. soluto matrim. Rota d. decis. 511. num. 3. & seq par. 2.* Secus verò quando non apparet de actuali solutione, sed agitur vigore simplicis confessionis de recepto, & sic ex promissione voluntaria, quæ sapit donationem, *Gabr. cons. 20. numer. 1. & seq. lib. 1. & respondit Rota coràm Verall. decis. 199. par. 3. & in rec. d. dec. 55. num. 4. & seq: par. 6. in Ravennaten. dotis. 11. Aprilis 1644. §. nam, id procedit coràm Eminentiss. Card. Corrado Adden. ad decis. 460 num. 51. cum seq par. 4. tom. 2. recent.* Præsertim ad effectum agendi contrà bona Nicolai Francisci Patris, qui non assensit, vt filius matrimonium hoc contraheret, minusque dotem, si realiter esset soluta, ipse recepit, aut eidem filio recipienti consensit, sicuti requirebatur, vt intret restitutionis obligatio ex dispositione *dicta l. si cum dotem, & dicti §. Transgrediamur, ff. solut. matrim. Curt. iun. cons. 133. num. 5. lib 1. Mastrill. decis. 46 num. 3. par. 1. Negus. de pignor. par. 2. memb. 4. nu. 36. vers. Intelligendo Rota decis. 644. num. 2. par 4. recent. & plures relati per Modern. Neapol. consult. 138. num. 5. & 14. & decis. 36. num. 3.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MELTIO
Romana Dotis.
Luna. 10. Decembris 1657.

Persistendo in aliàs decisis coràm R. P. D. meo Beuilaqua sub 11. Februarij 1656. iterùm hodie DD: coràm me, qui Causam repropofui in locum dicti D. mei Beuilaquæ absentis, responderunt non constare de Credito dotali Petronillæ, quia simplex Francisci confessio, quam præsefert Instrumentum pro d. Petronilla exhibitum, aliundè non iustificata, non probat veram dotis numerationem *l. 1. & ibi gl. verb. instrumenti C. de dot. caut. non numer. glos. in l. prima, verb auxerit C de donat. ante nupt.* Sed præsumitur sub eo quæsito, ac simulato solutionis pretextu facta, vt 51 exindè, vel cohonestata redderetur inæqualis Sponsæ conditio *l. 3. § finali cum l. seq. vbi DD ff. commodati, Angel in l. prima in princip. C de donation. ãte nupt. Paris. cons. 86. à num. 20. cum seqq. lib. 3. Rota coràm Buratt. dec. 775. in princip. vers. veritas autem num. 1. & coràm Durano dec. 98. nu. 14. vers. Non est nouum;* Vel vt sub eo titulo occultaretur donationis animus, quæ legibus aduersatur, tàm iuris communis, *tot. tit. ff de donat. inter vir. & vxor l. si non verò, & l. Creditor, Cod. eod. tit. l. 1. C. de donat. ante nupt.* Quam municipalis Vrbis ex statuto *lib. 1. cap. 135.* cuius dispositionem habere locum, nedùm in expressis donationibus, sed etiam tacitis, & factis sub huiusmodi simulatis prætextibus, firmauit aliàs Rota, & signanter coràm *Put. dec. 55. nu. 2. vers & Statutum lib. 3. Gabr. cons. 142. nu. 22. vers. Non obstat lib. 2.* cum alijs plenè in nostris terminis cumulatis in *Romana Dotis 21. Februarij, & 26. Nouembris 1650. coràm Eminentiss. D. Card Corrado.*

Neque subsistit, quod quando, prout hic, agitur cõtra ipsummet Confitentem, siue illius hæredes, tunc dotis receptæ confessio etiam absque adminiculis probet veram dotis numerationẽ; quia cum subiecta materia de se sit prohibita ob suspicionem simulationis, & fraudis, talis cõfessio nec minus nocet marito confitenti, vel eius hæredibus, vt punctualiter decisum fuit coràm *Burat. dec. 612. in princip. vers. Praterea, & dec. 925. nu. 1. vers. Illa Prasumitur, & in recen. dec. 55. num. 12. part. 6.* Et vulgaris est distinctio solita adhiberi in hac materia, vt nempè si agatur contrà Tertios, vrgentissimæ requirantur coniecturæ pro excludenda præsumpta fraude prohibitæ donationis, & ita respondit *Rota in Romana Dotis 14. Februarij 1642. coràm bo. me. Dunozeto sub §. Creditor.*, Si verò agatur contrà ipsum confitentem, vel eius hæredes, leuiores coniecturæ sufficiant, quæ iunctæ cum confessione probent veram Dotis numerationem, & in his terminis loquitur *decisio Eminentiss. D. Card Ottoboni 167. nu. 3. & 31.* allegata à scribentib. pro Petronilla. 52

Neque releuat, quod prædicta proce- 53

dant

dant in confessione emanata inter Virum, & Vxorem constante matrimonio, secus autem, quandò, prout hic, prætenditur, confessio facta fuit antequám matrimonium contraheretur, quo tempore donatio inter sponsos non est á iure prohibita, ad text. in l. 1. l. cum in te, l. si ante matrimonium C. de donat. ante nupt. Quia prætereà quám quod Instrumentum videtur habere aliam diem cum duobus numeris, de quorum abrasione dubitat ûfuit, conclusio locũ sibi vindicat in donatione palam, ac bona fide facta, nõ autẽ in ea, quæ simulato prætextu receptæ dotis fieri incẽditur; Nam hanc lex maximè abhorret, & specialitèr reprobat, licet contractum matri- 54
monij præcesserit, ex quo illius effectus confertur in tempus contracti matrimonij, quo donatio est specialiter interdicta l. Quod sponsa C. de donat. ante nupt. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 12. sub num. 1. vers. Et hæc quidem opinio, Surd. cons. 196. sub nu. 27. in fine, cum alijs allegatis in dicta Romana Dotis 21. Februarij §. Tùm quia conclusio, & 26. Nouembris 1650. §. Nihil enim coràm Eminentiss. D. Card. Corrado.

Prædicta autem eo magis procedunt concurrentibus etiam pluribus coniecturis prò comprobatione simulatæ confessionis, ex quibus sequentes vrgentiores, & omninò concludentes visæ fuerũt DD.

Prima est, quæ elicitur ex matrice originali, seu minuta Instrumenti dotalis conscripta manu propia Laurentij Fabroni auunculi Petronillæ. Apparet enim, quod 55 dictus Laurentius primo loco apposuerat verba importantia integram solutionem dotis Petronillæ in Contanti, post modum eadem verba fuerunt cassa, & loco illorum adiecta legitur manu Notarij rogati simplex confessio dotis receptæ; Hinc namquè excluditur actualis pecuniarum interuentus, & detegitur animus simulandi numerationem in fraudem prohibitæ Donationis, dum aliás si integra dos verè, & realiter soluta fuisset, nulla causa aderat delendi dicta verba, tanquã tendentia in maius commodum Sponsæ, vt præter adduct. in decis. D. mei Beuilaqua sub §. Hinc autẽ, ponderauit etiã Rota in Romana fidecom. de Vitterijs, 20. Martij 1651. coràm Eminentiss. D. Card. Ottobono §. Tùm etiam præcipuè inter eius impress. dec. 244. num. 7. & 8.

Neque obstat, quod non probetur, dictam scripturam fuisse matricem, seu minutam, quiá dùm illa exhibita fuit metu excõmunicationis ab Vxore relicta Orignani Notarij rogati, afferente, se illam inuenisse inter alias matrices, seu minutas Instrumentorum á dicto Orignano rogatorum penès eam existentes; Et scriptura huius minutæ recognita fuit, tanquam scripta manu propria Fabroni, subiectaq. oculis DD. vná cum instrumento alligato in protocollo á Fabrono subscripto, quo vtitur Petronilla, hoc sufficit pro indicanda intentione, & animo eiusdem Fabroni tentantis habere probationem numerationis dotis per verba in Contanti, quæ cum non legantur in Instrumento alligato in protocollo, indè semper insurgit firmissima coniectura, simulationis veram, & realem pecuniarum numerationem excludens.

Alia coniectura deducitur ex qualitate personarum, etenim Franciscus stante feruentia amoris, quo tenebatur ergà Petronillam, ac eius iuuenili, & minori ætate, potuit de facili ad confitendum receptionẽ dotis, quam vere non receeperat. E contra verò Petronillæ patrimonium erat valdè exiguũ, cõsistẽs in certis stabilibus, quæ tẽpore emissæ confessionis, vel extabãt, vel anteá cõsignata fuerant prò dotibus Sororũ eiusdem Petronillæ, & ita con- 56
stitutio dotis in summa adeò notabili scutor. 3. mil. inuerisimilis omninò redditur ad tradit. per Salycet. in l. 2. nu. 3. vers. Et ideò C. de dot. cau. non numerat. Gabriel. cons. 142. sub nu. 15. vers. Imò ex qualitate lib. 2. Rota coràm Buratt. dec. 108. sub nu. 7. vers. secundo considerabant, coràm Duran. dec. 98. nu. 13. vers. Quia dicta dotis Cõstitutio, cor. Merlin. dec. 419. n. 15. vers. Ex quo arguitur.

Neque huiusmodi inuerisimilitudo tollitur ex eo, quod Fabronus paulo antè constitutam dotem Petronillæ, exegerit ex negotio hæreditario illius patris plures pecuniarum summas, quia omisso, quod partitæ dictarum exactionum tanquam

factarũ

factarũ de annis 1631. & 1632. non concludunt existentiam earumdem pecuniarum de tempore dictæ cõfessionis factæ de anno 1635. semper magis verisimile visum fuit, quod dictæ pecuniæ expositæ fuerint, vel in causam præcedentium dotium Sororũ, vel prò quotidianis alimentis, & necessarijs indigentijs illius familiæ, vel etiám in dissolutionem debitorum negotij, à quo dictæ pecuniæ prouenìebant, & in solutionem illius mercium, vel in alia inuestimenta; vt colligitur ex instrumentis redditionis rationis *Sum. Francisci nu. 3.* Tantoqué fortius intrat hæc præsumptio, quia ex partitis exactis dicti negotij, quod cõmune erat cũ Fabrono, apparet, portionem spectantem ad hæredem Pauli ascendere ad exiguam quantitatem.

Confirmatur hæc eadem coniectura ducta ex paupertate Petronillæ, etiám ex impossibilitate Fabroni constituendi, prout de proprio constituisse legitur in instrumento dotali, dictam dotem Petronillæ in alijs scutis mille auri. Etenim cum pauper esset, & in sua hæreditate nil aliud reliquerit præter quædã certa pauca mobilia, & quatuor sola loca Montium cum dimidio, quorum vnũ erat cũ vinculo; Vtiqué inuerisimile omninó redditur, quod voluerit, & potuerit adeò ingentem summã scutorum mille auri stamparum nepti ex sorore donare, & consequentèr ineuitabilis simulatio, quæ in hac adeó notabili quantitate aperté concurrit, minuit etiàm fidem confessioni, illamque de simulatione suspectam reddit, etiám respectu alterius quantitatis scutor. 3. mil. pecunia-
57 rum paternarum, vt è conuerso, quandò probata fuit veritas solutionis in aliqua parte considerabili, quod illa faciat præsumere veritatem integræ numerationis residui. tenent *Surd. cõs. 97. nu. 7. Berou. cons. 60. nu. 43. tom. 2. Rota. in rec. decis. 124. n. 4. p. 2. coràm Durano decis. 409. nu. 21. & coràm Eminentiss. D. Card. Ottobono. decis. 167. nu. 14.*

58 Multum etiàm considerabilis visa fuit altera coniectura ex eo elicita, quod Fabronus administrator paternæ hæreditatis dictæ Petronillæ in ratione per eum reddita, & quietantia administrationis reportata de annis 1635. & 1640. non posuit ad sui creditũ dicta scuta 3. mil. quę Franciscus in causã dotis ab eo recepisse fassus fuit, quod facere certè non omisisset, si veré, & cum effectu dictæ pecuniæ solutæ fuissent, prout ad sui creditum posuit scuta 500. quæ soluerat prò dote Potentianæ alterius Sororis Petronillæ, & fuit id ipsum ponderatum in *decis. D. mei Beuilaquæ sub §. Qarta coniectura.*

Neque huiusmodi coniectura tollitur ex generali quietantia facta de anno 1640. á Petronilla, & Sororibus ad fauorem Margaritæ matris, tám de præfata administratione, quàm de dotibus illis assignatis, quia omisso, quod est res inter alios acta, & subiacet suspicioni eiusdem simulationis, & fraudis, adhuc cum in ea non exprimatur quantitas, & qualitas dotis, verificari potest in Dote assignata Petronillæ in quibusdam bonis stabilibus paternis, vt ipsamet Petronilla fassa fuit in instrumentis relatis in *Summ. hodiernæ propositionis num. 3. & 4.* qua propria
confessione stante, nulla maior probatio 59
dari potest, *l. cum te la 2. C. de transact. l. Generaliter la 13. C. de non numerat. pecun. cap. Per tuas il 10. de probat. cum vlgatis.*

Hinc resulat alia satis euidens simulatę dotis demonstratio, & est quod, cum di-
cta Petronilla in venditione cuiusdam do- 60
mus hæreditariæ factæ ab eius matre ad fauorem Mariæ de Litteris, cesserit iura sua Dotalia, quæ super dicta domo habebat, prout etiàm in successiuis alienationibus aliorum membrorum domus, ipsa requisita suum præstiterit consensum, asserendo non remanere indotatam vltra dimidiam, vtique hinc clarè veritas facti detegitur, quod scilicèt dos assignata fuerit in dictis stabilibus non traditis Francisco; & per consequens simulata fuerit confessio dotis receptæ facta á Frãcisco, ad *text. in l. 1. §. Renunciare ff. de ventr. inspic. gl. in l. de vnoquoque in princip ff. de re iud. Roland. cons. 92. num. 7. lib. 4.*

Accedit non solum sagacitas personarũ prò parte Petronillæ interuenientium in contractu dotali, quæ non omisissent procurare assecurationem dotis, sed concurrit solitum simulandi numerationem dotis

dotis in Anna sorore Petronillæ, vt iudicialitèr fuit declaratum, & ab ipsamet Anna contrà Matrem, & Fabronum protestatũ.

61 Demùm pro confirmatione eiusdem simulationis vrgere multum visum fuit, quod hic agitur de matrimonio occultè cęlebrato, cuius validitas valdè cootrouersa, adhuc sub Iudice indecisa pendet, quodq; Petronilla nuoquã fuit ad domum Francisci eius asserti viri traducta, sed semper mansit pænes Matrem, & Auunculũ; Etenim cum dos detur prò substentatione onerum marimonij, & ibi esses debeat, vbi sunt dicta onera, *l. actione la 66. §. final. ff pro Socio l si is qui, la. 57. in fin. ff. de iur. dot.* repugnant valde verisimilitudini, quod Auunculus voluerit integram Dotem persoluere, & retinere penes se mulierẽ, & onera matrimonij subire, præsertim sine aliqua cautione inuestimenti pecuniarum, aut saltem cum assignatione realì alicuius annuæ quantitatis prò substentatione dictorum onerum, *Bald. in l secunda C. de seru. fugit' Adden. ad Buratt. decis. 925 in fin. Rota coràm Merlin. decis. 419. num. 9. & to. in rec. decis. 55. num. 22. & 23. par. 6.*

62 Quæ fortius procedunt in proposito casu, in quo tanta fuisse dignoscitur Fabroni sollicitudo, vt pacto speciali voluerit sibi præcauere, quod alimenta Petronillæ præstarentur à Francisco viro in casu illius absentiæ ab Vrbe, & protestatus fuerit se sine prædicto pacto non facturum matrimoniũ, & Instrumentũ. Vndé magis redditur inuerisimile, quod soluerit scura 4500. ante pactũ prędictũ, vbi maior vigebat præcauẽdi ratio, *Rota ind. Romana Dotis 21. Februarij 1650. §. Secundo ex qualitate vers. Qua fortius coràm Eminentiss. D. Card. Corrado, Rota decis. 239. nu. 13. vers. Maximè quia p. 4. tom. 2. rec.*

63 Neque dicere valet, quod ex quo hic nulla aderat causa simulandi, ideò cesset, & simulatio; Sufficiens enim visa fuit causa simulaodi in proposito casu cõcurrere, nempè vt vel sub falso titulo honorificę dotis, Coniugum disparitas cohonestaretur *l. si quis post hac vers. Dos etiàm C. de dot. prom.* vel vt occultaretur aoimus donan-

64 di á legibus tàm communibus, quàm municipalibus improbatus, *l. si non verum, & l. Creditor C. de donat. inter vir. & vxor.* & irà etiàm respondit *Rota in d. Romana Dotis 26. Nouembris 1650. coràm Eminentiss. D. Cardinali Corrado §. Quoniam hac quidem.*

Nullius etiàm momenti prò veritate confessionis reputatum fuit, quod illam præcesserit promissio, & dotis constitutio, quia cum in vno, eodemque instrumento contineatur promissio, & confessio de recepto, vtraque eiusdem simulationis exceptione repellitur, nám ad hunc effectũ opus est, vt promissio coofessionem præcedat per aliam scripturam separatam, vel instrumeotum, aliás daretur via nimis facilis eludendi legum dispositionem, cũ eadem facilitate fieri possit doris promissio, qua eiusdem solutionis confessio, *l. qui testamento. ff. de probat. Grat. cons. 36. sub nu. 11. lib. 1.* cum alijs adductis in allegata *Romana Dotis 21. Februarij 1650. §. Nec releuat coràm Emin D. Card. Corrado.* 65

Nil etiam refert, quod Instrumentum sit obligatione Camerali vallatum, ac duplici iuramento assertorio, & promissorio munitum; Quia hæc nõ tollunt simulationem confessionis, nec sunt apta confirmare actum prohibitũ, minusque operaotur quod exequatur instrumentũ non habens iustæ veritatis essentiã, oec substantiã obligationis in partium consensu consistentẽ adnotata, per *gl. in cap. si diligenti 12. de for. competent. Paris. cons. 54. n. 41. vers. Hinc postremò cum seq. lib. 1. Gabr. conf. 142. sub nu. 6. vers. Verum hoc casu lib. 2. Ruin. cons. 130. nu. 3. lib. 1. Honded cons. 46. nu. 35. lib. 1. Rota coràm Buratt. decis. 612. sub nu. 6. & in recenti d. decis. 55. nu. 15. & decis. 259. nu. 9. par. 6.* Stante præsertim dispositione statuti Vrbis *lib. 1. cap. 135.* præsumeotis dolo, & metu fuisse illam extortam, *Bartol. in l. Omnes Populi sub nu. 25. vers. Sed si Statutum ff. de Iust. & Iur. Bart. in authent. Sacramenta Puberum sub n. 5. vers. Et ideò Rota coràm Durano decis. 185. sub. nu. 3. vers. Quod & si, & in rec. dec. 11. sub nu. 17. vers. Nec releuat par. 7.* 66

Paritèr non excluditur simulatio eo sub prætextu, quod respectu scut. millo auri, confessio non emanauerit fauore 67

Petro-

Petronillæ, sed Fabroni Auunculi, cuius respectu cesset quæ cũque suspicio; Quia interuentus Personæ adeò coniũctæ nõ ex cludit, immò magis cõfirmat alias iàm firmatas simulationis præsũptiones; quæ eo facilius his artibus ordiri potuit, *l. si Sponsus §. Generaliter tenendũ est ff de donat. inter vir. & vxor. l. filia mea. ff solut. matrim. l. Data C. de donat.* cum alijs cumulatis in sæpius citata *decis. Romana Dotis*
67 *26. Nouembris 1650. coràm Eminentiss. D. Card. Corrado §. Nihil enim*, Addito etiam, quod Fabronus in dicto Instrumento interuenit vti legittimus Administrator Petronillæ, cui in euentum restitutionis dos restitui promissa fuit, sicque illa confessio eò magis emanauit in commodum eiusdem Petronillæ, *l. Sulpitius in princip. vers. si color. ff de donat. inter. vir. & vxor. Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 12. num. 85. Rota in dicta Romana Dotis 26. Nouembris §. Tum Quia*.

68 Quibus stantibus obstare nec visum fuit nouum motiuum deductum ex *Textu in l. vir. ab eo la 50. ff. de iur dot.* vbi disponitur, quod si Maritus dotem Vxoris suæ à Tertio promissam acceptam fecerit, & promissor deindè euaserit non soluendo, teneatur nihilominus ad illius restitutionem, cum tali casu periculum ad ipsum pertineat, & habeatur perindè, ac si dotem actualiter accepisset; huiusmodi enim *Textus* respectu scutorum 3. mil. promissorum de bonis paternis Petronillæ, non applicatur, quia non loquitur in dote debita de Bonis illius, qui dotare tenetur, prout est pater, sed in dote promissa ab æxtraneo de iure dotare non obligato, & respectu tàm dictorum scutorum 3. mil., quam aliorum scutorum mille auri, quæ Fabronus auunculus de proprio cõstituit, & in quibus terminis dictus textus loqui posset, alia ratione euitatur, quę est, quod dictus *Textus* supponit veram, & non simulatam promissionem præcessisse; hiç autem nulla adfuit vera promissio, sed tantùm simulatio, qua stante deficit consensus, & consequenter potestas agentium, vt aduertit *Parif. dicto consil. 54. num. 41. cum seqq. lib. 1. & cons. 86 num. 49. lib. 3. Gabri. cons. 142. sub numer. 6. vers. verum hoc casu lib. 2. Rota coràm Buratt. decis. 925. num. 6. vers. Non obstat.*

Quod etiàm colligitur ex eo, quia ibi præcedit promissio dotis, & ex interuallo sequitur acceptilatio, vt patet ex illis verbis, deinde acceptam eam fecit, *leg. 3. & ibi gloss. lit. P. ff de solutio. Couarr. var. resolutio. cap. 14. num. 1. lib. 1*: Quo casu regulariter confessio de recepto, vel acceptilatio attenditur, neque exinde arguitur simulatio. At verò id non applicatur confessioni Francisci factæ, vt prætertur, vno, eodenque tempore cum promissione Dotis, tunc enim promissio, & confessio reputatur prò vnico actu confessionis inefficacis iuxtà superius allegata. 70

Minus præsenti casui applicatur conclusio firmata per *Bald. in leg. 2. §. final. num. 5. ff. si certum petat. & per Cyriac. controuers. 122. num. 17. cum. seqq.* quod scilicet in præiudicium Procuratoris, & vt ipse teneatur Domino reddere rationem, perinde ac si exegerit, semper eius confessio præsumatur vera, quia nõ versamur in cõfessione Procuratoris, sed Principalis, & in materia prohibita, quæ à legibus tàm communibus, quam municipalibus irritatur iuribus supra allegatis. 71

Frustra autem prætenditur, quod admisso, vt dicta confessio dotis receptæ emanauerit in fraudem prohibitæ donationis, nihilominus potuerit illa deinde confirmati morte Francisci, quia tantùm abest, vt Franciscus in eadem voluntate perseuerauerit vsque ad eius obitum, vt immò constet de illius reuocatione non solùm tacita per superuenientiam inimicitiarum, *Rota coràm Buratt. decis. 311. num. 3. in fin. in recent. decis. 355. nu. 4. par. 6.* Sed etiàm expressa, per litem præuio monitorio ad eius instantiam introductã super nullitate matrimonij, & cassatione d. Instrumenti Dotalis, necnon ex duplicatis procuræ mandatis ab eodem factis prò impetranda absolutione, & declaratione nullitatis matrimonij, & cõfessionis, *Speculat. in Rubric. de donation. sub. n. 3 vers. Item ponis, Barbat. cons. 6. col 9. nu. 10. lib. 2.* 72 73

Et ita vtraque Parte informante resolutum fuit &c.

AR-

ARGVMENTVM.

De calumnijs, & detractionibus eorum, qui asserunt Constitutiones Pontificias, etsi latas per viam legis generalis, non ligare, nisi sint vsu receptæ.

SVMMARIVM.



Constitutiones Pontificia lata per viam legis generalis obligant etiam inuitos & ignorantes, n. 1. Quid in legibus Principum secularium, num. 2.

Clausula (sublata) in constitutionibus Pontificijs apposita, cuicumq; contrario vsui resistit. num. 3.

Christus quam potestatem gessit, eam suis Vicarijs Communicauit, nu. 4.

Summi Pontifices qua ratione vtriusq; gladij potestatem habeant, num. 5.

Principes. & populi Pontificia potestati resistentes, Dei ordinationi resistunt. n. 6.

Seculares non debent se intromittere in discussione constitutionum, seu litterarum Pontificis, nec illius ministri, qua ad eorũ messem nõ spectant perscrutari, n. 7. & 8.

Consuetudo, seu obseruantia, qua aliquo pacto Ecclesiastica immunitati aduersatur, quotannis in bulla Cana abrogatur, n. 9. ampliatur, vt num. 10.

Immemorabilis, vt remaneat probata, qua requirantur circumstantia, num. 11.

Immemorabilis praiudicialis Ecclesia, quicquid erat in præteritum, hodie tollitur ex constitutione Vrbani VIII. nu. 12.

Presumptio interuentus solemnitatum cessat, quandò ab altera parte negatur, illám interuenire potuisse nu. 13.

Obseruantia circà illa negotia, qua ex contraria consuetudine substineri prætẽduntur, indiuidualiter est probanda, nu. 14. aliàs minimè attendi debet in praiudicium Iurium Ecclesia, & quarè, nu. 15.

Couarruuias reprobatur asserens per consuetudinem Immemorabilem derogari posse Immunitati Ecclesiastica num. 16.

Immunitati Ecclesiastica, cum sit de Iure diuino, per cõsuetudinẽ Immemorabilẽ derogari non potest, nu. 17. etiam secundum opinionem DD. qui tenent illam esse de Iure positiuo, nu. 18. & Ansaldus reijcitur, num. 19.

Capitula Papa Honorij cum Andegauensibus tunc Regibus Neapolitanis, hodiè in Regno sunt in viridi obseruantia nu. 20. & 21. vbi de eorundem Capitulorum origine, & hystoria.

Summus Pontifex est Consulendus, si aliquid fieri contigerit, quod aduersetur rebus ab ipso definitis, num. 22.

Pontifex non tenetur exquirere Consilium Cardinalium, quinimò illud quæsitum, nec sequi, nu. 23. maxime si vtatur potestate absoluta, non autem ordinaria nu. 24. Quid si requireretur consensus ibidem, & n. 26.

Lex Consilij quandò arctet ad peccatũ mortale, nu. 25

Pacta, & iuramenta inita inter Cardinales in Conclaui, minimè ligant Papam Iurãtem, & vouentem nu. 27. prout nonulli Pontifices iuramenta, & pacta inita in Conclaui, dum erant Cardinales non obseruarunt, de quibus exempla referuntur, nu. 28. & nu. 29.

Pontifex potestatem absolutam, & indepẽdẽtem habet in spiritualibus, & in temporalibus, num. 30

§. VIGESIMVS PRIMVS.



NON minus Reipublicæ perniciosi reputantur, qui de Principe maledicunt, quám qui scripturis eius dignitatem, iurisdictionem, authoritatẽq; minuere student; Quibus autem pœnis isti sint obnoxij, satis ex superioribus colligi potest, sed maiori certè digni erũt supplicio, qui in Principũ cõstitutiones os ponũt, ideò cõtra nõnullos asserentes Pontificias constitutiones indigere, quod vsu recipiantur, vt ad obseruantiã Populos obligare valeant, præsens vertetur disputatio.

Prò qua assertione firmanda quod nẽpé Constitutiones Pontificiæ prò sui robore non indigeant, vt á Populis vsu recipiantur, sicq; ipsas ligare etiam inuitos, & ignorantes, dummodò sint latæ per viam Legis generalis, adduco communem

Theo-

Theologorum, de qua testatur *Baldell in disputat. Theologia moralis lib. 5. de legib. disput. 28. n. 4. & 5.* & Quicquid in contrarium potest attentari ex deductis nouissimé per *Leotard. de Vsur. quaest. 44. per tot.* vbi loquitur de constit. Pij V. super Censibus, Prò nostra tamen parte assistunt etiam Canonistæ, quos congerit *Paul. Rub. in adnot. ad decis. 2. §. 4. nu. 5. & 6. par. 3. recent.*, & est inconcussa opinio Rotæ Rom., vt in *Maioricen Indultorum 27. Iunij, 1639. coràm bo. me. Merlin.* inter eius nouiter impressas *decis. 814. num. 4. & 5.*

2 Et ratio differentiæ est, quia quicquid sit quoad leges Principum Secularium, qui non á Deo, sed á Populo authoritatem habent, secùs tamen est in Constitutionibus Summi Pontificis, qui immediatè à Deo, vti Petrus absq; vlla dependentia à Populi Consensu authoritatem habent, vnde non mirum, si eo ipso quod eorum constitutiones per viam Legis ge-
3 neralis promulgãtur vt, dicãtur effectuatę, roburq; habeant iunctis præcipuè solitis clausulis, *sublata* &c. quæ cuicumq; contrario vlui resistunt, *Franc. in cap. cum de beneficio de prabend. in 6. Lotter. de re beneficial. lib. 1. quaest. 34. nu. 5. Rot. coràm bo. mem. Coccin. decis. 51. nu. 2., & par. 7. recent decis. 217. nu. 6. & in d. decis. apud bo. mem. Merlin. 814. nu. 5. vers. quod eò magis, & nu. 6.*

4 Hinc optimè *Ioseph. Stephan. Valentinus* in suo ægregio tract. *de potest. coact. quam Romanus Pontifex exercet in negotia Secularia lib. 1. cap. 3.* & post ipsum latissimè *D. Paulus Rubeus in adnot. ad decis. 2. §. 2. ex nu. 1. cum pluribus seqq. par. 3. rec.* eruditè comprobant, Potestatem, quã Christus gessit, sui loco Præpositis Vicarius communicasse, & in cætera capita Hyerarchica effluxisse, illis virgam tribuens ferream, vt ex Ioanne in *Apocalypsi cap. 2.* quarum rerum omnium potiri possunt, tanquàm Victoriæ, bonorumq; operum publicum munus recepetint, id quod præter ab ipsis adductos comprobatur per *Theodoretum* auctoritate *Michea Propheta*, hacq; ratione Summ.
5 Pontifices vtriusq; gladij potestatem assecutos, Alterum, quo continerent, conseruarentq; & in firmũ cõsistere facerẽt; Alterũ, quo Trãsgressores acerrimé castigarent, vt deducitur ex *Origine homilia 9. in cap. 16. Num. & homilia 6. in exodum*, ideoq; etiam legatur in canone *qui resistit 11. quaest. 3.*, quod Principes, & Populi 6
Pontificiæ potestati resistentes, Dei ordinationi resistant, Idemq; per *Innocent: Papam* comprobatur in *cap. si decreta 28. distinct.*, *ibi, si decreta Romanorum Pontificum non habetis, de negligentia, atq; iniuria estis redarguendi, si verò habetis, & non obseruatis, de temeritate estis corripiendi, & increpandi*, & ad propositum P.D. *Thomas del Bene in suo tractat. de Comitijs & parlament. tit. de Immunit. Ecclesiast. dubit. 4. sub sectione 38. Corollario principali 24. num. 15.* Somniare dicit illos, qui asserunt Bullam Gregorij XIII. supèr immunitate Ecclesiastica, nõ ligare in locis, vbi non fuit vsu recepta.

Eademque Assertio bené demonstrat, 7
quod stantibus Pontificijs diplomatibus, vt Seculares se non debeant in illorum discussione intromittere, malé faciãt Principum Ministri, dùm Nunciorum facultates, cęteraque ad eorũ messem non spectantia perscrutari volunt, vt contrá *Couar: pract. cap. 34. num. 4.* Et alios demonstrant, *Pesant. de Immunit Eccles. disput. 20. per tot. Azor. par. 1. lib. 5. cap. 14. quaest. 6. per tot. Bonaccin. de legib. disput. 10. quaest. 2. punct. 1. ex n. 1., & 15.* vbi idẽ dicit 8
de illis, qui prætendunt examinare litteras Pontificias, siuè Gratię siuè Iustitiæ, quod latius prosequitur idem *del Bene* loco supra adducto, & *Valenzuel. in defens. Monitorij Pauli V. par 4. n. 101. P. Diana de Immunit. Eccles. res. 17* & cõsimiles abusus detestatur *Ripolla de Regalib. tit. de Regalia immittendi toni ex nu. 68. vsq; ad fin.*, Quicquid in contrariũ voluerint *Ansald: de Iurisdict. par. 3. tit. de Iurisdict. Secular. cap. 20. per tot. Salzed. de l. Politica lib. 1. cap. 10. per tot.* signantèr *ex n. 37. & lib. 2. cap. 12. ex nu. 1. ad. 17.*

Quod si confugiatur ad tolerantiam, 9
vel consuetudinem etiam Immemorabilé, vltra quod illa quotannis abrogatur in Bulla Cænæ Domini, additur expressa

Cōſtitutio Vrbani VIII. ædita ſuper pręſeruatione Iuriũ Sedis Apoſtolicæ de anno 1641. incipien. *Romanus Pontifex*, per quã omne prorſus cõfugiũ tollitur circà contrariam obſeruantiam, vel conſuetudinẽ in illis, quæ aliquo pacto Eccleſiaſticæ immunitati aduerſantur, & licèt nonnulli faciant fundamentum in ſcientia Miniſtrorũ, hęc tamẽ nõ ſuffragatur, quãdò agitur de pręiudicio Principis, cuius cõ-
10 ſenſus requiritur proximus, & approbatiuus, iuxta doctrinã *Bartol. in l. 1. §. deniq; ff. de aqu. pluu. arcen., & in l. fin. ff. vti poſſidetis, Salycet. in l. 2. vers. sed. pro præfatorum C. noua Vectig. instit. non poſſ. Bald. in l. 1. in princ. in 2. lect. ff. de offic. eius. Ias. in l. Imperium col. 14. ff. de Iurisd. omn. Iud. Capyc. decis. Sac. Cons. 57. n. 2. & 3.*
11 Neque opponi poterit de text. in *cap. 1. de praescript. in 6.* quia ad probationem Immemorabilis multæ requiruntur circumſtãtiæ, de quibus nouiſſimè in *Beneuẽtana Iurisdictionis* 27. Ianuarij 1653. coràm Doctiſſimo, ac nunquam ſatis laudato *Zarate*, confirmata 11. Martij 1654. corám R. P. D. *Pentingerio*, & in omnem caſum Conſtitutio Vrbani VIII. omnem
12 tollit obſeruantiam, etiam immemorabilem, quæ tamen aliquo pacto Eccleſiæ præiudicium tangat, tollitq; etiam præſumptionẽ interuentus Beneplaciti Apoſtolici, qui antea ſtante lapſu temporis, iuncta etiam obſeruantia, præſumebatur, vt videre eſt in terminis præfatæ Bullæ Vrbani in *Barchinonen exemptionis* 13. *Iunij* 1646. *§. tum quia*, & in *Tiburtina affictus* 19. *Iunij* 1648. & in *Leodien. dominiorum* 25. *Iunij* 1649. *§. præterquam quod, coràm Eminentiſſ. D. Card Corrado* nunc digniſſimo Sanctiſs. D. N. Prodatario, cuius virtutes præclaræ, ſcientia, animi candor, cæteraq; generoſi Principis requiſita toti Orbi ſplendeſcunt, & in *Rauennaten. Domus* 14. *Iunij* 1649. *coràm Reuerendiſſ. Royas*, & in *Craconien. dismembrationis decimarum* 3. *Iunij* 1650. *coràm R. P. D. Verospio*, qui digniſſimè veſtigia ſequitur, nedũ bo. me. Cardinalis Fabritij Patrui, ſed etiam bo. me. Cardinalis Hieronymi Fratris, qui ante ipſum in Rota tanquam ſplendidiſſima ſydera emicuere, & in *Cordaben. dimidiæ portionis* 20. *Iunij* 1653. *§. nec aliqua coràm Meltio*.

Vltra quod præſumptio interuentus ſo- 13
lemnitatum ceſſat, quandò ab altera parte negatur illas interuenire potuiſſe, iuxta *doct. Abb. in cap ea noscitur. de his quæ fiunt à Prælat. Alexand. cons. 9. nu. 6. in fin. vers. quia respondeo lib. 3. Afflict. decis. 345. ex n. 5. & 6. Thobias Nonius. cõs. 58. nu. 13. Osasch. decis. Pedemont. 173. num. 3. Honded. cons. 82. nu. 26. & seqq.*
lib. 1. Sard. cons. 82. ex nu. 97. cum plu- 14
ribus sequentibus; & in omnem caſum ſemper eſſet probanda obſeruantia indiuidualis circa illa negotia, quæ ex contraria conſuetudine ſubſtineri prætenduntur, vt fuit dictum per Rot. in *Pampilonen Vicariæ* 26. *Martij* 1653. *§. nihil refragante coràm Reuerendiſſ. meo Meltio*, nedũ generis claritate, ſed etiam omnimodæ
doctrinæ conſpicuo; Aliàs obſeruantia, ac- 15
conſuetudo in indiuiduo non probata minimè attendi debebit in rebus Eccleſiaſtica Iura tangentibus, Quia Dominus in Euãgelio dixit, *Ego sũ veritas*, nõ dixit, *Ego sum consuetudo*, vt legitur in *cap. qui cõtempta veritate, & cap. si consuetudinem fortasse appoaus 8. distinct. cap. quid legibus & cap vsus 11 distinct. in cap. Canonica 19. distinct.*, & his rationibus ponderatis concluſionem etiam firmant *Farinacc cons. 197. n. 23. Sperell decis. for. Ecclesiast. 50. ex. nu. 37. par. 1.* vbi reſpondet ad tollerantiam, & conniuentiam, de qua etiam loquitur *Suarez* contrá Regem Angliæ *lib. 4. cap. 32. nu. 11. Castropalao in opere morali tom. 2. disput. vnic. de Immunit. Eccles. punct. 12. nu. 3.*

Hinc detegitur falſa authoritas *Conar-* 16
ruuia practicarum cap. 35. ex n. 5. aſſerentis per conſuetudinem Immemorabilem derogari poſſe immunitati Eccleſiaſticæ, tanquam á Iure poſitiuo deſcendenti; Etenim ipſum reprobat *Bellarmin. in respons. ad quand. Epistolam in fauorem Venetorum fol. mihi 7.* ſubdens *Conarr.* etiam in materia Eccleſiaſticæ Iuriſdictio-
nis cauté legendum, ex quo fuit Epiſco- 17
pus Granatenſium, idemq; contrá ipſum confirmant *Suarez. de Religione tom. 1.*

lib.

lib. 1. de Diuino cultu cap. 38 ex n. 16. Mediaraga in tract. de Senatu cap. 39. §. 2. fol. mihi 458. Iannerus par. 2. disput. 5. quaest 7. dubit. 1., & in defensione Ecclesiasticae libertatis lib. 2. cap. 16. per tot.

17 Hocq; verum non solùm in opinione illorum, qui tenent veriorem opinionem, nempè Immunitatem Ecclesiasticam esse de Iure Diuino, cui proindè per consuetudinem, etsi immemorabilem derogari indubitanter non potest, ex rationibus deductis per *Surd. cons. 301. n. 52. Roland. cons. 23. nu. 18. vol. 2. Marta de Iurisdictione par. 2. cap. 6. per tot. Peregrin. de Immunit. Ecclesiast. cap. 16. n. 37. Crass. de effect. Clericat. eff. 1. n. 72. Amat. Panorm. lib. 1. variarum resolut. 97. ex nu. 8. Diana resol moral. tract. 2. de immun. Eccles. resol. 1.* quia si non est de Iure Diuino scripto, saltim erit de iure Diuino tradito, vel á Concilijs definito, vt benè *Granata de Sacramentis 3. par. controuers. 9. tract. 4. disput. 4. sect. 2. n. 26.* & congestis SS. Patrum àc Scripturae Sacrae auihoritatibus, est videnda aurea *Rota decis. apud bo. me. Merlin. inter eius nouiter impressas 902. per tot. signãter ex n. 7.*

18 Quinimò eadem propositio, quod nempè per immemorabilem non possit censeri derogatum immunitati Ecclesiasticae, etiam in opinione illorum, qui sustinent, illã esse de Iure positiuo sequendo in hoc *Conarr.* loco supracitato, demon-

19 strat neruosè *Alexand. Sperell. decis. for. Ecclesiast. 36. per tot. par. 1.*, cuius dicta licèt acerrimè, & ad partes impugnẽtur ab *Ansalda de Iurisdictione par. 5. tit. 3. cap. 3. ex. nu. 67. vsq; ad 206.*, tamen iterum idem, *Ansaldus* reijcitur ab eodẽ *Sperell. in alia sua decis 181. per tot. par. 2.* vbi rectè loquitur, & *Ansaldi* Sycophantiam ostendit, & ad multa satis vtilia prò Principum Secularium regimine infert.

Similiq; prorsus motiuo firmat *Afflict.*

20 *in cap. 1. tit. Imperator Lotharius ex nu. 21. vers. Octauo profisco*, quod capitula Papae Honorij facta per viam legis generalis cum Andegauenfibus, tunc Regibus Neapolitanis ad leuamen Regnantis, & Regni, hodie sint in viridi obseruantia, immò qui diceret, illa non fuisse vsu recepta quod esset coherecẽdus, cũ implicitè defẽdere videretur malos vsus tunc in Regno introductos per Federicum Imperatorẽ, idemq; dicit *Capyc. in inuestitura feudali, verb. Feudorum Clausula, carta mihi 18.* & post alios relatos nouissimè *Ioannes Franciscus Marcian. disput. Iuris tom. 1. disput. 3. per tot.* signantẽr *ex nu. 3., & 4:*

vbi ponit eorundem capitulorum Originem, & hystoriam, & quomodò ad Instantiam Caroli II. fuerint à Pontifice Successore confirmata, tanquã à Domino directo Regni Neapolitani, ad cuius leuamen de illo tempore, & praecipuè sub anno 1284. fuit transmissus Gerardus de Blanchis S. R. E. Cardinalis *Parmensis* nuncupatus, & quod illa capitula tanquam leges allegentur in decisionibus causarum, vt post alios refert *Marcell. Marcian. cons. 8. nu. 5. lib. 2. & Io. Frãc. Marcian. fil. d. disput. 3. ex n. 3. 4., & 6. cum seqq.*, vbi etiam quod Authenticum transumptum praedictorum capitulorũ existat in Archiuio Sanctiss. Trinitatis Cauẽsis. 21

Quod si circà praefatas materias aliqua inciderit difficultas, non debet politica ratio saepè saepius ex *Tacito* deducta, in operationem deduci, sed in rebus iam per Summum Pontificem definitis, iterũ eundẽ Sũmum Põtificẽ Consulere, vt optimè, *Oliban de Iur. fisci cap. 14. num. 145. Salzed. de leg. politica lib. 3. cap. 2. per tot.* & eleganter *Rypoll de Regalib, cap. 12. & cap. 35. nu. 203.* 22

Neq; obiectum illud, quod nempè in rebus arduis debet adhiberi Consilium Eminentissimorum Cardinalium, aliàs non eiusdem sit roboris Pontificia definitio, aliquid negotij facessit; Quia non solum est in facultate Papae illud non exquirere, sed quod plus est, illud etiam quaesitum non sequi, vt firmant, *Bartol. in l. humanum C. de legib. Claud. Seisell. in saeculo Feudorum tit. qui Feud. dar. poss. Afflict. in eodem tit. col. 4. Meneaca de success. cap. 23. per tot. de Curte in diuers. Feudal part. 1. fol. mihi 13. nu. 10. Victoria in relectionibus Theologicis relat. 4. per tot. Gabriel. Paleot. de Sac. Concistor. Consult. par. 1. quaest. 3. art. 1. 2., & 3. cum seqq.* vbi distinguit inter casum, quan- 23

24 dò Summus Pontifex vtitur potestate Ordinaria, & quandò potestate absoluta, vt hoc secundò casu minimè teneatur Consilium sequi, quicquid aliud esset in consensu, cuius adhibitio si alicui demandetur, videtur etiã imposita necessitas illũ insectandi, de qua te latissimè *Bursatt. cõs. 90. nu. 42. Valenzuol. cons. 184. num. 59. & 60. Songhez de Matrim. lib. 1. cap. 34. nu. 24. Corne. cons. 53. nu. 2. vers. item dicit lib. 1. Aldouin cons. 20. num. 103. Maceratens lib. 1. Var cap. 51. per tot. Rot. coràm Mantic. decis. 238. nu. 6., & in Romana seu Comen hæreditatis 29. Ianuar. 1647. coràm R. P. D. Meltio Capyc. latr' consult. 58. nu 28. lib. 1. Riccinll. lucubration. Ecclesiast. lib. 1. cap. 34. num.*
25 *2.* & quandò Lex Consilij arctet ad peccatum mortale, vide *Albon. cons. 27. per tot.*, & distinguendo inter Consilium,
26 & Consensum Cardinalium, multa ad propositum congerit *Paleot. d. lib 1. de Sacri Concistorij consultationibus par. 1. quæst. 3. art. 3., & art. 4. per tot.*
27 Et ratio Conclusionis Principalis est secundùm *Paleotum*, & alios vbi supra, quia Summi Pontificis potestas est absoluta, & independens, adeò vt voluerint Nonnulli, vt etiam pactã & Iuramenta inita inter Cardinales in Conclaui, minimè ligent Papam Iurantem, & vouentẽ iuxta opinionem *Barbatiæ cons. 1. per tot. lib. 1. Alexand. cons. 224. per tot. lib. 6. Alban. de Cardinalib. quæst. 36. per tot. Bursatt. cons. 342. per tot. lib. 4.* vbi in fi-
28 ne ita dicit fuisse decisum per Rot. Roman. in casu occurso in obitu Marcelli II. consulendo tunc S. Pontificem Pium IV. quod etiam antea declarauerat Innocentius VI. per specialem Bullam impressam per *Reynald.* de anno 1353. ex nu. 29. & fuit obseruatum tempore Clementis VII.
29 qui in Conclaui vouerat, & iurauerat nõ conferre Cancellariam, nisi ad tempus, quam postea in perpetuum concessit cum derogatione Iuramenti, quæ tamen Bulla Derogationis est 40. in ordine Bullarij antiqui, licèt non reperiatur in Bullario nouo.

Quæ potestas absoluta non solùm consideratur in Summo Pontifice respectu Spiritualium, ác beneficialium, vt latissimè *D. Paulus Rubeus in adnot. ad decis. 2. ex nu. 215. cum pluribus seqq. par. 3. recent.* sed etiam in temporalibus, vt ex *Iosepho Stephano*, & alijs suprà deduximus &c.

ARGVMENTVM.

De calumnijs eorum, qui alienas captant hæreditates, ác de Viuentis successione paciscuntur, & an id inter Principes permittatur.

SVMMARIVM.



Æredipetæ Reipublicæ perniciosi num. 1.

Ex Corani monito deberent decipi, & tantùm institui in eo quo mortem defuncti lugerent, num. 2.

Qui antiquitus captãdorum testamentorum artem exercuerint, nu. 3.

Pacisci de hæreditate viuentis, quàm sit detestandum, num. 4.

Species captatoriæ Voluntatis, à quibus Doctoribus tractentur, remissiuè, nu. 5.

Text. in l. final. C. de pact. disponens de pactionibus super hæreditate Viuentium, quomodo procedat, remissiue nu 6.

Pactum de succedendo inter Patrem, & filium per viam obuentionis bonorum fauore matrimonij, àn substineatur, num. 7. & 16.

Prò inualiditate adducuntur DD. remissiuè nu. 8. amplia, vt nu. 9. & nu. 10.

Nec confirmatur iuramento nu. 11. affertur tamen distinctio, de qua in nu. 12. 13. 14. & 15.

Pactum de succedendo quod versatur circà dotem, vel donationem propter nuptias est validum. nu. 17. tàm de quota bonorum, quàm etiam de quota hæreditatis nu. 18., & 19. & de ratione nu. 20. & hoc procedit tàm inter Principes, quàm inter personas priuatas, nu. 21. & 22.

Conuentio de viuentis hæreditate facta in consequentiam alterius Contractus, seu pacti præcedentis licitis, est valida, n. 23.

Conuentio de succedendo respiciens quotam hære-

hæreditatis, vel bonorum fauore matrimonij, an sit reuocabilis, nu. 24. & 25. & 26.
Contrarium, nu. 27. & de ratione, num. 28. & 29.
Declarantur opiniones ad inuicem contraria, num. 30.
An detur actio ad æstimationem contra cũ, qui promissionẽ factam reuocauit, num. 31., & an detur actio ad interesse, n. 32.
Donatio causa mortis facta cum pacto non reuocandi, non transfunditur in donationem inter viuos, nu. 33.
Pactũ de succedendo àn valeat in vim vltima voluntatis, nu. 34.
Donatio inter Patrem, & filium per traditionem conualidatur, nu. 35. quæ traditio requiritur, etiam si donatio facta fuisset contemplatione matrimonij, n. 36.
Donatio vel promissio quota bonorum facta filio contemplatione matrimonij, quia est ius acquisitum Vxori, durante matrimonio reuocari non potest, nu. 37., quid si fuerit facta comtemplatione filiorum, nu. 38. & àn tunc sit permissa retrodonatio, nu. 39.
Donatio facta comtemplatione matrimonij, àn censeatur directa etiam ad filios ex eo nascituros, quibus ius acquiratur, num. 40., & prò affirmatiua etiam si verba non fuerint directa ad filios, nu. 41. & assignatur ratio, nu 42. & retro donatio in illorum præiudicium fieri non potest, etiam accendente eorundem consensu, num. 43.
Retro donationem àn Mulier impedire possit, quandò sua dotis securitate non priuaretur, nu. 44., & 45.
Mulier si prò sua dote esset tuta, & filius prà sua legitima in alijs banis, àn possint prætendere ius aliquod super bona retro donata, nu. 46.
Cautela traditur, vt filijs ius quaratur in talibus promissionibus factis contemplatione matrimonij, nu. 47.
Quandò non sit quæsitum Ius filijs, etiam si in donatione fuerit de illis facta mentia, nu. 48. & ad hoc affertur distinctio, vel donatio sit facta in capitulis matrimonialibus, vel extra; vide, nu. 49.
Vxori expedit habere virum diuitem, & non pannosum, nu. 50.
Factum recensetur nu. 51.
Donatio facta contemplatione certi matrimonij contrahendi cum certa persona, dicitur correspectiua ad dotem, & efficitur vnicus contractus cum dote consultus, nu. 52. ideòq; est irreuocabilis non solum fauore Vxoris, sed etiam fauore filiorum, nu. 53. & 54. qui ex propria persona censentur contemplati, nu. 55., & de ratione, nu. 56. præsertim si agatur de donatione facta ab Auo, nu. 57.
In donatione, vbi fit expressio filiorum, censetur eorum propria persona contemplata, nõ autem ipsis potest dici quæsit vm Ius mediante persona Patris, nu. 58. etiam si illa dicatur facta ob maximum amorem Donatio erga Patrem, vel ob beneficia ab eo accepta, cum hæc causa dicatur impulsiua, & non finalis nu. 59. & 60.
In Donatione facta contemplatione certi matrimonij contrahendi cum certa persona, causa finalis censetur ipsum matrimonium, nu. 61.
Actus præcedens declarat actum subsequentem, nu. 62.
Matrimonium tunc censetur causa finalis donationis, quandò alia causa non exprimitur, nu. 63.
Onus acceptatum super legitima, vel donatione, quæ excedat legitimam, subintuetur, num. 64.
Donatio in qua fuit facta mentio filiorum quandò illis acquiratur, vti filijs, & quãdò vti hæredibus, diffusè explicatur, nu. 65., & àn hæc distinctio sit recepta n. 66. vbi ex quo dignoscatur, quandò donatio fuerit stipulata prò filijs vti filijs, vel vti hæredibus, & quandò cesset prædicta distinctio, nu. 67.
Coniecturæ, quæ solent considerari, quandò fuerit facta donatio contemplatione filiorum vti filiorum, non vti hæredum, recensentur, n. 68. 69. 70., & 71.
Coniecturæ in contrarium adducuntur, quibus respondetur, n. 72. 73. 74. 75. & 76.
Donatio quãdò censeatur stipulata prá filijs vti hæredibus, nu. 77.
Donatio facta contemplatione matrimonij, & prò filijs vti filijs, est irreuocabilis, & Pater de bonis donatis disponere non potest

test in illorum praiudicium, num. 78.

Dos dota contemplatione certi matrimonij acquiritur filijs vti hæredibus, nu 79. *secus verò donatio, in qua militat diuersa ratio nu.* 80.

Pactum de succedendo est irreuocabile, quãdò filia per Patrem est admissa ad successionem, n. 81. *vbi de ratione; & àn hoc procedat quandò tractatur de causa matrimonij, intellige de pacto conseruatiuo, secus de pacto acquisitiuo, nu.* 82. *&* 83. *vbi distinguitur.*

Conuentio de succedendo respiciens totam hæreditatẽ, est reuocabilis ad nutum, & idem procedit in pacto respectu quotæ hæreditatis, nu. 85., *& àn hoc procedat, quandò tractatur de causa matrimonij num.* 86., *&* 87.

Text in l. final. C. de pact. An procedat quandò pactum de succedendo est factum in contractu dotali, nu. 88.

*De consuetudine talia pacta sunt irreuocabilia fauore matrimonij, vt in Regno Castellæ, in Regno Lusitaniæ, in Regno Franciæ, & passim in Italia, n.*90.91. *&* 92. *& etiam apud Catalanos, nu.* 94.

Doctoribus attestantibus de propria Prouinciæ, moribus, & consuetudine, est plenè credendum, nu 93.

*Circumscripta consuetudine loci, semper talia pacta sunt reuocabilia etiam si tractetur de fauore matrimonij, cuius fauore aliquãdo donatio hæreditatis obliquatur in donatione bonorũ, & quarè, n.*95. *&* 96.

§. VIGESIMVS SECVNDVS.



HÆREDIPETIS Reipublicę perniciosis semper respõderi deberet cum insigni *Corani* monito, iste enim *Nasica* Socero viuens hęreditatis spem cum ostẽ-

1 tasset, deindè obiens incautum hominẽ solum in eò, quod eius mortem lugeret,

2 instituit; de illis verò, qui captãdorũ testamẽtorũ artẽ professi sunt, nempè *Aruntio*, & *Aterio*, agit *Seneca lib. 6. de beneficijs, &*

3 *Horat. lib.* 11. *Satyr.* 5. Sunt enim vbiq; cadauera, quæ lacerantur, aut Corui, qui lacerant, Tertiumq; hæredum genus ad inueniunt, veteribus I. C. penitùs incognitum, nempè post Testamentarios, aut legitimos, addunt Conuentionales, vt benè considerat *Ottoman. cons.* 75. *nu.* 34. *in fin.*, & tales vultures increpando, *Alciat. post alios lib.* 2. *Peregron cap.* 31. optimè *Libanius declarat.* 15. *in fin.* Summumq; Principis reputatur munus, taliũ personarum genus compescere, ac pacta vti tristissimo plena euentu, omninò consternere, vt Sanciuit *Iustinian. in L. final. C. de pact.*, & habetur, *in cap. detestanda, & cap. ne captandæ de Concess. præbend.* cum alijs per *Francisc. Salern. cons.* 10. *§.* 1. *ex. nu.* 3. *& §.* 2. *ex nu.* 16. 4

Apud Iuristas verò latissimè hæc materia agitur, videas tamen materiam captatoriæ voluntatis apud, *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius verb. condidit. il* 1. *fol. mihi* 139 *par.* 1. *Andreol. Controuers.* 27. *per tot. Osasch. decis.* 125. *Rot. decis.* 178. *&* 350. *per tot. par.* 6. *recent.*, vbi plures captatoriæ voluntatis distinguũtur species, & *par.* 4. *tom.* 2. *recent. decis.* 252. *& in Romana renunciationis* 23. *Martij* 1650. *coràm R. P. D. Cerro.*, *& in Romana Fideicõmissi de Martolis* 11. *Decembris* 1651. *coràm bon. mem. D. Dunozet Decano.* 5

Ad ornatum verò *Textus in L. final C. de pactis*, & in quibus casibus valeãt conuentiones, & pacta super hæreditate viuentis, vide latiss. *Augustin. Barbos. in Collectaneis in L. pactum quod dotali, & in L. final. C. de pact.* & præter à *Barbosa* congestos, nouissimè *Franisc. Censal. in obseru. ad Peregrin. de Fideic. in* 1. *impress. fol.* 522. *& seqq. Marcian. Sen. cons.* 14., *&* 35. *per tot. lib.* 2. *Marcian. filius disput.* 87. *per tot. lib.* 2., *Michalor. de Fratrib. par* 3. *cap.* 12. *& cap.* 4. *ex n.* 14. *Peregrin. cons.* 69. *ex n.* 12. *& per tot. cons.* 76. *ex n.* 13. *vol.* 1 *Franc. Redanasc. cons.* 26 *per tot.* signantèr *ex n.* 5. *lib.* 1. *De Marin. Quotid. lib.* 2. *cap.* 162 *Rot. apud Merlin. de legit. decis.* 182. *nu.* 2., *&* 3. *&* alijs relatis in *Beneuentana hæreditatis* 17. *Martij* 1653. *coràm Reuerẽdiss. Meltio*, ex quibus omnibus multorum difficilium casuum ad materiam, de qua agitur, resolutionem repetere poteris. 6

Illa

Illa tamen quæstiò respiciēs pactum de
7 succedendo inter Patrem, & filium per viam obuentionis bonorum, siuè hæreditatis contemplatione matrimonij, án nempè hoc casu pactum substineatur, Anceps siquidém, & ardua dijudicatur, & forsitán hucusq; minus, quàm opus fuerat exagitata, ideò super ea aliquantisper immorandum.

Prò inualiditate enim vrget, tales pa-
8 ctiones, veluti donationis speciem continentes inter personas præcipuè prohibitas minimè substineri, iuxta, *Text. in L. donationes quas parentes 25. C. de donat. inter. L. Pomponius Philadelphus ff. famil: hercifcund. Anton. Gomez. lib. 2. Variarum cap. 4. nu 25. vers. item enim, Macera tens. Variarum. lib 2. resol. 46., num. 3. Rota decis. 527. num. 1. circà fin. part. 1. recent.*

9 Hocq; esse verum etiam in illis, qui habent spem proximam ad succedendū, firmat *Menchacha. de succes. creata lib. 1. §. 18. num. 26. Menoch. conf. 1. num. 139. cum seqq. & conf. 92. ex num. 15.* vbi quod nec etiam fauore dotis, vel matrimonij liceat super viuentis hæreditate pacisci, cum potior sit liberi arbitrij fauor, *Guttierez. de Iuram. Confirmatorio par. 1. cap. 59. inprinc Facchin. Controu. Iur. lib. 2. cap. 101. per tot. & lib. 5. cap. 84., & 85.* latè *Franscisc de Barri. de successionibus testati, & intestati lib 2. tit. 3. per tot. Fusar de substit. quæst. 308. ex num.*
10 *2.* siuè agatur de successione in totum, siuè in parte, *Mantic. de Tacit. tom. 1. lib. 12. tit. 33. ex num. 2. Peregrin. de fideicomiss. art. 51. num. 26. & seqq. Cyriac. controuer. 88. num. 12. Cancer. Variarum cap. 7. de pact. ex num. 43.*

11 Nec etiam hoc casu prodesse iuramentum, siuè verba sonent in vim pacti, siuè promissionis, docuere *Fusar. de substit. d. quæst. 308. num. 18. Peregrin de fideicomiss. art. 51. num. 24. Cyriac. d. Controuer. 88. num. 16. Augustin. Barbos.* qui innumeros congerit *in Collectaneis ad Text. in L. pactum quod Dotali 15. nu. 4. & 5. in L. de quæst. 30. n. 3. C. de pact.*

12 Hęc tamen controuersia, etsi supradicta, & alia, quæ infra dispungentur, fundamenta pro inualiditate pręseferat, illa tamen distinctione conciliari posse videtur, quod vel Conuentio, seu pactum inter Patrem, & filium fit pèr verba obuentionem bonorum omnium, aut successionem vniuersalem, vel quantitatiuam importantia, vt est casus de promissione, *quod eris meus hæres*, vel *bona mea ad te peruenient*, & tunc procedant, & intelligendi sint, omnes pro nullitate pacti Tenentes, quos in vnum congessit *Bellon. Iun. cons. 22. ex nu. 9.* cum alijs per Rot. *in Auenionen hæreditatis 5. Martij 1646.* confirmata *23. Ianuar. 1647. coràm R. P. D. Royas.*

Vel pactum, seu conuentio fuit con- 13
ceptum per verba designātia obligationē promittentis post mortē simplicitèr collatam, & tunc Conuentio, seu promissio omnimodò in vim contractus irreuocabilis substinetur, cuius opinionis Antesignanus fuit *Bart. in L. final. num. 11. C. de pact. & cons. 212. num. 1. lib. 1. Gaill.* qui alios congerit *obseru. 126. num. 2. vers. Immo, & num. 6. lib. 2. Bellon. Iun. d. consil. 22. num. 11.* vbi affert exemplum, puta si fuisset dictum, *promitto post mortem meam bona mea*, aut *tertiam* sinè *dimidiam bonorum meorum partem*, quia tunc nō dicitur pactū de successione viuentis, *Macerateńs. Variarum lib. 2. resol. 59. num. 21. per tot. Andre. Facchine. cons. 58. num. 12. vers. sed. potest. valere, & nu. 13. vers. quod autem pactum cum seqq. lib. 2. Hyeron. Zumpolus inter consilia Molphesij cons. 38 per tot.* & signātèr *sub num. 19*, vbi hanc nostram firmat distinctionem, licèt in discursu Consilij contrarium teneat, quia ibi agebatur de pacto super quota hæreditatis, eādemq; distinctionē elegantèr probauit *Francisc. Becc. cons. 157. num. 14. lib. 2. Marcian. Iun. disput. 87. ex num. 3. lib. 2.*

Huius distinctionis fundamenta mihi 15
videntur irrefragabilia, ex quo Conuentio facta per viam obuentionis bonorum, respicit per bona pacifcentē possessa emanans ex obligatione statim effectū habère, quantùm ad ipsam obligationem, qui dicitur effectus Iuris, quicquid differatur quoad ipsam exactionem, seu executio-

cutionem, quæ dicitur effectuatio facti *Alberic. in L. final. num. 2. verſ. ſed quæro C. de pact. Gaill. d. obſeruat. 126. num. 2. & ſeqq. lib. 2. Negufant. Iun. quæſt. 275. num. 12. & ſeqq.*, *& probauit Rot. Romana in Bononien. fideicommiſſi 4. Maij 1648. §. nec pactum huiuſmodi coràm R. P. D. Celſo*.

15 Eãdemq; diſtinctionem de duplici effectuatione, altera Iuris, & altera facti, agnouit etiam *Surd. conſ. 145. poſt. num. 32. verſ., & quamuis cum ſeqq.*, Sufficiatq; ad validitatem, quod verba pacti fundẽtur in perſonam promittentis, poſt cuius mortem incipit obligatio ſuum effectum operari in perſonis hæredum, *Marta de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 25. art. 2. inprinc. & ſignantèr num. 4. Gratian. diſceпt. forenſ. cap. 641. num. 1.*, & ſequen *Maceratenſ. Variarum dicto caſ. 21. ad finem verſ. & inſuper, Facchine. dicto conſil. 58. nu. 14. Rot. in d. Bonon. fideicommiſſi §. nam. verè coràm R. P. D. Celſo*, & maximè, quandò verba reſpiciunt tantùm bona, concurrente clauſula, omni meliori modo, *Facchine d. conſ. 58. num. 12. verſ. ſignantèr modo Iniuncto, & num 13. & ſeqq.*, *Bellon Iun. d. conſ. 22. n. 18. 22. & ſeqq.* & conferunt ægregiè adducta per *Rot. in Lauretana donationis 20. Februar. 1641. § præterea coràm. bo. mem. Eminentiſſ. D. Cardinali Verospio Iuniore*.

16 Addidimus in inſcriptione diſputationis matrimonij cõtemplationẽ; Vnde videndum, án eiuſdem matrimonij fauor ſingulare quidpiam induxerit tàm in acquiſitione, quám in conſeruatione promiſſarum hæreditatum, ſiuè án validitate admiſſa, pacta hæc de futura Succeſſione aliquantulum Promiſſoris arbitrium adſtringant; Etenim quod etiam in caſu matrimonij validitas pacti de ſuccedendo in dubium reuocetur, maximè ſi promiſſio reſpiceret quotam hæreditatis, per noſtrum *text. in L. pactum quod dotali C. de pact. & in l. hæreditas C. de pact. Conuent.* tenuerunt *Andre. Tyraquell. de Primogen. quæſt. 6. nu. 25. Faccibin. lib. 5. controuer. cap. 87. per tot. Arthaman. Piſtor. lib. 4. Controuerſ. quæſt. 2. num. 16. Cancer. Variarum cap. 7. de pact. num. 43. Cyriac. lib. 1. Controu. 88. num. 12. Auguſtin. Barboſ. qui alios congerit, in d. l. pactum quod dotali num... Menoch. conſ. 92. num. 15. Gomez ad L. 22. Tauri verſ. & ſubſtinendo, Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. quæſt. 453. per tot. Viuius decis. 507. num. 4.*

Præfati tamẽ Doctores dictorũ textuũ diſpoſitiones, ad hue in promiſſionibus fauore dotis vel matrimonij initis, extendentes, ſalua eorum pace, falluntur, nam textus illi rectè perpenſi loquuntur in promiſſione extra dotem, ibiq; in Vita Parentis ſupponebatur ſollummodò alimenta ipſis coniungibus data fuiſſe, vt cõuenerat inter eos, & patrem, ſæcus verò erit dicendum intercedente promiſſione prò dote, ſeù eius nomine, quod mihi probat *text. in d. L. hæreditas*, ibi, *quæ dotis titulo tibi non ſunt obligata*; vnde ſi dotis vicem cõuentio Succeſſionis indueret, de inualiditate illa ex eiuſdem Text. diſpoſitione minimè redargui poſſet, ſicuti aduertunt *Facchine. lib. 5. Controuerſ. Iur. cap. 87., in fine Ancharan. Regien. lib. 3. familiar. qq. 32. num. 9. in fin. Fuſar. de Subſtit. d. quæſt. 308. nu 67.* 17

Hinc fauore dotis, vel matrimonij non ſolum ſubſtineri poteſt, validum eſſe ſimplex pactũ de ſuccedendo, ſi fiat in quota bonorum iuxta Sententiam *Decij conſ. 224. poſt. num. 4. & conſ. 578. per tot. Menoch. conſ. 1. num. 150. & 166. & conſ. 92. num. 51., & conſ. 794. num. 11. & 14. Napodan. in conſuetud. Si qua moriens num. 36. in fin., Oſaſch. deciſ. 100. num. 26. Addent. ad Alexand. conſ. 28. lib. 3. litt. F. & S. Ferron ad Conſuetud. Burdigalen. tit. de teſtament. §. 22. Guidopap. decis. 247. per tot. Valaſc. in prax. partition. quæſt. 20. nu. 13. Peregr. conſ. 4. num. 1. & conſ. 76. num. 3. lib. Honded. conſ. 40. num. 38. lib. 1. Vſſembec. conſ. 38. num. 52. Seraderus conſ. 19. num. 50. vol. 1. Simon Piſtor. in addit. ad Hartamann. d. quæſt. 2. litt. A. Anton. Faber in Cod. lib. 5. tit. 9. defin. 8. de Ponte Conſ. 21. num. 33 lib. 1.* qui ita dicit dciſ. in Sac. Conſ. Neapolitan., & *conſ. 14. num. 41. lib. 2. Paschal. de Virib. Patr. poteſt. par. 3. cap. 7. nu. 13. Theſaur. deciſ.*

cis. 225. *num.* 11. *Barz. decis. Bonon.* 14. *nu.* 13. *Molphes. ad consuetud. Neap. tit. de renunciat. quaest.* 7. *num.* 14., *& cons.* 38. *num.* 11. *Fusar. de substit. d. quaest.* 308. *num.* 68. *Molin. de Rit. Nuptiarum lib.* 2. *quaest.* 2. *num.* 34., *&* 36. *Peguer. decis.* 230. *num.* 1. *Thor. in Compend. decis. tom.* 3. *verb. pactum de futura successione. Rot. apud Puteum decis.* 111. *lib.* 2. *in correctis*, ex ratione, quia quota bonorum cum non sit nomen Iuris, veluti res certa, refertur ad corpora *l. non amplius. §. cum bonorum. ff. delegat.* 1. quem citat *Angull. de meliorationibus ad l.* 8. *glos.* 2. *num.* 9. & tenet nouissimè *Gaspar. Klock de contributionibus. cap.* 12. *num.* 203.

19 Sed etiam validè substineri potest in specie, de qua agimus, fauore matrimonij, valere conuentionem de quota hæreditatis propriè relinquenda, ex his, quæ docet *Alverot. in cap.* 1. *§. filij nati si de re feud. fuerit Controu. inter Dom., & Agnat. Cravett. cons.* 256. *num.* 2. *cum aliis per Menoch. cons.* 1. *nu.* 163. *Molin. de ritu nupt. d. lib.* 2. *quaest.* 2. *num.* 24.

20 *&* 40. ex ratione quia, hoc casu promissio fit ex necessitate præcedentis Contractus matrimonij, cuius causa est onerosa, Propterea ne turpiter deludatur, qui sub tali spe contraxit, & in casu quotæ hæreditatis consulendũ est ei, *iuxt. doctrin. Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta nu.* 7. *vers.* 4. *casus ff. de verb. oblig.*, & in *l. final. nu.* 17. *C. de pact.*, vbi etiam *Iason num.* 7. *vers. Quinto limita, Nouell. de dote par.* 6. *priuilegio* 43., quos sequuntur *Gabriel cons.* 137. *num.* 2. *vol.* 1. *Otasch. d. decis.* 100. *num.* 10. *Ioann. Dansh. in L. final. nu.* 120. *C. de pact. Guttierez. de Iurament. confirmat. cap.* 59. *n.* 6., *& seqq. Gratian. cap.* 692. *nu.* 7., *&* 38. *Staiban. Sen. cons.* 57. *num.* 1. *& seqq.*

21 Hæc conclusio ita ampliata in illa parte, qua respicit quotam hæreditatis, admittitur tantùm ab aliquibus, vt procedat quandò pactum fuisset initum inter Principes, Superiorem non recognoscentes, sicuti ægregiè obseruant *Rutn. cons.* 40. *num. lib.* 1. *Boer. decis.* 204. *num.* 6. *Menoch. cons.* 1. *num* 126. *cons.* 815. *per tot. & cons.* 1126. *num.* 3. *Peregrin. de fideicommiss. art.* 51. *num.* 34. *Gaill. obseru.* 127. *lib.* 2. *Staiban. Sen. cons.* 82. *num.* 108.

Mihi tamen verior videtur opinio, vt non solùm admitti debeat Validitas prædicti pacti inter Nobiles, & Superiorẽ recognoscentes, vt affirmant *Decius cons.* 204. *n.* 5. *&* 224. *n.* 5. *vbi Addent. & cons.* 516. *n.* 3. *&* 4. *Iason. cons.* 5. *per tot. vol.* 2. *Boer. decis.* 265. *num.* 2. *Ripa respons.* 1. *num.* 26. *& sequent. Paschal. de Viribus Patr. potest. par.* 3. *cap.* 7. *num.* 11., *&* 12. *Scraderus de feud. par.* 10. *sect. prima nu.* 38. *Franc. Marc. decis.* 132. *par.* 2. *Fusar. de substit. d quaest.* 308. *nu.* 44. *Staiban. Iun. in addit. ad staiban. Sen. cons.* 57. *in fin. Pappon. de Arrest. Franciæ lib.* 2. *tit.* 2. *Arrest.* 1.

Sed etiam idem procedere fauore matrimonij inter quascũq; priuatas personas, etiã si pacto de succedẽdo nõ accesserit Iuramentum, vt acerrimè defendit *Cravett. cons.* 256. *num.* 2. quem Sequitur *Menoch. d. Cons.* 1. *num.* 161., *& cons.* 92. *num.* 50. *Petr. Gregor. Sintagm. Iur. lib.* 41. *cap.* 7. *Port. cons* 36. *in* 1. *dubio Pappon. vbi supra Arest.* 2. *in annot. Iacob. Richius de vnione Prolium cap.* 2. *num.* 36. *& seqq. Borholten. de pactis cap.* 5. *n.* 71. *Anton. Faber.* qui ita dicit decisum *in suo C. tit. de pactis conuentis definit.* 6. *Gratian. discept. forens. cap.* 692. *num.* 9. *&* innumeris comprobat *D. Marius Castellus lib.* 1. *de Donat. contemplat. matrim. tract.* 1. *discurs.* 3. *particula.* 6. *num.* 125. 22

Quod verùm à fortiori erit, si conuentio de viuentis hæreditate fieret in consequentiam alterius contractus, seu pacti præcedentis liciti, sicuti limitando dispositionem. *text. in l. final. C. de pact.* firmat *Rouit. decis.* 87. *nu.* 11. *Rot. apud Puteum. decis.* 111. *in annot. vers. Item fuit dictũ lib.* 2. *in Correctis.* vbi subditur, hanc fuisse opinionem *Bartoli in l. stipulatio hoc modo concepta vers. vltimò quaritur circa fin. sua distenctionis in* 4. *casu. ff. de verb. oblig.*, *& in l. final. vers. aduerte tamen*, *&* ibi *Iason. in* 3. *columna vers.* 3. *limita C. de pact.*, quod etiam tenet *Sanghez. oper. Moral. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 43. eiusq; verba expendit, admittendo prædictam 23

E e

dictam limitationem Carleual. in Apologia contra d. decis. Ronits 87. num. 18. edita post 2. tom. de Iudicijs.

24 Succedit ex ordine videndum, an Cōuentio, de qua loquimur, respiciens quotam hæreditatis, vel bonorū fauore matrimonij, reuocabilitati subiaceat; Vrget siquidèm prò reuocabilitate communis resolutio, nempè tale pactum substineri in vim supremi Iudicij, sicuti tuentur Alexand. in l. pactum quod dotali, & Iason. in l. final. nu. 20., & in l. tale pactum §. final. num. 14. de pact. alijsq; omissis Gabriel. cons. 137. nu. 14. lib. 1. Arthaman. Pistor. lib. 4. controuers. cap. 2. num. 38. Regens de Ponte cons. 10., & 21. lib. 1. Decian. cons. 72. num. vol. 3. Menoch. cons. 317. num. 22. Thesaur. decis. 225. num. 10 Boer. decis. 204. num. 11. Ronit. cons. 16. num. 12. lib. 2. Mart. de successi. legal. 4. par. quæst. 25. art. 1. num. 19. Molphes. ad consuetud. Neap. d. quæst 7. num. 12., & cons. 38. num. 39., & 40. Merlin. Pignatell. tom. 1. controuers. 85. num. 9.

25 Fauet etiam reuocabilitati context. eiusdem l. filij C. de pact vbi tales conuentiones valere insinuatur, quatenus is, de cuius successione agitur, voluntatem minimè mutauerit, id quod etiam deducitur ex text. in l. cum donationis. C. de Transaction. ibi Nec ad implendum promissum hæreditatis propria pollicitationi quisquam adstringitur, & ex text. in l stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. vbi Iulianus ait, inutilem esse adiectionem pænæ, in casu quo quis me non faceret hæredem, & cum idem sit, non facere hæredem, vel factum reuocare, inde deducitur, quod cum eo casu pæna exigi nequeat, infit promissioni reuocabilitas, aliás si stipulatio pænæ substineretur, libertas reuocandi factam institutionem impediretur, quod non est dicendum per ea, quæ in his terminis expendunt Dynus cōs. 10. per tot. Roman. consil. 171. per tot. vbi Mandos. in addit., & innumeri alij congesti per Martam de successione legal par. 4. quæst. 4. art. 2; nu. 34., & seqq. quæst. 25. art. 4. ex num. 11.

26 Ob quas prorsus, & alias rationes, quę exaduerso ponderari possunt, mordicús talia pacta non solùm de vniuersa hæreditate, sed etiam de quota esse reuocabilia, defendunt Thesaur. d. decis. 225. nu. 6. Tyraquell. de Iur. primogenit. quæst. 8. num. 4., & 5. Boer. d. decis. 204. Ronit. cons. 16. num. 12. vol. 2. Faber. in C. tit. de pact. Conuent. definit. 9. Ioann. Dahut. in l. filij C. de pact. num. 121. ampliat. 2., & 8. Marta de success. legal. par. 4. quæst. 25. art. 3. num. 6. & art. 4. num. 7. Petr. Gregor. Syntagm. Iur. lib. 41. cap. 5. n. 16.

His tamen minimè obstantibus vide- 27
tur benignior fauore matrimonij Contraria opinio, maximè quandò matrimonium esset certū, Bellon. Iun. cons. 22. nu. 7., & 8. quem alijs relatis, sequitur Hieronym. Palma cons. 19. num. 4. Altograd. cons. 7.
num. 19. ex quo promissio illa assumit 28
naturam donationis irreuocabilis, Seraphin. de priuileg. Iurament. priuileg. 98. num. 25., & 26. Facchin. d. consil. 58. n. 15, idemq; voluerunt Dec., & Alciat. quos sequuta est Rot. in supra adducta Bononien. fideicomissi §. Immò esse contractum donationis 4. Maij 1648. coràm Reuerendiss. Celso.

Rationes autem, quibus hæc fulcitur 29
sententia, adducuntur à Præfatis DD. & infra etiam latiús discutientur, videtur illa tamen mihi præcipua, quia cum causa matrimonij contemplatur, habetur respectus ad eius perpetuitatem, ideòq; perpetua etiam censeri debeat promissio, relata præcipué ad matrimoniū certum, vt per Altograd. d. consil. 7. per tot. signantèr ex num. 10. lib. 1; Rot. in Lauretana donationis 20. Februar. 1641. coràm bo. mem. Eminentiss. D. Cardinali Verospio Iuniore.

Qua ratione subsistente, quæ exad- 30
uerso supra sunt ponderata circà reuocabilitatem per textus ibi allegatos, procedere posse videntur, quatenùs conuentio esset de vniuersa successione, non autem quandó de quota bonorum, vel hæreditatis, quo casu remanet Disponenti libera, & absoluta facultas de cætero disponendi, ægregiè Albert. Brun. cons. 135. col. 11. vers. nec obstat, lib. 2. Cancer. Variarum lib. 3. cap. 7. num. 161. Eademq; respon-

sione tollitur amaritudo *Text.* in supra ad-
ducta *l. stipulatio hoc modo concepta*, vt in
specie docet *Decius cons. 293. per tot.*, &
ibidē *addent.* vnde si appareat, Disponē-
tem actum condere voluisse diuersum ab
vltima voluntate, ac virtualitèr à testa-
mento separatum, de irreuocabilitate non
remanet dubitandum. *Riminald. Iun. cons.
234. num. 84. Surd. qui alios congerit cōs.
348. num. Albert. Brun. d. cons. 135.
num. Castillo. lib. 5. Quotidianarum part.
2. cap. 94. n. 11. circà med.*, & secundúm
hanc opinionē fuisse iudicatum per *Senat.
Cathalonia refert. Fontanell. decis 142. in fi.*

Quod si in terminis dicti text. in dicta
31 *L. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb.
oblig.* si quis cōtēderet irreuocabilitatem,
de qua agitur, erit saltim consultum illis,
qui promissionē receperunt per remediū
æstimationis, scilicet, dum pęnā stipulatā
exigere nō poterunt, ad tantundē ratione
interesse agere, ne aliàs aliquo pacto per-
mittatur fallacia eius, qui postquam Ge-
nero quotam partem hæreditatis suæ pro-
misit in dotem, & recompensationem
onerum matrimonij, mox reuocet volun-
tatem, & promissis stare nolit, iuxta no-
tata per *Decium in L. pactum quod dotali
num. 10. C. de pact. Cagnol. in l. final. nu.
46. C eodem, Purpurat. in d. l. quod dotali
num. 10. Corn. cons. 60. num .. lib. 2.
Grammat. decis. 102. nu. 102 Bald. No-
uell. de dote priuileg. 43. circà fin. Menoch.
cons. 92. num. 21., & 60. Crauett. cons.
192. num. 14. Decian. cons. 32. num. 31.
lib. 3. Cephal. cons. 491, num. .. vol. 4.*

32 Negant tamen actionem ad interesse
in casu reuocationis voluntatis, *Gomes. in
l. 22. Thauri num. 21. alijque* relati per
Molphes. consil. 38. num. 42., & 43.
qui sequuntur doctrinam *Baldi in l. cum
Archimedoram C. vt in possessionem lega-
tor.* sed est obseruandum quod *Baldus*, &
qui eum sectantur, ad id asserendum mo-
uentur ex inualiditate pacti, quam sup-
ponunt, ex quo si daretur actio ad inte-
resse pró contractu nullo, & à l. fieri pro-
hibito, per indirectum induceretur va-
liditas, quam Lex directè negat, vt ob-
seruat *Thesaur. d. cap. 79. num. 4.* quod
tamen non venit dicendum, dum ex su-
pradeductis promissionis validitas Iure
defendi potest, vnde non mirum, si pro-
missionis effectu cessante, agatur ad inte-
resse, vt innumeris congestis tuetur *Gra-
tian. discept. forens. cap. 692. n. 18., & n. 44.*
vbi subdit per Rot. Romanā fuisse iudica-
tū prò opinione *Decij* iamsupra perpensa.

Verùm non videtur hic omittendum,
quod etiam si admitteremus illorum sen-
tentiam, qui tales promissiones assimilāt
donationibus causa mortis, non per hoc
deduceretur pernecesse censeri debere
reuocabiles, eum, & donatio causa mor-
tis fieri valeat, vt nullo casu repetitio fiat, 33
neq; per istù transitum donationis inter
viuos speciem faciat iuxta *Text. in l. Sena-
tus §. mortis causa in fin., & in l. si alie-
nam etiam in fin. ff. de donat. caus. mort.*,
quod subtilitèr expendit *Anton. Faber. de
Error. pragmat. tom. 2. decade 45. errore
primo ex num. 10.*, vbi hanc egregiè
comprobat conclusionem: *Petr. Gregor.
Sintagmat. Iur. tom. 2. par. 3. lib. 28. cap.
14. num. 9.*, & in terminis, quod irreuo-
cabilitas non repugnat naturæ donationis
causa mortis, refellendo contraria, tuetur
nouissimè *D. Ioannes de Xart. decis. Sardin.
11. per tot.* cuius dicta omnimodò probo,
cū reverа *DD.* qui in cōtrariū loquūtur in
intellectu *text. l. vbi ita donatur ff. de do-
nat. caus. mort.* fuerint allucinari, cum etsi
pactū de nō reuocādo fuerit adiectū, ne-
utiquám donatio causa mortis suā decli-
net denominationē, h ocq; tendāt impro-
pria, ac dubia verba, quibus *text.* ille vtitur
ibi, *causa donandi magis est, quàm mor-
tiscausa donatio.*

Hueq; forsitán tendit illud, quod ali- 34
qui substinent, nempé pacta prædicta va-
lere quidèm in vim vltimæ voluntatis, sed
esse irreuocabilia, ex traditis per *Gugli-
elm. de Benedict. in cap. Raynutius verb.
dicas. num. 200. cum seqq. de testament.
Albert. Brun. cons. 135. per tot. Ancharan.
quæst. familiar. 32. n. 14. Simon. de Petr. de
Interpr. vltim. volūtat. dub. 2. solut. 2. n. 165.*

Videtur tamen irreuocabilitas talium
promissionum formalitèr requirere subse-
quutam quotæ bonorum, vel hereditatis
fauore matrimonij traditionem, vel sal-
tim, constitutum, aliudq; remedium,

quod loco traditionis habeatur, quàm quidém traditionem pró validitate donationis inter Patrem, & filium requirit *Text. in l. Pomponius Philadelphus ff. famil. hercifcund.* vbi *Florian. nu.* 4. ponderat verbum illud in textu appositum, *tradidit*, & ponderauit in his terminis *Burges. de pace cõsil.* 141 *n.* 13. *Cancer. Variarũ lib.* 1 *capit. de donat. n.* 53. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *glos.* 8. *p.* 2. *num.* 30. *&* 35. *vers primam igitur opinionem, Rouit. consil.* 15. *num.* 13. *lib.* 2. Neque traditionis necessitatem excludit promissio, vel donatio facta contemplatione matrimonij à Patre filio, quia ista pró diuersitate temporum, diuersam sortitur naturam, Tempore enim constantis matrimonij est cẽsenda donatio propter nuptias, & hoc respectu censetur valida, & irreuocabilis, veluti donatio ob causam propter interesse temporale vxoris, At pró tempore dissoluti matrimonij reputari debet donatio simplex, ideoq; inualida, nisi morte Donãtis confirmetur ad instar cuiuslibet Donationis á Patræ in filium collatæ, sicuti notabilitér consuluit *Oltrad cons.* 151. quem sequitur *Apostillator* ad *Guid. Pap. decis.* 145. *vers. valida*, *Pansirol. cons.* 59. *n.* 10. *post vers. hæc autem*, ibi *sed videtur valuisse tantùm constante matrimonio*, *Mozzius de contractibus tit. de donat. col.* 1. *post num.* 19 *vers. infertur* ibi *residet in persona filij constante matrimonio*, idemq; voluit *Card. Zabarella cõs.* 152. *nu.* 2. *vers. Ad l. Pomponius* & neruosé defendit *Petr. Barbos. in l.* 2. §. *quid si in Patris post. num.* 7 *vers. Vlterius ff. solut. matrim.* & ex Moderniotibus sequendo *Oldradi cons. Camill de Medic. cons.* 107. *nu.* 21. *verf. si enim. volumus comparare hanc donationem*, subdens respectu filij talẽ donationẽ veluti simplicẽ, sẽper cẽleri titulũ lucratiuũ, & elegantiùs *Rouit cõs* 15. *n.* 9. *&* 10 *lib.* 2. de quo meminit *D. Ián. DeXart decis. Sardinea* 7. *n.* 17.

37 Præfatorum tamen DD. distinctio per necesse supponit, per donationem, seu promissionem quotæ bonorum, vel hæreditatis factæ a Patre filio cõtemplatione matrimonij, censeri vxori aliquod ius quæsitum, adeòut tantùm in eius præiudicium subsistat irreuocabilitas durante matrimonio, quæ controuersia vbetiorem expetit explanationem; Quippe est in hoc obseruandum, quod vel in tali promissione sunt contemplati filij ex matrimonio illo nascituri, potiùs videtur eisdem filijs donatum, quàm vxori, sicuti in 38 puncto tuetur á *Ponte cons.* 8. *num.* 10. *lib.* 1. *Camill de Medic. cons.* 108. *num.* 24 *& seqq.* vbi firmat, verba adiecta in donatione contemplatione matrimonij, demonstrare causam impulsiuam, quia Pater voluit donare filio, vt facilius onera matrimonij substineret ex *Crauett. cõs.* 85. *num.* 4. adeo vt non sit inspicienda persona Nurus, dum non in eam, sed in filium promissionis, vel donationis verba conferuntur, *iuxta Text. in l. cum Pater.* §. *cum donationis ff. delegat.* 2. multumq; interfit, cui Donator voluerit esse prospectum *l fideicomissa* §. *interdum ff. de legat.* 3. *De Medic.* vbi supra *num.* 32. *Alciat. cons.* 7. *num.* 22. *vers. circa secundum vsq; ad finem lib.* 8. *Mantic. de tacit. & ambig. part.* 2. *lib.* 13 *tit.* 4. *num.* 12. *Rouit. d. consil.* 15. *num.* 7. *lib.* 2. *Rot. decis.* 537. *num.* 2. *par.* 1. *diuers.* & ægregié consonant deducta in *Pisauren. donationis* 31. *Ianuar.* 1648. §. *nec donans tali modo coràm Eminentiss. D. Cardinali Ottobono* inter eius impressas in ordine 133. 39 adeo vt in præiuditium illorum, quibus fuit ius quæsitũ, ac sine consensu eorum, qui fuerunt in donatione contemplati, minimé permittatur retrodonatio, *A Ponte cons.* 25. *n.* 1. *cum seqq. lib.* 1. *DeXart. decis. Sardinea* 7. *num.* 20. *Rot in Romana fideicomissi de Incoronatis* 5. *Martij* 1640. *coràm bo. mem. Pirouano.*

Hinc deducitur quod, licèt donatio 40 fuerit facta contemplatione certi matrimonij, si eius verba ad filios non sunt directa, filijs ex eo matrimonio ius non pariat *Menoch. cons.* 286. *per tot. lib.* 3. *Thesaur. Inn quæst. forens* 2. *n.* 4. *lib.* 4. *Castill. controuers lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 25. quos sequitur *Dexart. d. decis. Sardin.* 7. *nu.* 15.

Contrariam tamen opinionem, quod 41 nempé censeatur ius quæsitum non solùm viro, cui facta fuit donatio, sed etiam illius vxori, & filijs, tenuit *Rota in d.*

Laure-

Lauretana donationis 20. *Februar.* 1641. *coràm Eminentiss. bo. me. Card. Verospio Iuniore* sequendo alias decisiones in *Sancti Seuerini dotis coràm bo. me. Merlin.*, *& in Romana donationis de Castellanis coràm bo. mem. Coccino*, & ratio esse potest, quia quandò donatio fit contemplatione matrimonij, & multo fortius quandò fit
41 in capitulis Matrimonialibus, cum toto contractu dotali confunditur, vnde non mirum si omnibus ibi contemplatis ius quæratur, *Gratian.discept.forens. cap.* 924. *num.* 13. *&* 14., *& infra*, *Molina de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 12. *num.* 26. *in fine Hodiern. ad Surd. decis.* 322. *num.* 29. *cum duob. seqq. Muta decis. Sicil.* 25 *n.* 5. *& seqq.* qui ob eandem rationem dicit, quod in præiudicium vocatorum nullo pacto permittatur retrodonatio, & in idē concinūt adducta per *Vincent. de Frāch. decis.* 205. *per tot. Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *glos.* 1. *num.* 71. 72. 73. vbi conclusionem ampliat, vt nec etiam fi-
43 lius possit consentire Patri vendenti, vel aliàs distrahenti res donatas, & prosequitur latiùs *claus.* 4. *glos.* 9. *part.* 10. *num.* 5. *&* 6.

Et licet *D. Ioannes. de Xart. decis.* 7. *num.* 17. subsistineat ius quæsitum vxori
44 per talem donationem esse secundarium, & temporale, scilicét quousq; duret matrimonium, cesset verò eius interesse dissoluto matrimonio, iuxta *Cons. Oldrad.* 151. quod supra expendimus; vnde vxor tantùm excepto casu, quo ipsa suæ dotis Securitate priuaretur, retrodonationem impedire nō valeat per *Text in L. si constante ff. solut. matrim. Alciat. d. cons.* 7. *num.* 29. *lib.* 8. Possunt tamen opinionum di-
45 uersitates conciliari, vt nempè retrodonationes tunc nullitatis vitio laborent, quandò marito simul, & vxori nominatim, aut filijs ex eo matrimonio vti filijs, non vti hæredibus donatio fuit facta, & vbi vxor soluto matrimonio frauderetur securitate suæ dotis, vel filij sua legitima, vt ibidem *De Xart. nu.* 20. quod si etiam
46 posita retrodonatione, ipsa prò suis dotibus, & filij prò sua legitima sint tuti in alijs bonis, neutiquā super retrodonatis ius aliquod prætendere poterunt, cum nulla præcedat actio personalis, ex qua hypotheca oriri possit, licét postquam esset in actū deducta, absq; personali cōsistere posset, vt ægregiè in his terminis ratiocinatur *de Ponte cons.* 80. *num.* 14., *&* 15. *lib.* 1., & ad contraria respondet *de Xart. d. decis. Sardinea* 7. *ex nu.* 21. *ad finem.*

Cautela tamen tradita per *Aponte d. cōs.* 80. *nu.* 16. *lib.* 1. *de qua meminit. De Xart. decis.* 7. *num.* 16. vt nempé nominatim donatio filijs fieri debeat, vt ipsis ius quæratur, redditur dubia ex his, quæ expédit *Rot. post Picum ad Statuta Vrb decis.* 22. *n.* 8., *& seqq.* & apud *Burat. decis.* 861. *num.* 8. vbi sentire videntur, quod etiam facta mentione de filijs in donatione contemplatione matrimonij, ipsis ius minimè dicatur quæsitum, quod quidēm satis dubium redditur ex traditis per *Giurb. obseruat.* 82. *per tot. Merlin. Pignatell. controuers.* 34. *per tot. lib.* 2. vbi impugnant supra adductum *Bonitti cons.* 15. *Marcell. Martian. cons.* 34. *per tot. lib.* 1. *etiam per tot. lib.* 2. 47

Distinguendum tamen in hac controuersia puto, quod vel donatio, seu promissio est facta in capitulis matrimonialibus, & tunc procedat opinio tenens prò Iure quæsito tām vxori, quām filijs, quod quidem erit Ius irreuocabile, & ita procedāt doctrinæ supra adductæ, vel promissio est facta extra capitula matrimonialia, & donatio fuit collata in filium, non autem in Nurum, & tunc procedat contraria opinio, nempé Ius quæsitum vxori non esse nisi temporale, de qua re *Camill. de Medic. cons.* 108. *ex num.* 24. *Add. ad Burats. decis.* 924. *ex num.* 17. *Rot. decis.* 44. *in princ. vers. vndè cum hæc promissio*, *& decis.* 58. *num.* 49. *&* 227. *nu.* 4., *&* 13. *par.* 6. *rec.* Nec ex interesse temporali excluditur vtilitas vxoris, cui expedit habere virū diuitē, & nō pannosum *De ponte cons.* 80. *n.* 16 *lib* 1. *quem sequitur Rot. in d. Romana fideicomissi de Incoronatis &c.* 48 49 50

Et quia secundùm prædicta in hac ardua quæstione nouissimè emanauit decisio *in Rom. donat.* 14. *Maij* 1657. *coràm Reuerendiss. Meltio*, ad materiæ choronidem hîc illam imprimendam censui.

DE-

DECISIO S. ROTÆ ROMANÆ.

Corám Reuerendiſs. D. Meltio

Luna 14. *Maij* 1657.

51 Rancifcus Laſchettus Annam Fælicem eius filiam prius nuptam Gaſpari Paulonio cum dote ſcutorum 5000. eo mortuo deſpondit cum Dote ſcutorum 10. mil. Gaſpari Iordano filio Guidi Mercatoris fundaci ad Turrim Sanguineam, qui vice verſa contemplatione dicti Matrimonij cum dicta Dote contrahendi vltra ſpem vniuerſalis ſucceſſionis Bonorum, quæ poſt obitum dicti Laſchetti ſperabatur, prout euentus docuit, obtulit donare vt cum affectu actualiter donauit dicto Gaſpari eius filio præſenti, & acceptanti prò ſe, & filijs naſcituris &c. irreuocabiliter, & inter viuos ſcuta 22. mil. monetæ per ipſum Gaſparem, & ſuos &c. ſuper quibuſcumque ipſius Guidi rebus, & bonis poſt eius mortem exigen. reſeruato tantùm illorum vſufructu, donec naturaliter vixiſſet, & hanc Donationem facere declarauit intuitu, & contemplatione dicti matrimonij, vt ſupra contrahendi, & ob maximum amorem, & Beneuolentiam, quibus eumdem Gaſparem proſequebatur ratione perſonalis ſeruitij, quod ab eo præſtabatur negotio fundacali, nec nō prò omni, & toto eo, quod dictus Gaſpar prætendere potuiſſet etiam ratione legitimæ:

Item deindè Guidus adhuc viuens aſſignauit negotium fundaci vna cum omnibus eius iuribus tunc æſtimatum in ſcutis 28. mil. ex quibus 22. mil. cedere voluit in ſatisfactionem prædictæ Donationis eidem Gaſpari in tali negotiatione ſpacio longi Temporis etiam poſt obitum Patris continuauit; ſed cum vltimo loco debitis valdè præſſus foro ceſſerit; Creditores in cauſa diſcuſſionis introducta coràm A.C. vigore ſpecialis commiſſionis Sanctiſſimi cæperunt prætendere ex dicta Donatione, vt ſupra facta per Guidum Gaſpari acceptanti prò ſe, & filijs, non fuiſſe ius quæſitum præfatæ Annæ Fælici Vxori, nec minus eius filijs vt filijs, ſed vti hæredibus, & per conſequens non poſſe ex ea impediri, quin ſatiſfactionem in dictis mercibus fundacalibus conſequi poſſent; Orta itaque ſupra hoc cōtrouerſia, emanauit ſententia A.C. per quam fuit declaratum filios Gaſparis comprænhendi in dicta donatione vti filios, & ratione illius inueſtiendos eſſe omnes effectus fundaci, illius nomina Debitorum, fructus verè, viuente Gaſpare, ſpectare ad Creditores.

Ab huiuſmodi ſententia fuit prò vtraque Parte, nempè Creditorum, & filiorum, ac dictæ Annæ interpoſita appellatio, cauſaque ad Rotam deuoluta, & mihi commiſſa, dubitaui, an Donatio Guidi ſuffragetur Vxori, & filijs, & DD. dubio pluries propoſito, eoque maturè diſcuſſo, hodie tandem omnibus DD. votantibus Donationem ſuffragari reſponderunt.

Fundamentum reſolutionis fuit, quia Donatio facta per Guidum Gaſpari non fuit generalis prò matrimonio contrahendo, ſed ſpecifica, ſcilicet occaſione certi, atque determinati matrimonij contrahendi cum certa perſona, nempè cum dicta Anna Fælice Laſchetta, quæ quidem donatio fuit inſerta in ipſo met Inſtrumento Dotali, quo caſu illa dicitur correſpectiua ad Dotem, & effectus vnicus contractus, & cum ipſa Dote confuſus, *Bald. in l. ſecunda, & l petens C. de pact. Dec. conſ* 414. *nu.* 14. *verſ. ita pariter, Natt. cons.* 609. *nu.* 3. *& ſeq: vol.* 3. *Mantic. de tacit. & ambig lib.* 13. *tit.* 4. *nu.* 12. *vers. Praterea notandum, Gratian. diſcept. forens. cap.* 297. *nu.* 5. *verſ. maxime, & cap.* 984. *nu:* 24. *Fontanel. de pact. nuptial glos.* 9. *par.* 1. *clauſ.* 4. *num.* 32. *& ſeq. verſ. fortificatur, Caſtil. deciſ.* 51. *nu.* 8. *& deciſ.* 106. *nu.* 6. *& seq. Guidopap. deciſ.* 145. *num.* 2. *ad med. vers. licet, Monterent. decis.* 10. *nu.* 7. & firmauit ſæpius Rota, & ſignantèr coràm *Buratt. decis.* 861. *litt. A. coràm Durano decis.* 40. *num.* 27. *in recent. decis.* 127. *num.* 13. *par.* 6. *& decis.* 493. *nu.* 10. *& seqq. par.* 8. *& in Lauretana Donationis* 20. *Februar.* 1641. *coràm bo. me. Card. Verospio, & in Romana Reſtitutionis Dotis* 30. *Maij* 1653. 52

1653. coràm R. P. D. meo Beuilaqua §. & in hanc.

53 Hinc sequitur, vt ex dicta Donatione sic concepta fuerit ius irreuocabile quæsitum non solum dictæ Annæ Felici Vxori, cuius etiam fauore, & commodum illa respicit, cum alias tantam dotem non dedisset *d. l. petens. & ibi Bald. C. de pact. Aym. cons. 985. num. 88. Bombin. cons. 61. Becc. cons. 20. nu. 9. & seq. lib. 1. Fontanell. de pact. nuptial. d. claus. 4. glos. 9. part. 1. num. 5. Giurb. ad consuetudinem Messanen. par. 1. cap. 1. glos. 1. nu. 14. Molin. de rit. nuptiar. lib. 3. quæst. 6. nu.* 106. Et Vxori valde interest habere virum diuitem, qui possit ei pinguiora Alimenta præstare, ac honorificentius eam tractare. *Menoch. cons. 261. nu. 15. & nu. 37. vers. Non obstat secundum, & cons. 944. n. 74. vers. item donatio sic facta, Rouit. cons. 15. nu. 8. lib. 2. Marcian. cons. 33. nu. 4. lib. 1. & cons. 41. nu. 17. & 19.* vbi firmat interesse Vxoris habere locum, etiam si de ea nulla facta fuerit mentio *Modern. Lucan. cons. 7. nu. 14. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 984. nu. 24. cum seq. & præsertim sub nu. 39. vers. verum in casu, Castil. quotidianar. contron. lib. 5. secund. par. cap. 119. nu. 28. Mastril. decis. 211. num. 13. Rot. coràm Duran. d. decis. 40. nu. 30. coràm*

54 *Merlin. decis. 515. nu 5. & in rec. dec. 114. nu. 1. par. 7.* Verum etiam filijs ex dicto matrimonio natis, *Bald. in l. fi. Præses. vers. nota bene C. de donatio, Thesaurus quæst. forens. cap. 2. nu. 3. lib. 4. Sanchez. de matrim. lib. 3. disput. 32. nu. 2. & 3. vers. quia quatenuscumq; Fontanel. decis. 55. nu. 8. Rot. in d. Lauretana Donationis 20. Februar. 1641. coràm bo. me: Card. Verospio; & in Rom. Diuisionis 10.*

55 *Iunij 1641. coràm R. P. D. meo Cerro §. Immò nec alia*, Dictumque ius quæsitum illis dicitur non mediante persona Patris, & ita tanquam illius hæredibus, sed vti filijs ex propria eorum persona contemplatis, *l. ex vectigali. vbi Bald. & Castrens. & alij ff. de pignor. l. si res. la. 3. ff. quib. mod. pignus, vel hypotheca soluatur, Bertrand. cons. 166. colum. 2. volum. 3. Fràc. à Pont. cons. 25. per tot. & præsertim sub nu. 6. Mastril. d. decis. 211. n. 3. & decis.*

301. nu. 2. Et ratio, qua omnes mouentur est, quia in huiusmodi donationibus 56
fieri solitis contemplatione certi matrimonij respicitur potissimum ad filios nascituros, quibus non diceretur satis consultum, si ad libitum Sponsi primi Donatarij Bona donata distrahi possent, *Larath. cons. 9. nu. 6. Cassan. cons. 53. num. 55. Bombin. d. cons. 61. num. 16. Anton. de Amath. resol. 30. num. 7. Lanar. cons. 89. per tot. & præsertim sub num 1. Cutel. de donation. inter. Patr. & fil. tract. 1. discept. 63. par. 6. Moder. Lusitã. voto decisiuo 14. n. 6. vsque ad fin.* vbi reijcit contraria, *Stayban. Iun. resolut. 22. per tot. & signãtèr sub n. 2. & seq. resolut. 45. sub n. 33. & seq. Fõtanel. decis. 55. n. 13. Andreol. cõtron. 127. n 4. Rota in recent. d. dec. 127. àn 6. cum. seq. par. 6.*

Eoque facilius visa fuit recipi posse 57
hæc opinio in proposito casu, túm quia Donatio, de qua agitur, facta fuit non ab extraneo, sed ab Auo, cuius affectio cum secundum naturalem rationem æqualiter in omnes descendentes feratur, ita omnibus eum consulere voluisse dicendum est, *Cutel. de donat. contemplat. matrim. tom. 2. tract. 2. discurs. 1. special 25. n. 13.* putans in tali casu rem esse extra omne dubium, *Castil. d. decis. 106. nu. 7. & seq. Rota d. decis. 127. nu. 4. par. 6.*

Túm quia in eadem donatione legitur 58
facta expressa mentio filiorum, quo etiam casu, vt ex ea dicatur ius quæsitũ filijs, vti filijs, verior, ac communior est opinio, quam tuentur *Natt. cons. 466. n. 5. vers. Nam præfatus, Bertrand. cons. 176. nu. 4. vers. sed his non obstantibus lib. 3. Anton. de Amat. d. resolut. 30. num. 7. & seq.* Et ab ea tanquam veriori, ac receptiori non esse in iudicando, atque consulendo recedendum, firmat *Cutel. de donatio. contemplation. matrim. d. tom. 2. tract. 2. discurs. 1. special. 25. à num. 8. vsq. ad fin. Montan. de Regal. tit. de Regal. offic. n. 28. Merol. in Theolog. moral. tom. 3. disput. 6. cap. 8. num. 898. Castil. d. decis. 106. à num. 6. vsque ad 16.* & ex hac circumstantia, scilicet expressionis filiorum in donatione conciliari contrarias opiniones, dixit *Rota in Romana fideicomm. de*

In-

Incoronatis 5. Martij 1640. cor. bo. me. Pironano §. secundus est casus in Pisauren. Donationis 8. Februarij 1647. coràm Eminentiss. D. Cardi. Otthobono § Et quãquam, & in d. Romana Restitutionis Dotis 30 Maij 1653. coràm. R. P. D. meo Beniloqua §. Quod eo magis, & in Rom. seu Nepesina Restitutionis in integrum 4. Iunij 1655. co. Reuerẽdiss meo Cerro § educebatur.

59 Neque obstat, quod dicta Donatio fa-
cta fuerit non solum ex causa matrimonij,
sed etiam ob maximũ Amorem, & assidu-
os labores per Gasparẽ præstitos in exer-
citio fundaci, ac in rem, & Personam
Patris, & hæc causa cum prætendatur fi-
nalis, & respiciat solam personam Gaspa-
ris, ideo quo ad eius filios Donatio cen-
seri debeat tanquam quid profectitium,
nec ad eos deferri possit, nisi vti hære-
des Patris: Quia expressio illa amoris, &
seruitij facta per modum affectionis, &
commendationis filij, non fuit causa fina
lis, sed impulsiua tantum, potissima autẽ,
ac finalis Causa fuit contractus matrimo-
nij, nam ista fuit prima in ordine, ac prin-
cipalitèr considerata, & ea mouit animũ
Guidi ad donandum, qui alias non do-
nasset, nisi tale matrimonium secutum
fuisset, prò vt nec etiam Pater Annæ Fæ-
licis Sponsæ eius filiæ Dotem in d. sum-
ma scutor. 10. mil. vltra spem futuræ suc-
cessionis constituisset, Natt. cons. 149. n.
8. Becc cons. 20. num. 10. cum duobus seq.
Surd. cons. 196. nu. 11. vers. Certè si quis
hanc facti seriem intueatur cum seq. & nu.
14. vbi quod prima causa magis in cau-
sarum influit, quám secundam, & sub n.
60 15. in terminis firmat causam finalem
esse matrimonium, & quod omnes aliæ
causæ expresse subalternãtur huic primæ,
ita vt nihil possint aliæ operari, nisi qua-
tenus ab ea influatur, Bombin. cons. 16. n.
17. in fin. Mart. vot. 215. n. 31. Larr.
dec. Granaten. 33. num. 55. 65. & 67.
Castil. d. decis. 106. nu. 11. & 12. Mo-
dern Lucan. cons. 36. n. 16. cum seq. nu. 2.
vbi quod fauor familiæ, & filiorum ex-
pressus in priori parte Donationis, habe-
tur prò causa principali, & præualet ex-
pressioni affectionis ergà Parentem po-
steriori loco factæ; Et regularitèr vbi ver-
samur in donatione facta contemplatione
matrimonij non in genere contrahendi,
sed cùm certa, & expressa persona, vt
tunc matrimonium cẽnseatur causa fina-
lis Donationis, tenent communiter DD. 61
& præ alijs Becc. d. cons. 20. num. 9. &
seqq. Molin de rit. nuptiar lib 3. quæst.
6. num. 72. vers. verius tamen mihi vide-
tur, Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 13.
tit. 4. num. 11. vers. sed hac sententia, la-
te Modern. Lucan. cons 7. num. 12. cum
pluribus sequentibus, & cũ hac destinctio-
ne transeunt etiam Surd. d. cons. 196. n.
11. Roland. cons. 44. num. 10. cum qua-
tuor seq. lib. 4. Menoch. cons. 261. n. pari-
ter 10. cum seq Natta cons. 609. nu. 3.
Peregr. cons 78. num. 6 vers. Nam Illu-
strissima lib. 3. Marcian. cons. 33. nu. 2.
in fin lib 1. & cons. 41. num. 6. cum seq.
Gratian. discept. forens. cap 924. nu. 21.
Stayban. Iunior. resolut. 22. num. 17. &
18. & resol. 45. num. 28. cum duobus seq.
Andreol. controu. 155. num. 8. plene Fo-
tanel. de pact. nuptial. clauf. 4. glos. 1. n. 16.
& 17. Cutel. de donat. contemplat. matrim.
tom. 2. tract. 2. Monat. decis. Aragonen. 10. n.
11. cum seq. Rot. d. decis. 127. n. 12. par.
6. recent.

Incõtrouertibile id quoq; redditur ex
eo quod cum Gaspar fuisset á Guido eius
Patre Procurator specialitèr constitutus
ad d. Donationem insinuandam, eam de-
inde insinuando nullam aliam causam Iu-
dici expressit præter contemplationem
matrimonij, prò vt etiam hæc sola expres-
sa fuit in subsecuto Instrumento consi-
gnationis fundaci factæ in executionem
præfatæ donationis, Vnde hinc certum
redditur, finalem causam Donationis ali-
am non fuisse, quam dictum matrimo-
nium, & huiusmodi declarationi licèt ex
interuallo factæ à Donante, & Donato-
rio, omnino standum est prò interpreta-
tione præcedentis actus, quatenus etiam
dubius ille esse posset, Alex. cons. 156. 62
colum. 5. lib. 5. Bald. consil. 405. lib. 5.
Aym. cons. 234. nu. 4. Rota in recent.
decis. 238. num. 5. & coràm Seraph. decis.
837. num. 14. & in Pisauren. Donationis
3. Ianuarij 1648. § Quæ certiora redduntur coràm Eminentiss. D. Card. Otthobono,

Ma-

Maxime cum dicta declaratio sit præiudicialis Gaspari Donatario tanquàm ei adimens facultatem disponendi de bonis donatis, & facta fuerit tempore non suspecto, nempè ante contracta per eum debita, immò antequàm conciperet in mēte illa cōttahere, *Aretin. cons. 36. n. 3. vers. 2. dico, Ruin. cons. 76. nu. 14. lib. 5.*

63 Hinc de facili respondetur decisioni *Buratti 861. nu. 9.* vbi firmatur, causam matrimonij tunc censeri finalem, vbi nulla alia causa expressa reperitur; Quia cōclusio huiusmodi limitatur, quandò prout hic, ex facti circumstantijs superius ponderatis, & præsertim ex supradicta declaratione certa desumitur voluntas donandi principalitèr contemplatione matrimonij;

64 Non etiam refragatur, quod donatio de qua agitur, facta etiam fuerit in recōpensationem legitimæ Gaspari filio debitæ, quæ cum non recipiat onus, neque granamen, ideo non sit præsumendum dictum Gasparem voluisse Donationem recipere cum onere eam transmittendi filijs, vti filijs; Quia respondetur, dictam Donationem valde excedere legitimam Gasparis, atque ita vtilius illi fuisse eam acceptare cum dicto onere, & onus sic acceptatū bene sustinetur, ad tradita per *Pignatel. contron. forens. lib. 2. cap. 34. n. 3. Molin. de Hispan. primogenit. lib. 2. cap. 3. n. 7. & 36.* Hodierna in addition ad *Surd. decis. 322. sub num. 43. Modern. Lusitan. vot. 14. num. 13. Rota in Rom. fideicomm. de Ceuolis 16. Maij 1642. coràm R. D. Salamantino §. vnde colligitur.*

65 Vllius releuantiæ neque visum fuit, vt ex eo quod Gaspar donationem acceptauerit prò se, & filijs, indè videatur eum acquisiuisse filijs vti hæredibus secundùm distinctionem recipi solitam per plures DD. ad effectum dignoscendi, an donatio acquiratur filijs vti filijs, vel potius, vti hæredibus, quæ est, vt si donatio facta fuerit Patri, & filijs, tali casu filij censeantur proprio nomine contemplati, capiantque Donationem ex prouisione Donatoris, Si vero Donatio facta fuerit Patri stipulanti prò se, & filijs, tunc filij desumant eorum vocationem, non ex prouidentia Donatoris, sed Patris Donatarij, & per consequens ad eam non admittantur, nisi vtramque habeant qualitatem, scilicet filiationis, & hæreditariam, vt probant *Dec. cons. 215. nu. 4. & 5. vers. vbi concludit, Soccin. Iunior. cons. 88. nu. 5. in fin. cum seq lib. 2. Lodouic. Bellon. cons. 45. num. 2. & 3. Medices. cons. 142. nu. 1. & seq. Larath. cons. 9. Roc. modern. Neapolitan. respons. 64. num. 2. volum. 1. Surd. decis. 324. num. 6. Fontanel. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 9. par. 1. num. 10. Capyc. Galeot. lib. 1. controuers. 57. nu. 18. Rota in Auenionen. fideicomm. 4. Februarij 1647. §. Hac autem, & 26. Iunij. eiusd. Anni §. Horum tamen coràm R. P. D. meo Verospio, & in Florentina Donationis, seu Separationis bonorum 2. Octob. 1650. coràm bo. me. Pentingerio.*

Huiusmodi enim distinctionem, vltra quod *Surd. d. decis. 324. nu. 8.* verbalem appellat, ex ea ratione, quia stipulatio requirit verba tā Interrogantis, quàm Respondentis, atque ita quotiescumque Pater stipulatur prò filijs, præsupponi debet, quod panformis Donantis interrogatio præcesserit fauore filiorum, quám rationē refert, & approbat ibidem *Hodiern. nu. 17. & 18. Bertrand. cons. 176. num. 4. lib. 3.* Adhuc nec minus illa præsenti casui applicabilis visa fuit, tùm quia Pater non stipulatus fuit, sed acceptauit donationem prò filijs, quæ acceptatio præsupponit præcedentem Donantis promissionem fauore eorundem filiorum, vt distinguendo firmat *Petr. de Ognat. de contract. tom. 1. disput. 3. section. 3. sub nu. 66. & 67. vers. Acceptatio verò.* 66

Tùm, & fortius, quia d. distinctio cessat, quandò ex coniecturis apparet, mētē, & volūtatē Donantis fuisse, vt & filij essent Condonatarij Patris, tunc enim siuè donatio directa fuerit Patri, & filijs, siuè Patri stipulanti prò se, & filijs, vtroque modo ius filijs vti filijs acquiritur, & admittit etiā *Surd. decis. 322. nu 19. & ibi Hodiern. nu. 10. in fin vers. Nec. obstant supradicta distinctiones,* & ex coniecturis pendere resolutionem huius articuli, firmat *Medic. d. cons. 142. nu. 6. Modern. Lucan. d. cons. 36. nu. 19. lib. 2. Molin. de ritu nuptiar. lib.* 67

lib. 3. quæst. 15. num. 54 Castil. d. decis. 106. num. 8. Rota in d. Romana fideicom. de Incoronatis 5. Martij 1640. cor. bo. me. Pirouano §. secundus est casus, & in rec. d. decis. 127. num. 8. par. 6. & in d. Rom. Restitutionis Dotis 30. Maij 1653. §. Quod eo magis cor. R.P. D. meo Beuilaqua; Idquè summa ratione, quia in hac materia potius voluntas Donantis attenditur, quàm quo ordine Pater filijs acquirat, vel qua mente eis stipuletur, vt dicit *Stayban. resol. 22. nu. 14. & 15.*

Coniecturæ autem in proposita facti specie plures concurrunt, & quidē vrgentes, quæ omnes suadent, Donantis intentionem fuisse, quod, & filij in donatione iure proprio comprahenderentur.

68 Prima est, quod vt etiam superius ponderatū fuit, hic agitur de donatione nō solum facta contemplatione certi matrimonij, sed in ipso met contractu dotalitio adiecta correspectiué ad promissionem, quam Pater Annæ Fælicis Sponsæ fecit de dote scutor. 10. mil. & sic in longe maiori quantitate dotis in primo matrimonio constitutæ scutor. 5. mil. Tale namque augumentum Laschettus Pater Sponsæ non fecisset, nisi correspectiué ad donationem faciendam per Guidum, ne dūm fauore Gasparis, sed etiam eius filiorum ex d. matrimonio suscipiendorum, cum, & illis potissimúm consulere voluisse dicendum sit, *Paris. cons. 4. nu. 10. volum. 4. Capyc Galeott. controu. 57. n. 17. lib. 1.* Et regulare est quod in donatione, quæ fit ab Ascendente contemplatione certi matrimonij, semper habeatur ratio Prolis nasciturae ex dicto matrimonio *Amat. cons. 68. nu. 24. & seq. Fontanel. decis. 55 num. 8. Rota in pluries allegat. decis. 127. n. 4. p. 6. rec.* Et hoc fortius procedit in præsenti casu, in quo Gaspar erat filius familias, nihil possidebat, eiusque Pater habebat alios filios, vnde eò magis censendum est, Donantem voluisse præcauere de donatione prò filijs nascituris, vt isti possent habere bona ex persona propria, vt tradit *Bertrand. cons. 176. nu. 4. vers. & verisimilem*, quem in his terminis sequitur *Rot. d. decis. 127. nu. 10. & 11. par. 7. rec.*

69 Vrget etiam alia non leuis coniectura ex eo elicita, quod non versamur in donatione facta ab extraneo, qui solam personam Donatarij respexisse censetur, sed in donatione facta ab Auo contemplatione certi matrimonij, cuius verisimilis affectio cum non minus vigeat ergà Nepotes, quàm ergà filium, ita omnes æqualiter fuisse contemplatos ex eadem sanguinis affectione, firmant *Capy. Galeott. controu. 57. nu. 18. lib. 1. Anell. Amat. cons. 68. nu. 24. Cutel. citat. special. 25. nu. 25. vers. Item ipse, & dixit Rota in d. Florentina Donationis, seu Separationis bonorum coràm bo. me. Peutingerio §. Eo magis quia.*

70 Accedit etiam, quod in Instrumento Donationis nūquam legitur facta mentio de hæredibus, & successoribus, prò vt communiter fieri solet, quandò filij considerantur vti tales, vt aduertit idē *Surd. d. decis. 322. nu. 21. vers. tertia est coniectura Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. quæst. 15. nu. 43. vers. Cæterum.* Immò nec fuit simpliciter facta mentio de filijs, sed addito prònomine, *suis*, ex quo magis restringi stipulationem ad filios vti filios, tener *Bertrand. d. cons. 176. nu. 4. vers. Et prò eo quod obijcitur lib. 3. Cancer. var. resolut. lib. 1. cap. 8. nu. 106. cum seq.*

71 Omnium autem potissima, ac vrgentissima coniectura illa est, quæ resultat ex propria Gasparis confessione emissa, vt superius dictum fuit, in subsequenti Instrumento Insinuationis, ibi, *Guidus contemplatione dicti matrimonij donauit ipsi Gaspari, & filijs nascituris scuta 22. mil.* Hæc enim tàm clara confessio tollit quamcūque prætentionem, quod in d. donatione contemplata fuerit sola persona Gasparis, & vt idem Gaspar stipulatus fuerit prò filijs vti hæredibus, cum potius contrarium ex tali confessione desumatur, & quotiescumque res etiam non est clara, sed dubia, ac dependet ex coniectura mente contrahentium, vt admittatur huiusmodi declaratio, in his terminis ponderat *Capyc. Galeott. dicta contr. 57. num. 23. vers. quod autem, & dixit Rot. in Bonon. successionis 4. Maij 1646. §. qua opinio, & 17. Iunij 1647. §. coniectura contraria cor. bo. me. Bichio*, vbi declaratur,

quod

quod licèt Donator non possit donationē iam in esse deductam, ac perfectam alterare, potest nihilominus verba aliquo modo dubia declarare.

Neque coniecturæ ponderatæ ab informantibus prò Creditoribus prò exclusione propriç contemplationis filiorum, visæ fuerunt alicuius releuantiæ.

72 Non prima deducta ex clausula cæterata, ibi, *Gaspari præsenti, acceptanti prò se, & filijs nasciturisꝯc.* & ibi *per ipsū D. Gasparē, & suos, &c.* Quid quid enimdicendū esset, vbi clausula illa cæterata apposita reperiretur immediatè post *ver 6. illud pro se*, in quibus terminis loquūtur *decis. 707. n. 10. p. 1. rec. & 483 n 8. p. 4. tom. 2. in Rom. dotis 30. Maij 1644. coràm bo. me. Peutingerio*; Cōtrarium est firmādum in proposito casu, in quo cùm dd. clausulæ appositæ reperiātur, vna post verbū *nascituris*, & altera post Verbum, *suos*, Prima extendi posse visa fuit prò filijs masculis, & fœminis ex eodem matrimonio nascituris. Secunda verò intelligitur de eisdem filijs sic nasciturís, de quibus proximè immediatè antecedenter facta fuerat expressa mentio; Et hæc extensio cum sit comformis menti contrahèntium, ac subiectæ materiæ, est admittenda, non autem alia, & maxime illa compræhensiua quorumcumque hæredum tamquàm insolita, & repugnans menti Donatoris, *Castren. cōs. 172. nu. 1. vol. 2. Surd. cons. 350. num. 29. Grat. cōs. 90. n. 125. lib. 1. Buratt. decis. 120. n. 9. & ibi Adden. lit C. & dec. 399. n. 8.*

73 Non etiam refragatur secunda coniectura elicita ex eo, quod in subsecuto Instrumento consignationis fundaci prò satisfactone Donationis, Guidus illud tradiderit Gaspari acceptanti, etiam prò hęredibus, & successoribus quibuscūque; Hæc namque coniectura tollitur ex facto, animaduertendo, quod acceptatio non fuit facta simplicitèr prò filijs, & hæredibus, sed prò se, & filijs ad formam Donationis, ac deindè prò hæredibus, & successoribus quibuscumque, ex quo sequitur vt cum Donatio esset scutor. 22. mil. tantùm; merces autem iuxtà æstimationem factam ascenderent ad scuta 28. mil. Acceptatio facta per Gasparem modo supradicto, intelligenda sit disiunctiuè, & singula singulis cōgruè referēdo, scilicèt respectu dictorum scutor. 22. mil. prò se, & filijs ad formam Donationis; prò residuo verò nēpè scutor. 6. mil. etiam prò hæredibus, & successoribus; Iste autem disiunctiuus modus, quo Contrahentes vsi fuerunt in huiusmodi Instrumento, magis arguit donationē ex intentione partium fuisse factam Gaspari, ac filijs, vti filijs, nam aliàs si huiusmodi intētionem non habuissent, acceptatio vnico verbo fieri potuisset prò se, & hæredibus absque dicta disiunctiua, vt in his terminis considerant *Molfel. cons. 2. nu. 28. Surd. d. decis. 322. nu. 22. vers. Quarta est coniectura.*

74 Eiusdē irreleuātiæ est quoquè tertia cōiectura posita in eo, quod donatio facta fuerit etiā intuitu meritorum, vnde debeat cōsiderari tanquàm quid profectitum à Patre, quia vltra responsionem superius datam in refellēdo huiusmodi obiecto, additur, quod etiam merita compensari possunt cum donatione transitoria ad Nepotes tamquàm Condonatarios, & ex propria eorum persona descendentes ex visceribus filij contemplatos.

75 Alia coniectura desumpta ex qualitate mercium fundacalium, vt scilicet valde inuerisimile reddatur, quod Guidus voluerit in dictis mercibus, quæ seruando seruari non possunt contemplari filios vti filios, nullum habet fundamentum, & corruit ex facto; Siquidèm Guidus non donauit scuta 22. mil. in bonis fundacalibus, sed in in pecunia, ibi sc. 22. mil. monetæ; Vnde licèt posteaGaspar receperit tot bona fundacalia, non inde potuit præiudicare filijs, quibus ex præcedenti donatione fuerat anteà ius quesitum in pecunia, *Rota dec. 221. nu. 2. tom. 2. par. 4. rec.* Vltra quod etiā bona fundacalia potuissent recipere subrogationem aliarum mercium distrahendarū ad commodum filiorum Donatarij *l. cum Tabernam 34. ff. di pignor. vbi glos. in princip. Natta cons. 184. n. 3. & 4. Put. decis. 289. in princip. lib. 2. Rota penes Pacific. de Saluian. decis. 126. nu. 7. coràm Martin. Andr. decis. 80. num. 8.*

76 Denique nullam contrariam coniecturā facit, quod Gaspar in Instrumento traditionis

tionis fundaci promiserit seruare omnia in eo contenta, ac soluere Donatori singulis annis scuta 600. obligando hæredes, & successores. Quia non inde sequitur aliqua alteratio, seu immutatio formæ donationis quæsitæ filijs vti filijs. Cũ enim hæc donatio facta fuisset, præuia reseruatione vsusfructus, viuente Donatore, & nihilominus ipse non expectata eius morte assignauerit d. sc. 22. mil: donata in tot mercibus fundacalibus tàm quòad proprietatem quàm quòad vtilia; Iustum fuit eidem Donatori dicta annua scuta 600: promittere, ac pro illorũ solutione se, suosque hæredes, atque successores obligare; cum aliàs ad id minimè tenerentur filij, ad quos beneficium Donationis verisimiliter nõ erat peruenturũ, nisi defũcto Donatore, quo tẽpore expiratus fuisset vsusfructus sibi reseruatus, & interim à Gaspare assecutus.

77 Ex his sequitur DD. allegatos prò parte Creditorum non applicari præsenti casui, vel quia illi loquũtur extra casum certi, ac determinati matrimonij, vt *Dec. cons. 216. n. 5. & 6. Alciat cons. 7. nu. final. lib. 8: Martha cons. 38. nu. 1. & seq. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæst. 15. à nu. 29. cum seqq Rot. coràm Merlin. decis. 392. nu. 3.* Vel quandò in donatione nulla est facta mentio filiorum, in quibus terminis loquitur *Rota coràm Buratt. decis. 861. n. 1. decis. 924.* Vel vbi non interuenit stipulatio prò filijs, *vt in dicta Rom. fideicom. de Incoronatis cor. bo. mem. Pironano, & in Pisauren: Donationis cor. Eminentiss. D. Card. Otthobono*, vel si interuenit stipulatio prò filijs, facta illa etiam fuit prò hæredibus, & successoribus, qui est casus *decis. in Auenionen. fideicomm. 4. Februar. 1647. & 26. Iunij eiusdem Anni cor. R. P. D. meo Verospio.* Certum autem est, quod nullus Doctor loquitur in casu, in quo adsunt coniecturæ suadentes contemplationẽ Donantis erga Prolem ex eodem matrimonio nasciturã; Immò quod tunc ius filijs ex propria eorum persona acquiratur, tenent ipsimet *Surd. Fontanel. Capyc. Galeot. aliÿque allegat.* prò parte Creditorum, nec non *Rot. idem firmauit coràm Merlin. decis. 392. num. 2.* Vbi quod tota hæc quæstio facti magis, nẽpè volũtatis ipsius Donantis, quã iuris est.

Demum neque subsistit, quod admisso, 78
vt dici posset ius quæsitum filijs, vti filijs, adhuc tale ius nil aliud operetur, nisi irreuocabilitatem Donationis, & illius reuersionem ad Donantem excludat, sed non impediat, quo minus Pater possit de Bonis donatis in illorum præiuditium disponere, illa hypotecando Creditoribus; Quid quid enim sit de hac opinione, vbi Pater donat Sponso contemplatione certi matrimonii nulla facta mentione filiorum, cessat obiectum, quandò de filiis facta est specialis mentio, & ex coniecturis apparet, Auum donasse, & Patrem primum Donatarium donationem recepisse prò filijs vti filijs, nam tunc ius speciale illis quæritur, & prò inde siuè alienentur bona donata in eumdem Donatorem, siuè in alium, semper resultat idem effectus, quod fiat contra causam finalem ipsius Donationis, cum in vtroque casu bona dissipentur; Immò deterios esset, quod Pater posset vendere, & hypotehcare, quam retrodonare; Siquidẽm per retrodonationem bona redirent ad Auum, ex cuius bonis Nepotes possent consequi Alimenta, & Dotem prò fœminis, ad *text. in l. si quis à liberis ff. de liber. agnoscend. & in l. Qui liberos ff. de rit. nupt. Aretin. cons. 12. nu. 11. Ruin. cons. 94. n. 7. lib. 1.* quod ius non competeret contrà creditores, si bona ad illos deuenirent, & ita etiam tradit *Sanchez. de matrim. lib. 6. disput. 32. nu. 1. & seq.* Vbi quod nec minus adiici possit conditio aliqua, per quam aliquo modo deterior reddatur conditio Vxoris, & filiorum *Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 1. glos. 8. par. 1. num. 7. & 76. & his relatis Rot. decis. 44 nu. 10. par. 6. rec. coràm Merlin. decis. 515. nu. 5.*

Hinc etiam patet non applicari argu- 79
mentum ductum à Dote ad huiusmodi Donationem, vt scilicet, quemadmodum dos quæ datur cõtemplatione certi matrimonii, non acquiritur filiis vti filiis, sed vti hæredibus *l. liberis ff. de donat. ante nupt.* itam etiam dicendum sit de controuersa
donatione, Diuersa enim ratio militat in- 80
ter vtrumque casum, nam dos datur Patri prò substinendis oneribus matrimonii, nulla facta mentione filiorum, nec Patre prò eis stipulante, At hic facta fuit mentio filiorum

liorum, & Donatio fuit stipulata prò eisdem filijs, quibus prôinde fuit ius quæsitum *Amot. d. resol.* 30. *num.* 8. & in his terminis late dixit *Rota d. decis.* 127. *por: 6. & in Rom. seu Nepesina Restitutionis in integrum* 4. *Iunij* 1655. *coràm R. P. D. meo Cerro.*

Et ita vtraque Parte informante resolutum fuit &c.

Quod verò attinet ad conuentiones de succedendo, vt superiùs dicebatur, rectè inferri potest, quod aut pactum est de suc-
81 cessione conseruanda inter Patrem, & filiam succedere impeditam, quàm posteá habilem reddit, vt cum masculis concurrat, hocq; casu pactio sit irreuocabilis, non ex quo successio est data pacto, sed quia ex pacto videtur exclusionis obex sublatus, tunc enim remanet filia in paterna suitate, & necessariò venit instituenda secundùm ius commune, & portionem etiam habitura, siué à Patre, siué à Iudice, & quicquid sit, si priorem illam pactionē Patri licuisset per aliam expræssam suæ voluntatis declarationem reuocare, ex his quæ dicit *Vasquin.* controuers. illustrium *d.* §. 18. *num.* 291. *Brun. d. cons.* 135. *num. vers.* 3. *moueor, Barz. dicto decis. bono.* 14. *num.* 9. *& seqq.* attamen accedente causa matrimonij, reuocatio non licebit propter interesse
82 Generi, & filiorum ex matrimonio illo nascitutorum iuxta DD. supra adductos, quibus concinunt *de Ponte cons.* 10. *num.* 6. *& cons.* 21. *num.* 34. *lib.* 1. *Molphes. cons.* 14. *num.* 5. *& 6. post. Comment. ad consuetud. Neap. tom.* 2. *Gratian. d. cap.* 692. *nu.* 6: *&* 38. *D. Capyc. Galeot. controuers.* 30. *num.* 58. *lib.* 2.

Aut pactum est de succedendo, seu acquisituum, & hoc casu licét anceps sit resolutio, multorum tamen inoleuit opinio, cōuentionem omninò irreuocabilem esse,
83 dummodò sit directa ad quotam bonorum, dato quod fuerit adiectum verbum, *instituo* non tamen facta mentione de quota hæreditaris, cuius conclusionis veritatem latissimè suadere conantur *Albert. Brun. d. consil.* 135. *per tot. lib* 2. *Gabriel. d. cons.* 137. *nu.* 30 *vers. Quod autem lib.* 1. *Ludouic. Peguer, decis.* 230. *num.* 20. *Barz. decis. Bononien.* 14. *num.* 8. *vers. quoad secundū* *Anton. Faber* qui ad hoc Subaudiæ Senar. decisionem refert *in Cod. lib.* 5. *tit. de pact. Conuent. definit.* 7. *&* 8., si verò conuentio vniuersam respiceret hæreditatem, illā 84
ad nutum reuocabilem dicunt *Thesaur. decis.* 225. *nu.* 9. *Peregrin. decis. Potauin.* 50. *per tot.* idemq; in pacto quotæ hæreditaris acquisitiuo non admittunt classici Docto- 85
res, sed illius irreuocabilitatem tuentur, dummodò conuentio in contractu dotali de quota hæreditatis fuerit facta, vt nempé filiorum, & matrimonij detrimentum reparetur, ac ne alias miserrimè decipiatur, 86
qui sub alia forsitán lege non fuisset contracturus, iuxta *Text. in l. aliud.* 106. *ff. de solut.* & ita tenet *Guglielm. de Benedictis in cap. Raynutius verb. duas num.* 200. *insin. de Testament. Io. Faber. in l.* 1. *C. si mancipia & c. Cassaneus,* & alij relati per *Ancharan. lib.* 3. *quæst. familiar* 32. *n.* 14. *Petr. Gregor. Tholosan. lib.* 41. *Syntagmat. Iur. cap.* 7. *nu.* 12. *Thesaur. lib.* 2. *quæst. forens. cap* 79. *num.* 12. *Francisc. Molin. de rit. nuptia. lib.* 3. *quæst.* 2. *num.* 20. *Ioseph. Ramon. cons.* 100 *num.* 523. *Guttierez. de Iurament. cōfirmator. part.* 1. *cap.* 59. *num.* 7. *Couar. in relect. de pact. inst.* 3. *par. nu.* 2. *&* 7. *Frācisc. Marc. decis. Delphinali* 128. *nu. &* 132. *num. par.* 2. Quicquid in contrarium voluerit *Tyraquell. de Iur. primogenit. quæst.* 8. *nu.* 4. *&* 5. *Marta de success. legal. par.* 4. *quæst.* 25. *art.* 3. *num.* 6. *& art.* 4. *nu.* 7. *Rouit. cons.* 16. *num.* 12. *vol.* 2. *Anton. Faber. in Cod. tit. de pact. conuent. definit.* 9.

In hac tamen controuersia reuera fateri oportet, veriorem sententiam stare prò reuocabilitate, cum nullatenus calumniari valeant verba *text. in l. pactum quod dotali C. de pact. in* illis verbis, *neque vllam obliga-* 87
tionem contrahere, neque libertatem testamēti faciendi Patri potuit auferre, & patet ex supra deductis, magis enim est fauendum libertati testandi, quàm fauori matrimonij, vt latissimè fuit deductum *per Rot. Rom. in Amerina Castri Guardiæ* 16. *Iunij* 1651. *cor. Reuerendiss. Royas,* & in alijs passim.

Posset tamen prædicti textus dispositio obtineri, quandòpactum fuisset initum in 88
contractu dotali, vt liceat paeiscenti quandòcumq; reuocare dispositionem, vt benè *Stephan. Forcatula in Geomantia Dialog.* 55. *dicto*

in infi. Vasqu. in d. §. 18. *num.* 201. sed de consuetudine etiam hoc casu prò irreuocabilitate senserunt multa Orbis Tribunalia; est enim in Regno Castellæ *lex.* 22.
89 *Thauri*, ibi enim pactum de non meliorando, vel auantaggiando filium, vel filiam, implicitè stipulationem affirmatiuam continet de instituendo æqualiter filios, vt testatur *Castill. tom.* 6. *cap.* 150. *num.* 40. cum aliis per *Fusar. de substit. quæst.* 308. num. 61., & nihilominus reputatur irreuocabile etiā in cōtractu dotali, siuè cū filia siuè cūGenero cōtrahatur, vt monet in *d. L. Thauri Gomez. n.* 21. *Palat. Rub. n.* 18. *Segura in l. vnum ex familia §. si fundum fol. mihi* 50. *col.* 2. *ff. de Legat.* 3. *Conarr. in initio* 3. *part. num.* 7. *infi. de pact. Vasquez. d. lib.* 2. §. 18. *num.* 209. *Valasc. in prax. partition. cap.* 20. *num.* 17. *Guttierez. d. cap.* 59. *num.* 7. *Mierez. de maioratu par.* 1. *quæst.* 66. *nu.* 8. *Castill. lib.* 3. *controuers. cap.* 9. *num.* 10. & latiùs *lib.* 6. *cap.* 150. *n.* 24. & 25. *Larrea decis. Granaten.* 36. *num.* 21. & *seqq.* qui ad contraria respondet, asserens Pragmat. 101. æditam Madryd aut nouiter recompilatam *l.* 1 *tit.* 2. *lib.* 5. minimè differre à supra adducta l. 22. *Thauri*, quicquid in contrarium annuerit *Baeza de non meliorando*, &c. *cap.* 20. *per tot. Gomez. in d. l.* 22. *Thauri*, & alii *apud Guttierez d. cap.* 59. *nu.* 25.

Prò irreuocabilitate etiam consimilis
90 pactionis legitur statutum apud Lusitanos *lib.* 4. *ordinat. tit.* 82. *Velasc. in d. prax. partition. cap.* 20. *n.* 17., & 18. *Pereira decis. Lusitan.* 67. *per tot.*

In Regno Franciæ de irreuocabilitate
91 non dubitatur, vt testatur *Franscisc. Marc. decis. Delphin.* 132. *nu.* 8. *par.* 2. *Coras. dec. Tholosan.* 71. *per tot. Anneus Robert. lib.* 1. *rerum Iudicatarum cap.* 15. qui tamen *lib.* 3. *cap.* 16. contrarium asserit extra casum matrimonii.

In Italia hoc absolutum ponit post mul-
92 tos congestos *Menoch. cons.* 1. *num.* 163. & *cons.* 92. *num.* 53., & 79. *Molin. de Ritu Nuptiar. lib.* 3. *quæst.* 2 *num.* 47. & fuisse decisum in collegio Vercellensi, & in Senatu Pedemontano, refert *Thesaur. d. lib.* 2. *quæst. forens. cap.* 79. *num.* 5.

Præfatisq; Doctoribus attestantibus de propriæ Prouinciæ moribus, ac consue- 93
tudine plenè esse credendum, tradunt relati à *Gabriele lib.* 1. *commun. conclus. tit. de probat. conclus.* 1. *num.* 2. *Mascard. conclus.* 426. *ex. num* 19. cum aliis per *Salzar. de vsu, & consuetud. cap.* 7. *ex nu.* 9., & quod ista consuetudo pactorum de quota successionis valeat, quicquid sit, an aduersetur Iuribus, tenent *Bald.*, & alii relati per *Paris. cons.* 26. *num* 100. *lib.* 2. *Thesaur. decis.* 225. *num.* 12. *Fab. in Cod. lib.* 5. *tit.* 9. *defin.* 6., & 7. *Molin. de rit. nuptiar. d. lib.* 3. *part.* 2. *num.* 41. Barbosa *in d. l. pactum, quod dotali num.* 6. & 8. *Facchin. lib.* 2. *controuers. cap.* 101. *art.* 2. *per tot.*

Testantur etiam de hac consuetudine prò pacti irreuocabilitate apud Cathalanos 94
Fontanell. decis. 142. *nu.* 2. & *de pact. nuptial. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 6. *per tot.* & *glos.* 9. *par.* 4. *num.* 34. licèt ibi ne sint otiosa pacta futuræ successionis, verbū *hæreditatis* obliquetur prò bonis, seu illorum donatione, & conferunt *Peguer. decis.* 19. *per tot. Cancer. Variarum. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 128. *Ripoll. Variarum cap. vltim. num.* 238. *Molin. de ritu. nuptiar. d. lib.* 3. *quæst.* 2. *num.* 3. & *seqq.* & *quæst.* 4. *num.* 7.

Circumscripta verò particularium locorum consuetudine, id verum de iure communi testantur *Soccin.*, & alii relati à *Pere-* 95
grino de fideicomiss. art. 8. *num.* 14., & donationem hæreditatis in donatione bonorum obliquant *Purpurat. in d. l. final. ex num.* 225. *C. de pact. Ceuall. Commun. contrà Commu. tom.* 1. *quæst.* 140. *num* 2. *in fine, Barz. decis. Bononien.* 14. *n.* 5. *Mart. decis. Senen.* 36. *num.* 14.

Hæc tamen obliquatio de donatione hæreditatis in donationem bonorum, eo tantùm respectu substineri posse existimo habita consideratione ad bona existentia 96
de tempore promissionis, secùs quoad futura, ne aliàs libera testandi coarctaretur facultas, argomento *text. in l. quæsitum §. si quis mihi seruum ff. de legat.* 1. *vbi glos. verb. hæreditatis, Fontanell. de pact. nuptial. d. claus.* 4. *glos.* 9. *p.* 4. *n.* 46. & 63. *Mart. d. decis. Senens.* 36. *num.* 5. & 6. *Thesaur. d. lib.* 2. *forens. cap.* 79. *insi. Borrell. insumm. decis. tom.* 3. *tit.* 10. *num.* 365.

AR-

ARGVMENTVM.

An liceat Blanditiis aliquem adducere ad testandum, & quám hoc sit destabile:

SVMMARIVM.

Blanditijs aliquem seducere ad testandum licitum est, dumodò hoc fiat absque dolo, num. 1.

Seductio ad aliquem sibi instituendum debet esse dolosa, & quomodo dolus probetur, num. 2.

Testamentum conditum à minore, vel ab eo, qui de proximo est egressus pubertatem ad fauorem Tutoris, an substineatur, num. 3.

Seductio quomodo probetur, num. 4. & quandò præsumatur, num. 5. & 6.

Sugestio præsumitur in testamento minoris de gestis in Domo Curatoris, nu. 7. & hoc ex metu reuerentiali, qui solus sufficit ad actum annullandum, num. 8. maximè si fraudarentur venientes ab intestato, num. 9.

Seductio præsumitur in Testatore extracto à propria Domo, & adducto in diuersam patriam prò testamento conficiendo, n. 10. vel si adhibentur Testes alienigenæ, n. 11.

Seductio præsumitur in testamento, in quo cõtinetur præteritio eorum, qui succedere deberent, num. 12.

Sugestio præsumitur, quoties testamentum non est immediatè ad commodum eiusdem sugestoris, sed alterius, cuius deinde commodum remaneat ad ipsum sugestorem, n. 13.

Testamentum factum ad suggestionem alterius non confirmatur, etiam si Testator conualuerit. & illud non mutauerit, & quomodo, nu. 14. & præsumptio est quod magis non reuocauerit ex oblinione, quám illud approbauerit, num. 15. & quandò secus. num. 16.

Blandis verbis, an liceat Viro Vxorem inducere ad ipsum instituendum nu. 17.

Pupillus an possit Tutori liberationem legare, ibidem.

Prohibens aliquem testari, quomodo puniatur nu 18. & an conueniatur à Fisco, vel à venientibus ab intestato. num. 19.

Hæreditas relicta ad sugestionem alterius, quandò auferaturà Fisco tanquam ab indigno, & quãdò in ea admittantur proximiores. num. 20. 21. & 22.

Vocatus ad fideicomissum occidens fideicomittem, an præiudicet suis descendentibus, ita vt potiùs Fiscus, quàm illi admittatur ad hæreditatem num. 23.

Hæres primo loco vocatus, an possit condere testamentum in præiuditium filiorum substituti, qui Testatorẽ occidit, & an illud substineatur. num. 24. & quid si hoc secundũ testamentum esset ab hærede primo loco vocato conditum non fauore aliorum Agnatorum, sed extranei, an substineatur in præiudicium filiorum substituti occisoris, qui sunt Agnati. num. 29.

Patre excluso à fideicomisso ex delicto, excluditur etiam filius. nu. 25. & de ratione n. 26.

Pater, & filius vnica reputantur persona, & iste non viueret in mundo, nisi ex Patre. nu. 27.

In Faudalibus delictũ Patris nocet filio. n. 28.

§. VIGESIMVSTERTIVS.

DICTVM est suprà quàm Reipublicæ perniciosi sint, qui de viuentis hæreditate paciscuntur, perniciosiores tamen sunt existimandi, qui malis artibus, & blanditiis ad testãdũ aliquẽ seducunt, licèt aliás so- 1
læ blanditiæ absq; dolo á Iuribus improbatę non reperiantur, *Gratian. discept forens. cap. 659. ex num. 3. cum pluribus seqq.* seductio enim ad aliquem sibi instituendum debet esse dolosa, & quomodo dolos probetur, lat
Surd. cons. 373. per tot. Andreol. controuers. 2
16. per tot. Staybam. Iun. resol. 54. lib. 1. an 3
testamentum conditum á minore, vel ab eo, qui de proximo est egressus pubertatem ad fauorem Tutoris substineatur prò negatiua accedente dolo, tenent *Castrens. cons. 231. num. 2. lib. 2. Caualcan. de Tutore num. 279. Marta voto 198.* præsertim *num. 7. Menoch. cons. 1073. n. 6. 9. & 10. Peregrin. de Iur. Fisc. lib. 2. tit. 6. n. 12. Galter in prax. tutelar. rubric. ne se vti suspectus remoueri contingat num. 13. vers. 6 si Tutor. Guetierez de Tutel. par. 2. cap. 14. num. 19.* vbi tamen vacillat *Rebuff. ad constitut. Gallia par. 2. tit. de donat. & alijs dispositionibus art. 1. glos. 3. & 6. Bimius viden. cons. 234. per tot. lib. 3. Castill:* con-

4 controuers. Iur. lib. 3. cap. 1. ex num. 169.
vbi quomodo probetur seductio, vel sugge-
stio, Suarez. alleg. 1. per tot., & quod sugge-
stio præsumitur, si testamentum sit factum
à grauitèr infirmo, vel ab eo, qui reperitur
sub alterius potestate, vel si instituantur re-
motiores, omissis proximioribus, Paris.
5 cons. 134. num. 271. lib. 4. Gabr. cons. 16.
num. 45. lib. 1. Ananta cons. 23. nu. 11.
& seqq. Rot. in Narnien. bonorū 22. April.
1602. coràm bo. mem. Iusto, & quod illo
casu causa testati corruat, Bimius, Peregrin.
& alij vbi supra, Carocc. decis. 16. nu. 30.
vers. contrarium, Decian. respons. 32. num.
10. vol. 3. Cyriac. controuers. 410. num. 1.
25. & 34. Defrench. decis. 180. num. 3 &
6 seqq. Lancellott. Gallia cons. 18. num. 128.
licet aliud sit in testamento condito
àb adulto fauore Curatoris, nouissimè
Hodiern. Controu. 14. ex num. 14. cum
seqq. lib. 1. & quod suggestio præsuma-
tur, si testamentum sit factum ad alterius
interrogationem, Altograd. cons. 50. ex n.
59. lib. 1. latè Cyriac. controuers. 549. &
550. per tot.

Coniecturæ verò doli præsumptionem
præseferentes ad suggestionem inducen-
dam, plures connumerari solent.

7 Prima ex qualitate Testantis, puta si
fuisset pupillus, vel de recenti ægressus à
tutela sub gubernio, & in domo Curato-
ris degens, Mart. decis. Pisan. 198. num.
4. Peregrin. cons. 41. num. 9. lib. 6. Castill.
controuers. Iur. lib. 3. cap. 1. num. 169.
Cancer. Variarum cap. 7. num. 150. vbi ex
8 hoc deducit nullitatem dispositionis ratio-
ne metus reuerentialis, qui propositus per
viam exceptionis, solus etiam sufficit ad
actum annullandum, Cephal. cons. 295. n.
12. in fin. & num. 13. lib. 2. Suarez. alleg.
Iur. 1. num. 33. & maximè quandò actus
9 gestus continet læsionem, puta si per dis-
positionem fraudarentur venientes ab in-
testato, vel respiceretur vtilitas eius, cui re-
uerentia debetur, Castill. vbi supra num.
155. Ruin. cons. 140. num. 10. cum seqq.
lib. 4. Surd. cons. 480. ex. num. 9. & seqq.
& sufficit quod metus inferri potuerit, Hō-
ded. cons. 29. num. 34. lib. 1.

10 Secunda Coniectura deducitur ex qua-
litate loci, puta si Testator fuisset extra-
ctus à propria domo, vel Ciuitate, & ad-
ductus in diuersam Patriam prò testamē-
to conficiendo, Bald. cons. 285. si quis Iu-
ris Ciuilis lib. 3. Cyriac. Controu. 410. nu.
16. Decian. cons. 32. nu. 15. & seqq. lib. 3. 11
maximè quandò etiam adhibentur Testes
alienigenæ, Crot. inter cons. vlt. volunt.
cons. 91. num. 12. Peregrin. Bimius. Me-
noch., & alij supra adducti Hodier. d. con-
trouers. 14. ex num. 3.

Tertia coniectura, quandò dispositio 12
continet preteritionem illorum, qui succe-
dere deberent, optimè Castrens. cons. 231.
num. 2. lib. 2. Marta d. decis. 198. nu. 9.
Andreol. d. controuers. 14. num. 8. & con-
trouers. 15. ex num. 12. antefin, Cyriac. cō-
trouers. 410. num. 15. & num. 34 & 35.
Gabr. cons. 16. num. 45. lib. 1. Menoch.
cons. 1073. ex num. 6. 9. & 10. Paris. cōs.
139. num. 271. lib. 4. quem sequitur Rot.
in Narnien. bonorum 22. April. 1602. co-
ràm Iusto.

Quarta coniectura est, quandò sugerens 13
non agit immediatè ad sui cōmodum, sed
commodum alterius, cuius deindè com-
modum remeat ad ipsum suggerentem,
vt in specie ponderat Surd. d. cons. 373.
num. 35. cum. seqq. Andreol. d. controuers.
14. & 15. per tot. cum aliis supra ad-
ductis, qui prò eiusdem doli præsumptio-
nibus ponderat clausulas insolitas, dero-
gatorias ad futuras dispositiones, aliasq;
inuerisimilitudines, & extrinsecas circum- 14
stantias, adeò vt si ille, qui alterius suasio-
nibus, & suggestionibus fuit dolosè addu-
ctus ad disponēdū, statim post dispositio-
nem conditā nō decedat, sed ex infirmita-
te Conualuerit, & non mutato illo testa-
mento decesserit, non videatur illud ap-
probare, non data scientia nullitatis, & le-
sionis, quæ requiritur indiuidua in præiu-
dicialibus, iuxta latè tradita in Romana
fructuum census 11. Decembris 1650. §.
minus subsistere, vers. quæ faciliùs procedūt
stante dolo coràm Reuerendiss. meo Meltio, 15
& tunc magis præsumitur non reuocasse
ex obliuione, quàm illud approbasse, Eu-
gen. cons. 25. n. 28. 29. & 30. lib. 2. Ob-
liuio enim est causa ignorantiæ Menoch.
cons. 165. num. 20. & 21. Rot. in foroSē-
pronien. bonorum. 11. Martij 1650. coràm
bo.

bo. mem. Bichio; licèt *Cyriac. controuers. 475. ex num. 15. per Text. in l. 3. C. de inoff. testam.* asserat, quod si Testator perseuerauerit per decennium in eadem voluntate, in qua decessit, ex hoc præsumatur approbatio, quia eius dicta procedere possent data scientia qualitatis dispositionis, vt supra dictum est.

16 Ad intellectum verò *Text. in l. final. ff. & C. si quis aliqu. test. prohib.* vide *Surd. d. cõs. 373. ex num. 2. Afflict. decis. 69. Menoch. cons. 45. num. 35. Dec. cons. 489. num. 6. Anell. Salernitan. allegatione decisiua 29. ex num 33. impress. post eiusdem decisiones*, apud quos habebis, quod licèt Pupillus Tutori liberationem legare possit, & Vxor
17 blandis verbis inducei possit, vt Virum instituat, secùs tamen sit in Tutore respectu pupilli, in quo maior metus reuerentialis, ingenij imbecillitas, naturæ gracilitas concurrit, iuxta distinctiones per *Surd.* & alios ponderatas, sed omninò videas *Hodiern.* qui in contrarium multá contra prædictas cõiecturas deducit *d. cõtrouers. 14. per. tot.*

18 Rursus contra eum, qui incidit in titulũ Codicis *si quis aliquem testari prohibuerit*, actio regularitèr spectat ad Fiscum, nec alij permittitur criminalitèr agere, iuxta *text. in l. his. consequentèr §. 1. verb. pertinere ff famil. herciscund.*

19 Sed hic punctus est difficilis, & ad interpretationem prædicti *Text. in l. his consequentèr*, aduertas illum non procedere, quandò actus esset nullus, quia tunc Fiscus non ageret, sed venientes ab intestato *Laderch. cons. 8. n. 12.* vbi alios cumulat, & Tu videas *Barz. decis. Bononiens. 105. à n: 29. Sanfelic. decis. 70. nu. 11. Capyc. latr. consult. 131. nu. 30. tom. 2. Capyc. Galeot. controuers. 33. num. 22. cum seqq. tom. 2.* Sed *Laderchij* propositionem intelligas, vbi nullitas testamenti apparet in continenti, aliás actio spectaret ad Fiscum, qui hæreditatẽ auferret tanquám ab indigno, contra quem etiam venientes ab intestato postmodum agerent ad duplum, vel ad damna, & interesse, & ita est intelligendus *Peregrin. de iur. Fisci. lib. 2. tit. 6. n. 42. &* Faciunt tradita per *Farinacc de fraud., & simulatione tit. 62. n. 61. vers. limita hanc eandem, Rot. post. 2. volum. cons. einsd. Farinacc. decis. 299. ex num. 1.*

Exceptio tamen, quod hæreditas illo casu spectet ad Fiscũ, non est exclusiua iuris agentis, nisi Fisco petente, ac sententiam ad sui fauorem reportante, *Suarez. de Lucr. Marit. & Vxor. fol. mihi 14. num: 18. Barz. d. decis. 105. num. 29. Capyc. latr. d. consult. 132. n. 30. & seqq. tom. 2.* 20

Adde his notabilitèr, quod tunc Fiscus auferre potest hæreditatem tamquàm ab indigno, qui alium ad se instituendum compulit, quadò Compellens fuisset Testatori proximior, secús si remotior, hoc enim casu proximior agit, & Fiscus repellitur, ita singularitèr tenent *Emanuel. Suarez. in Thesauro receptarum sententiarum verb hæreditas num. 9. Tomat. in suis tractat. Varijs tit. de Indig. cap. 30. nu. 461. Iul. Clar. in §. final. quæst. 79. num. 9. Intrigliol. lib. 3. singular. 89. num. 19. Cassane. ad consuetud. Burgund. rubric. 2. tit. de confisc. fol. mihi 352. in magnis vers. 27. est casus, Guglielm. de Benedict. in cap: Raynutius verb. condidit il 2. num. 9 vers. aut iste de Testament. part. 1. Angel. cons. 316. per tot. Peregrin. de Iur. Fisc. lib. 2. tit. 6. num. 14. vers. subiungit Bartol. Menoch. de Arbitr. cas. 395. num. 14. Castill. controuers. Iur. cap. 1. num. 92. vers. & ideo*, & ad materiam egregium casum ponit *Valasc. consult. 15. per tot. part. 1* 21
à quibus omnibus etiam habes differentiã 22
inter incapacem, & indignum, ad effectũ, vt Fisco detur his casibus actio, quæ tamẽ tantúm competit in odium ipsius Consanguinei, qui compulit ad testandum, secús si Compulsor fuisset extraneus, & non consanguineus, quo casu non esset æquum, vt per Fiscum auferretur actio venientibus ab intestato, vel alijs Consanguineis, qui de tali compulsione non participarunt, & hanc distinctionem ego aliàs habui in praxi, & secundùm ipsam obtinui in casu, quo ille qui cõpulerat ad testandũ, fuerat remotior, Ideòq; hæreditas, excluso Fisco, venientibus ad intestato fuit adiudicata.

Et eadem controuersia inter indignum, & incapacem cum distinctione casuum latissimè exagitatur *à Cesalio in obseru. ad Peregrin. de fideic. fol. mihi 318. col. 1. & 2. cum seqq. in 1. impress. Neap., & fol.* 23

203. *in 2. impress. Veneta*, vbi an stante fideicomisso, in quo aliquis vocatur cum suis descendentibus, si primus vocatus occidat fideicomitentem, eius filij admittantur, vel potius capiat Fiscus adeo vt hoc casu delictum Patris noceat filijs, dum ipse fuit effectus indignus, in qua ardua quæstione concludit prò exlusione filiorũ occisoris, fauore tamen agnatorum, qui successiuè filijs vocatis fuerint substituti; & ad materiã, quandò indignus priuetur hæreditate,& an semper Fisco applicetur vidend. Latè plures casus notabiles referendo *D. Francisc de Alphare in suo tract. de offic. Fiscalis, & Fiscalib. priuileg. glos. 20. § 10. à nu. 421. & seqq. & glos. 34. §. 7. num. 158. cum plurib. seqq.*

24 Difficilior tamen est quæstio, an stante fideicomisso, in quo primo loco fuit vocatus filius Testatoris, & post illius mortem sine filijs substituti eiusdem Testatoris Fratres, & eorum filij, possit Idem filius primo loco vocatus condere Testamentũ, & instituere extraneum, si Fratres occiderint Fratrem,& respectiuè Fideicomittentem,& in hac controuersia paritèr crederem Testamentum substineri,nulla habita ratione de fideicomisso, à quo dùm per occisionem Fideicomittentis ceciderunt primo loco substituti, censentur etiam cecidisse filij ab occisore descendentes, licèt ad fideicommissum vocati, huiusq; opinionis fundamẽtũ deducitur, quiá etsi regularitèr delictũ Patris non noceat filio, tamen quandò Pater efficitur indignus, attenditur hæc radix infecta ad illorum exclusionem ad *Text. in l. cum ratio §. final. ff. de bon. damnat. l. 1 §. si dominus ff. si quis aliquẽ test. prohib.* Aliàs filius ex Patris delicto cõmodũ cõsequeretur, quod nõ est dicendũ, dũ re vera saltim bona nõ ita cõfestim deuenissent ad substituros, nisi mors Fideicõittenti per ipsos fuisset illata, iuxta aureã doctrinã *Bart. in l. liberorum num. 16. vers. Præterea ff. de verb. significat.* vbi quod excluso Patre ex deli-
25 cto, excludatur etiam filius, dum eadem ratio viget, & eandẽ doctrinam sequuntur *Aldobrandin. cons. 3. ex nu. 33. cum seqq. & cons. 5. ex. nu. 1. Menoch. cons. 172. ex num. 1. ad 13., & ex num. 30. cum plurib seqq. & cons. 318. num. 22. Cephal. cons. 103. ex num. 15. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 18. nu. 72. Theodor. allegat. 61. ex num. 42. & seqq.*, Et ratio est, quia filius ex delicto Patris sit etiam 26
odiosus Testatori, qui illum censetur vocasse tantùm in casu mortis naturalis non violentæ illatæ à Patre, cuius proindè odij occasione vno excluso, omnes ab eo descendentes exclusi remanent, *Surd decis. 41. num. 7. & seqq.* vbi etiam *Hediern.* cæteros cumulat reprobando *Manent.*, & alios contrarium sentientes, cum opinio *Surdi* sit verior, & frequentiori calculo comprobata, quam etiam tenet *Raudens: decis. Pisan. 37. num. 291. Peregrin. de fideicomiss. art. 22. num. 99. & seqq. Fusar. de substit. quæst. 317. per tot.*

Rursus satis durum esset videre filium eius, qui deliquit in possessione bonorum interfecti, cum hoc etiam *Sacra Scriptura* testimonio comprobetur, quandóq; enim Patres comederunt vuas acerbas,& dentes filiorum obstupescunt,nõ ob aliam rationem, nisi quia Pater, & filius, vnica reputantur persona, & filius non viueret 27
in Mundo, nisi ex Patre, vt ægregiè deducitur per *Regent. Reuerter. in sua decis. impress. post. cons. Rouit. 106. per tot* signantèr ex *num. 6. Mart. de success. legal. tom. 2. par. 4. quæst. 21. art. 18. ex num. 4. cum plurib. seqq & cons. 147. ex num. 32.* qui hoc dicunt verum,etiam in feudalibus, in quibus Patris delictum indubitãter nocet filio, nec inconuenit, Iura Feu- 28
dalia adducere ad decisionem causarum Ciuilium, prout hæc,& alia prò comprobatione istius opinionis ad exclusionem filiorum occisoris, & si ex propria persona ad fideicomissum vocatorum, latissimè comprobat *Francisc. Censal. in obseru. ad Peregrin. de fideicomiss. fol mihi 318. col. 1., & 2. cum seqq. in 1. impress.,& fol. 203. in 2. impress. Veneta. col. 2. cum seqq.*

Et licèt præfati DD. loquantur in casu 29
quo filij occisoris excludantur à successione,& fideicomisso in fauorẽ Agnatorum, ratio tamen odij viget etiam si non ageret ut de fauore Agnatorum, sed fauore extranei instituti ab hærede grauato,& conse-

sequentèr, etiam hoc casu crederem opinionem suprá adductam ob identitatē rationis subsistere, præsertim cū multi Doctores congesti per cathalogum á Censalio vbi supra, loquātur generalitèr, & indistinctè, sicuti etiā loquitur *Aneus Robert. d. lib. 3. Rerum Iudicatar. cap. 7.* vbi egregiè prò Agnato loquitur, sed eius rationes generalitèr concludunt.

ARGVMENTVM.

De calumnijs, & detractionibus eorum, qui rem promissam, fidéq; non obseruant.

SVMMARIVM.

Nil magis est detestabile, quàm promissa non seruare, num. 1.
Homini nil peius dici potest, quàm sit sine fide. num. 2.
Fidem frangens, dicitur scindere vestem inconsutilem Redemptoris, nu. 3.
Fidem non frangere, quàm sit nobile etiam in Principe, & Imperatore, num. 4.
Continuans aliquis quidquàm dare Episcopo, vel Rectori prò seruitio Ecclesiæ, poterit post introductam consuetudinem compelli ad præstandū etiam in futurū, n. 5. & hæc consuetudo inducitur per decem annos, n. 6.
Quid de alemosina præstari solita, vide hinc inde num. 7.
In dispositionibus factis ad causam piam, sufficit sola mentio directa ad Deum, ad hoc vt inducatur obligatio, num. 8.
Propositum mentis, quod est causa impulsiua, quandò efficiatur finalis, num. 9.
Propositum mentis adactum secundum deductum obligat irreuocabilitèr, num. 10.
Pollicitatio simplex acceptata intèr priuatas personas, transit in contractum, num. 11.
Ex proposito donandi, quandò specificata est res quæ vult donari, quæritur Ius irreuocabile etiam Absenti, num. 12.
Ex promissione simplici, vel pacto nudo, quandò Ius quæratur ante acceptationē & an illud sit reuocabile, & quandò, n. 13
Acceptatio non est necessaria ad effectum irreuocabilitatis, sed ad effectum possessionis, & dominij, num. 14.
Promissio nuda fauore piæ causæ absq; alia acceptatione est irreuocabilis, quia Deus supplet præsentiam Donatarij, num. 15.
Modus conseruandi existimationem traditur, num. 16.
Miles fidem obseruans, quam gloriam assequatur, num. 17.
Princeps veritatem adeò præferre debet, vt sermonibus suis plus fidei, quàm aliorum Iuramentis habeatur, num. 18.
Cautela quantumuis magna nunquam inter priuatos huius sæculi censentur facta ad saturitatem, nu. 19.
Iusiurandum inter bonos Viros, & nil aliud adhiberi potest, secus intèr malos, qui etsi arctissimis adstrictis vinculis, semper fidem frangunt, num. 20

§. VIGESIMVSQVARTVS.

TVRPE est, ac detestabile promissa non seruare, 1
communitèr Canonistæ *in cap. Agathesa 27. quæst. 2. cap. peruenit de Iure Iuran. &* elegantèr *Ferrett. de re militar. tit. de ferijs nu. 124. & tit. de fide seruanda num. 1. & in tit. de non ponen. exercit. num. 4.* vbi dicit, nullā esse maiorem gloriam, quàm fidem ser-
uare, nec peius de homine dici potest, 2
quod sit sine fide, ex quo illam frangens, 3
dicitur scindere vestem inconsutilem Redemptoris, *Riminald. Iun. cons. 273. n. 79. Morot. de tregua, & pace quæst. 17. n. 19 & quæst. 2. 12. n. 2.* & quam sit nobile fidem 4
nō frangere, *Decian. respons. 30. n. 19. vol. 2. & respons. 66. num. 2. & seqq. vol. 3.* Etsi hoc in Principe, & Imperatore, vt idem *Decian. respons 2. num 105. vol. 1. Bal. cons. final. n. 4. vol. 5. Guazzin. de tregua par. 2. §. 2. quæst. 2. nu. 8. & 9.* multò magis si aliquid fuerit Deo promissum. Vnde primò videndum de
his, quæ respiciunt obligationem ergà 5
res sacras, vt nempè si quis ex liberalitate aliquid cæperit dare Episcopo, vel Rectori, idq; prò seruitio Ecclesiæ continuauerit, poterit post introductam consuetudinem compelli ad præstandum etiam infuturum, ita per *text. in cap. ad. Apostolicam de Simonia,* singularitèr resoluit *Abb. ibid.*

ibid. num. 2. & seqq. vbi ſubdit, quod eo-
dem tempore ſuperior Eccleſiaſticus co-
gnoſcit, An conſuetudo ſit laudabilis, &
6 in cap. suā de Simonia n. 4. cū seqq. & n. 9.
& quod ad hanc conſuetudinem inducen-
dam ſufficiat decennium, Rebuff. in prax.
beneficiorum in concordatis Franciæ tit. de
Public. Concubinar. fol. mihi 262. §. quia
7 verò verſ. notandum, De Ponte conſ. 544.
ex nu 9. lib. 2. vbi de elemoſina præſtari
ſolita Ioann. Faber. in §. reuertendi Inſtit.
de rerum diuiſ. verſ. item facit prò Cappella-
no, licèt P. Diana reſolut. moral. tom. 1.
tract. 10. de legib. reſol. 3. aſſerat ex diu-
turna præſtatione non præſumi animum
obligandi, ſed potiùs deuotionis occaſio-
nem, ſed prima opinio fauore pio eſt ve-
rior; & eam ſequitur Auendan. de exequen-
dis Mandatis par. 2. cap. 4. ex. num. 18.
dummodò tempore præſtationis præſtans
non fuerit proteſtatus ſe ex liberalitate
moueri, Marſil. ſingular. 192. Oſaſch. de-
ciſ. 99. num. 2. Rouit. conſ. 78. ex. num. 7.
lib. 2. De Georg. allegat. 46. ex nu. 42. Ty-
raquell. de priuileg. piæ cauſ. priuileg. 60.
& de præſcript. §. 1. gloſ. 4. verſ Quadrage-
ſimo secundo num. 84. & quod hæc cōſue-
tudo laudabilis non poſſit reuocari Can-
cer. Variarum par. 3. cap. 3. nu. 259. Rot.
decis. 37. par. 5. recent. vbi latè de obla-
tionibus Deo factis.

8 Secundo Inferas, quod quandò tracta-
tur de inducenda diſpoſitione fauorabili
prò cauſa pia, ſufficiat ſola mentis directio
ad Deum, & ex illa inducitur obligatio
Bart. in l. illud. num. 6. C. de ſacros. Eccleſ.
Sanchez de matrim. lib. 1. diſput. 6. n. 17.
9 Sperell. decis. for. Eccleſ. 81. nu 41. par. 1.
& licèt regulaitèr propoſitum mentis ſit
potius cauſa impulſiua, quàm finalis iuxta
text. in l. 2. §. final. ff. de donat. Rot. deciſ.
251. num. 7. par. 5. recent. in egreſſu ta-
men cauſa impulſiua efficitur finalis ex
aliqua circumſtantia, vel qualitate adie-
cta, Bald. in l. falſam num. 2. C. ſi ex falſo
Inſtrum: Rolan. cons. 44. num. 24. lib. 4.
Natt. cons. 609. num. 10. Burjatt. conſ.
304. num. 10. Fab. de Ann. cons. 135. nu.
10 14., & 15. lib. 2. Et quod propoſitum
mentis deductum ad actum ſecundum,
obliget irreuocabilitèr, ex quo dicitur in-
ſtitutum confirmatum, ac conſumatum,
firmat Abb. in cap. litteraturam num. 2. de
vot. & voti Redempt. vbi etiam Hanric.
Bohic. D. Thom. 2. 2. quæſt. 88. art. 5. &
2. Fortun. Garz. in cap. 1. de pact. nu. 519.
& 120. ex quo etiam pollicitatio ſimplex
acceptata inter priuatas perſonas, tranſit
in contractum, idē Garz. vbi proximè n. 11
64. 65. & 68. Quinimò ſubdit optimè Mo-
deſtin. Piſtor. par. 1. quæſt. 31. nu. 1. cum
ſeqq, quod ex ſola exiſtimatione, ſeu pro-
poſito donandi, dummodò tamen ſpeci- 12
ficata fuerit res donāda, quæratur ius irre-
uocabile Abſenti, & deducitur ex tex. in l.
ſi quis argentum §. ſin autem C. de donat.
Larrea deciſ. Granatens. 91. num. 16. &
19. lib. 2. Faber. de error. pragm. tom. 2.
decad. 44. err. 2. num. 59. & 25. & err.
4. num. 7., de qua tamen propoſitione
ſatis dubitat Cutell. de Donat. contempl.
matrim. tract. 2. diſcurs. 1. ſpeciali 9. nu. 5.
cum alijs nouiſſimè per D. Ioann. DeXart.
decis. Sardin. 1. per. tot., vbi latè exagitat,
quandò per pollicitationem, vel per pactū
nudū, ſeù ſimplicē promiſſionē alteri Ius 13
quæratur etiā ante acceptationē, & quādò
illud ius ſit reuocabile, vel irreuocabile,
dequa re etiam videre poteris plures Rotæ
decis. relatas hinc inde in deciſione ſeù po-
tiùs voto 12. per tot. par. 1. recent. & diſ-
currit Gratian. cap. 53. num. 43. Sanchez.
de matrim. lib. 1. diſput. 6. n. 3. cum ſeqq.
Franc. Maria Prat. diſcept. forens. 4. ex n.
22. cum ſeqq. tom. 2. latiſſimè D. Franc.
Marcian. diſput. Iur. lib. 1. diſput. 3. per
tot. Rot. decis. 142. ex num. 5. par. 4., &
decis. 428. per tot. par. 4. tom. 2. rec: &
in Meleuitana hæreditatis 17. Decembr.
1646. §. nil. releuat coràm Reuerendiſſ. 14
Royas; licèt in hac materia DD. diſtingue-
re ſoleant, quod nempè acceptatio requi-
ratur ad effectum poſſeſſionis, & dominij,
non autem ſit neceſſaria ad effectum irre-
uocabilitatis ex parte promiſſoris, licèt
Donatarius poſſit velle ſibi per Notarij
ſtipulationem non cenſeri Ius quæſitum,
Oſaſch. decis. 32. num. 12. Cyriac. controu.
322. num. 8. latiſſimè Rot. in Romana cen-
ſus 25. Iunij 1640. §. pariterq; non obſtat
& §. Tertiò deducitur cor. bo. me. Bicchio.
Hæc tamen amaritudo ceſſat, cum per 15
pactum

pactum nudum sit aliqua promissio fauore Piæ Causæ, quo casu absq; alia acceptatione quæritur Ius irreuocabiliter, cum Deus suppleat præsentiam Donatarij, vel illius loci pij, cui sit promissio, vel Donatio, quemadmodùm de veriori testatur *Gratian. discept. forens. cap. 368. nu. 1. & seqq. ex num. 34. cum pluribus seqq. Thor. in summ. priuileg. pia caus. priuileg. 116. Sperell. decis. for. Eccles.* 81. *ex. num. 33, cum seqq. par.* 1. latissimè *D. Ioann. DeXart. decis. Sard. 59. per tot.* & est opinio Rot. Romanæ *apud Caualer. decis. 606. num.* 10. & eò magis stante Iuramento, *Rot. in Neapolitana Donationis 8. Iunij 1648. coràm Reuerendiss. Royas, &* ex dictis per *DeXart.* vbi proximè poterit responderi ad *Valenzuel. cons. 63. ex num. 11. lib. 1.* & alios contrariū substentantes.

16 Cæterùm quod attinet ad modum conseruandi existimationem, est videndus *Ioan. Boter. de ratione status cap. de modi &c.* vbi præcipuum dicit esse fidei ob-

17 seruantiā, præsertim in militibus, quodq; hoc magnum addiderit decus *Alexandro Farnesio*, dum apud Flandros armorum Imperium rexit, firmat *Valenzuel. cons. 162. num. 41. & 42. & Xenophon. in oratione de Agesilao* præclaram rem esse dixit nedum in Principe, sed in omnibus esse fidei seruandam, vnde benè dicebat

18 *Isocrates in oratione 1. de Regim. Regni*, admonendo Regem his verbis, *Veritatem adeo te praferre semper argue vt sermonibus tuis plus fidei, quàm aliorum Iuramentis habeatur*, hocq; obseruasse Alphonsum I. refert *Anton. Panorm. lib. 1. memorabil. axiomate. 58. &* Rex Theodoricus apud *Cassiodor. lib. 3. Variar. cap. 35.* dixit, *liberalitatem nostram firmam decet tenere constantiam, quia inconcussum debet esse Principis Votum, nec prò Studio malignorum conuelli, quod nostra noscitur praceptione firmare.*

19 Verum tamen est, hoc sæculo inter priuatos obseruari, vt quoquo modo quis sibi cauerit, numquā satis cauendi sibi cauisse, & prospexisse videri possit, eum hominum ingenia à prisca sinceritate digressa magis studiosa sint per fas, nefasq; lucrum quęrere, quàm æquitatem, & fidem seruare, vt rectè ex nostris probat *Guglielm. Anton. de rescript. moratorijs conclus. 26. num. 33. lit. A.* vnde apud *Sophoclem.* aiebat *Theseus*, à bonis non vltra quiequàm adhibito iureiurādo, quàm simpliei sermone feres, & á malis nihil omninò accipias, quia etsi arctissimis astrictus Vinculis, semper fidem fallet, vt legitur apud *Reccard. lib. 3. Iuris ambibiguitatum cap. 1.* & magis est mirandum ab improbo non esse deceptum, quám esse; nam, vt ait *Annechin. deprauent. cap. 7. quæst. 4. num. 13 insi.* 20

Floret destra fides in mundi parte sinistra.

In mundi destra parte, sinistra fides.

Et Plautinus Euclio dicit, sein quouis pacto perplexeris solearis, pactum, non pactum est quod vobis lubet, & *Horatius lib. 2. sermon. Satyr. 3.* cecinit,

Scribo decem Nerio non est satis, adde cicuta.

Nodosi, Tabulas, centum mille adde catenas

Effugiet tamen hae Sceleratus Vincula Proteus.

Hinc contrahentes Cicutæ apud Romanos, aut Causidici, aut fæneratoris effugiant exemplum, nec vt iste laqueis, ac varijs nodis alios obstringāt, vt benè explicat *Leotard. de vsur. quæst. 68. n. 43.* sed fidem seruare discant, & meminerint id quod habetur *Ecclesiast. cap. 29.* ibi *Promissores donec accipiunt osculantur manus dantis, & in promissionibus suis humiliant vocem, in die autem redditionis postulabunt dilationē, & loquentur verba tadij cū murmuratione*, & infra, *& fraudabunt creditorem pecunia sua, & ipse possidebit illos inimicos gratis, conuiciaq; & maledicta reddent illi prò honore, ac beneficio* id quod etiam rectè agnouit *Plaut. in Trinummo* ibi.

Si quis mutuum quid dederit sit prò proprio perditum, cum iàm repetas Inimicum Amicum beneficio inueris tuo, si malè exigere cupias duarum rerum exoritur optio, vel illud quod credideras perdas, vel illum amicum amiseris, non ego talentum mutuum Quod dederam talento inimicum mihi emi, amicum vendidi.

ARGVMEMTVM.

De facultatibus eorum, qui intendunt iudicare in causis proprijs, & vt in hac materia videtur derractio secundum ius Feudale, multi distinguuntur casus.

SVMMARIVM:

Nemo potest esse Iudex in causa propria, num. 1.

Iurisditio infeudata inprima Instantia exerceri debet per feudatarium inuestitum n. 2.

Cognitio causa concernentis interesse feudatarij ad ipsum non spectat, num. 3. nec etiam exequi potest iudicatum, nu. 4. & quod non valeat consuetudo in contrarium, num. 5.

Principes recognoscentes Superiorem propter suspicionem præsumptæ affectiones non possunt cognoscere de causis proprijs n. 6. Quid in Papa, Imperatore, & Regibus, n. 7. vel an debeant potius dictas causas alteri delegare, num. 8. & quid in Barone litigante cum non subdito; & an Officiales per ipsum delegati possint cognoscere in causa Baronis, num. 9.

Suspectus in cognoscendo, quandò sit suspectus etiam in delegando, num 10. quid si delegatus non esset suspectus, num. 11. quid si delegatus esset subditus num. 19.

Officialis non suspectus delegatus à Barone in causa quam habet cum non subdito, an possit recusari, nu. 12. Quid si causa concerneret iura feudi, num. 13.

Dominus directus feudi, an sit Iudex competens in causa feudi, num. 14.

Comes infeudans Regi, est Superior Rege num. 15

Princeps Supremus accipiendo feudum ab inferiore, tenetur illi inseruire per substitutum, num. 16.

Sedes Apostolica potest accipere ab alijs in feudum, & an feuda Ecclesiastica in re temporali regulentur ad Instar feudorum Sacularium per leges temporales, nu. 17.

Quæstio in causa super rebus non allodialibus deciditur per leges feudales, nu. 18.

Episcopus quandò possit esse Iudex in causa sua Ecclesia, & vbi ipse est suspectus an possit eius Vicarius cognoscere, num. 20.

Suspicio in Barone Episcopo, & alijs an tollat Iurisdictionem, num. 21.

§. VIGESIMVSQVINTVS.

QVOD Nemo debeat esse Iudex in causa propria vulgati est Iuris, sed quia respectu Principum, & feudatariorum, hoc non est satis exploratum, Ideò vt in Principe Superiori omnis mala præsumptio cesset, obserua, quod regulariter Iurisdictio infeudata debet exerceri per feudatarium inuestitum in prima Instantia, prò vt concludunt *Curt. Iun. Natta, Boss.* & alij, quos sequitur *Roland. cons. 4. nu. 10. vol. 3.* verùm hoc intelligas in causis vassallorum, vt laté *Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 7. sect. 1. sub. num. 794. vers. Quo fit. vt Dominus directus,* 1 2
3 In causa verò concernente interesse feudatarij, cognitio nullatenùs ad ipsum spectare potest, iuxta *Text in l. vnic. C. ne quis in causa propria, Franc. Ant. Costa. cons 85. n. 1. & seqq Nouar de Grauam. Vasall. grauam 303 num. 1.* vbi quod nec etiã
4 feudatarius exequi possit iudicatum, vbi haberet interesse, iuxta doctrin. *Bartol. in l. Qui Iurisdictionem num. 2. ff de Iurisd. omn. Iud.* quod nota contrá Comites, & Barones, *Christin. decis. Belgica 152. per tot. vol. 2. Maur. Iun. alleg. 87. num 7. Surd. cons. 50. nu. 9. Amend. ad Franc. decis. 129. num 3. Cancer. Variarum par. 3. cap. 13. num. 197. & seqq. Crass. de except. excep. 24. num. 86.* nec valeret con-5
suetudo in Contrarium, Quinimó conclusionem procedere in omnibus Principibus recognoscentibus Superiorem etiam si Regia dignitate præfulgerent, 6
hocq; propter suspicionem præsumptæ affectionis, firmat *Cyn. in d. l. vnica, Oldrad. cons. 124. num. 3. Soccin. Sen. cons. 36. num. 7. lib 1.* qui firmat specialissimum esse in Papa, Imperatore, vel Rege francorum, quamuis ad Regem non consentiat *Oldradus*, vt possit de causa propria cognoscere, & aduertit *Surd. d. cons. 50. num. 9.* cum temperamento tamen de

8 de quo mox dicetur, nempè quod Saltim de honestate debeant causam, in qua interesse habent, delegare *Surd.* vbi supra *num. 9. Cancer. d. cap. 13. n. 193. Capyc. decis. 124. num. 2.*

9 Et in specie quandò Baro, vel alius inferior litigat cum non Subdito, tradit *Soccin. Sen. cons. 120. num. 16. lib. 1. Crass. d. except. 24. nu. 98.* & quod eadem suspicio, quæ viget contrà Barones, excludat etiam Officiales ab ipsis electos, ne in causa eorum interesse concernente iudicare valeant, vt de Officialibus delegatis latè *Nouar. d. grauam. 303. num. 6. cum seqq. Mastrill. decis. 150. per tot. & de Magistratib. lib. 4. cap. 17. num. 82. Menoch. cons. 721. num 44. Franc. Ant. Co-*

10 *sta d. cons. 85. num. 9. & seqq.* neque hoc casu intrat propositio, quod suspectus in cognoscendò, non sit suspectus in delegandò, quia illa procedit prætérquam quoad suspicionem prouenientem à proprio interesse, vt per *Nouar.* vbi supra *num. 4. & 5.* etiam si delegatus esset non suspectus,

11 *Vrsill. ad Afflict. decis. 265. nu. 35. vers. & secundum prædicta*, vbi quod M. C. V. denegauit Baroni cognitionem non obstante adiuncto Consultore non suspecto.

12 Sed si lis esset intèr non Subditum, & Baronem, est videndus *Tex. in cap. Nouit.* vbi *Abb. de Iudicijs & in cap. in Genesi in 3. notab. de election. Capyc. decis. 124. n. 2. vers. nec potest.* & hinc suspicio videtur purgari per nominationem Officialis non suspecti, licèt iste possit á parte recusari, vt per *Carleual. de Iudic.* vbi supra *d. disput. 2. num. 794. circà med.*

13 In causis verò cõcernentibus Iura feudi, sunt videndi *Scrader. de feud. tom. 2. p. 10. sect. 2. ex n 1 & n. 29. cũ seqq. Boer. decis. 114. num. 13. post med. Cyriac. controuers. 381. num. 17.* etiam si controuersia esset inter Dominum, & Vassalum, qui Dominus hoc casu fungitur officio Iudicis ordinarij, intellige de Domino directo, *Rosental. de feud. cap. 12. claus. 2. num. 60. & seqq.* latissimè *Peregrin. in suis tract. Var. lib. 2. super cap. caterum, de Iudic.* vbi

14 quod feudi Dominus est Iudex cõpetens de causa feudali intèr Conuassallos, quales dicuntur ij, in quos est translatum vtile dominium, ibiq; distinguit multos casus, & quod semper possit appellari ad Supremum Principem immediatum, quandò sententiæ sunt latæ á Principibus infeudatis, firmat ibidem *Peregrin. nu. 12. & 17.* vbi quod hoc procedit etiam respectu Regum, qui si aliquid tenerent infeudatũ à Comite, ab illius sententia ad Comitem datetur appellatio, quia hoc respectu Comes infeudans esset superior Rege, *cap. 15 solita de maioritate, & obed. cap. Romana §. debet de appell. in 6. Gaill. obseru. lib. 1. obseru. 30. hocq;* casu Principes Supremi tenentur inseruire Inferiori per substitu- 16 tum, quia accipiendo feudum, remanent obligati legibus feudalibus, *Capyc. decis. 27 num. 28. Gabriel. cons. 80. num. 83. lib. 1.* vbi id dicit verum in Sede Apo- 17 stolica, quę potest accipere ab alijs in feudum, & quod feuda Ecclesiastica in re temporali regulentur ad instar feudorum Sęcularium per leges temporales, ex quo ius Canonicum approbauit Iura Ciuilia feudalia, latè *Abb. & Dec. d. cap. caterum n. 8. de Iudic.* non tamen diceretur causa feudalis, nisi cũ agatur de Iure feudali super re desceͣdẽte ex feudalibus legibus, aut ex pactis, & alijs cõtentis in Inuestitura, & tunc Dominus feudi est Iudex competens intèr Vassallos super causis feudalibus, se- 18 cùs si quæstio sit ex causa cõmuni ad res allodiales, vt quia agatur ex causa depositi, commodati, Locati, venditi, aut simili petitione hæreditatis; Tunc enim Quęstio intèr Vassallos non tangeret feudum, ex quo nõ deciditur per leges feudales, vt declarat *Innoc. in d. cap. caterum, quem sequuntur Butr. num. 9. Imol. nu. 6. Bellamer. num. 4. Abb. num. 13. Felin. num. 14. Dec. num. 13. Bald. in cap. 1. de inuestitura in maritum facta num. 6. & De pace Constantia in glos. Alex. cons. 79. nu. 6. lib. 1. Milanens. decis. Sicil. 6. num. 15. & 41. Surd. cons. 193. num. 13. Anell. de Amat. cons. 28. ex num. 2.*

Quandò verò competeret facultas delegandi non suspecto, intelligenda est de 19 non subdito, vt declarat *Castrens. & Dec. in l. Prætor, ff. de Iudic. Cancer. Var. d. cap. 13. num. 191.* sed de praxi vide *Amendol. ad Franch. decis. 539. n. 4. Ricc. collect. 1923.*

Giurb.

Giurb. cons. 66. nu. 31 inf. aliàs semper vrgeret eadem suspicio, latissimè deducitur *per Surd. cons. 50. per tot·* vbi latè etiam tractat, quandò Episcopus possit esse

20 Iudex in causa suæ Ecclesiæ, & an, vbi ipse est suspectus, possit eius Vicarius cognoscere, & pró negatiua concludit *ex nu. 9. cum plurib seqq.* & ad contraria respondet *Gratian. disput. forent. cap. 809. num. 18. cum plurib. seqq.* vbi tamen dicit contrariam conclusionem procedere, vbi non ageretur de interesse Episcopi, quo casu illo suspecto allegato ex causis extrinsecis, poterit eius Vicarius cognoscere, sicuti de Baronibus suprà deduximus, dumodo tamen suspicio non adhæreat dignitati, quia tunc etiam respectu causarũ extrinsecarum suspectus in cognoscendo, esset suspectus in delegando, licèt de consue-

21 tudine hoc non obseruent nec Barones, nec Episcopi, ex ratione quia suspicio sigillat tantùm personam, non autem tollit Iurisdictionẽ, vt latè deducunt cõgesti per *Gratian. d. cap. 809. ex n. 24. vsq. ad fin.*

ARGVMENTVM.

De calumnijs, in quas incurrunt Creditores asperas conditiones à Debitoribus extorquentes.

SVMMARIVM.



Asperas conditiones debitoribus imponere, & vsuras committere, quantùm sit detestabile, n. 1.

Vsurarius quibus comparetur, num. 2.

Fenerari est hominem occidere, num. 3.

Pactum, quod fructus rei pignoratæ in sortẽ non imputentur, an sit de Iure Canonico, vti vsurarium, improbatum, num. 4. & quandò valeat, num. 5.

Antichresis vnde dicta, nu. 6. & an hodie sit licita, n. 7. & an sit prohibita in dote, vel re feudali inter Dominũ, & Vasallũ, n. 8.

Vsumfructũ gratis alicui dare de re sua prohibitum non est, num. 9.

Emptori quandò ob rẽ emptã nõ traditã liceat in damnũ Venditoris ab alijs accipere ad pratium quanti plurimi, n. 10.

Pactum legis Commissoriæ in pignoribus est improbatum; secùs vero in venditionibus num. 11. vbi an ex tali pacto inducatur nouus contractus; & quæ sit eiusdem legis commissoriæ formula, num. 12.

Pactum legis commissoriæ est improbatum etiam in dationibus in solutum, num. 13. & 19. nec confirmatur vel iuramento, vel consuetudine, num. 14. & 15.

Pacta aspera improbantur, etiam quod non sit conuentum secundum formulam Legis commissoriæ, num. 16.

Pactum factum in fraudem legis commissoriæ continens eandem rationem, indicatur illi simile, num. 17.

Pactum appositum in assignatione rei fructifera prò extinctione crediti, quod in casu molestiarum censeatur illa res vendita prò pratio illius summa, qua debetur, sapit speciem legis commissoriæ, num. 18.

Res assignata, ex cuius fructibus creditor sibi satisfiet, non dicitur data in solutum, sed simplex traditio in pignus, n 20. & n. 54.

Pactum legis commissoriæ dicitur, quandò bona alicui assignantur vsufructuanda, cum pacto quod si intra certum tempus debitum non soluatur, illa censeantur, vel vendita, vel in solutum data, num. 21.

Reseruatio dominij in re creditori assignata, excludit dationem in solutum, & arguit contractum pignoris, num. 22.

Verba importantia translationem dominij, & dationem in solutum apposita in re Creditori assignata, vt ex fructibus sibi satisfiat, non immutant naturam contractus pignoris, num. 23.

Verba importantia dominium, possunt verificari in Dominio hypotheca, & vsusfructus, num. 24.

Periculum fructuum pignoris spectat ad debitorem, num. 25.

Creditor suscipiens in se periculum fructuum rei sibi assignatæ, non censetur illã rẽ insolutũ recipisse, sed in pignus. num. 26.

Pactum legis commissoriæ siuè fuerit stipulatum de tempore contracti debiti, siuè ex interuallo, semper est à Iure improbatum, num. 27. vbi de comuniori, etiam in dote, & de ratione, nu. 28. & quandò tale pactum ex interuallo appositum subsiineatur, num. 29.

Pactum

Pactum appositum in eodem Instrumento contracti debiti, dicitur in continenti, non ex interuallo appositum, num. 30.

Pactum in pignore appositum, quod in casu molestiarum, vel non solutionis in diem determinatum illud pignus censeretur datum in solutum prò iusto pretio, an sit improbatum, num. 31.

Pignus, & venditio super eadem re, & in ipso actu stipulationis simul contrahi non potest, num. 32.

Retrotractio in conditione causali non fit quoad dominium, secùs quoad obligationem personalem, vel hypotecham, num 33. *&* 66. 67. *&* 71.

Retrotractio non fit in præiuditium Iuris medio tempore quæsiti, num. 34.

Clausula (ex nunc prò ve ex tunc*) apposita in contractu conditionali, non operatur retrotractionem, nisi à die purificata conditionis, num.* 35. *& nu.* 36. *& n* 68.

Creditor percipiens fructus ex pignore, in extinctionem Sortis, si creditum esset fructiferum, vt pote ex causa dotis, an possit prætendere, prædictos fructus prius cedere debere in causā vsurarum, & deinde in extinctionē sortis ex l. curabit C. de act. emp.*, & quandò habeat locum prædicta lex. num.* 37. 38. 90. *&* 91.

Hæres non tenetur soluere fructus de debito defuncti, de quo non fuit certioratus, vel interpellatus, num. 39.

Vsuræ non debentur post factam assignationem rei ex cuius fructibus Creditor sibi satisfiat, nisi fuerit adiectum pactum, vt debeantur, etiam pendente perceptione fructuum, num. 40.

Pactum non operatur, nisi volente, ac declarante illo, cuius fauorem respicit, nu. 41. *etiam si ipso iure operaretur, num* 42. *nec facultas faciendi tales declarationes transit ad successores, num.* 43.

Hæres an possit agere ad pœnam deuolutionis per Defunctum Dominum directum Emphiteusis non acceptatam, num. 44.

Dictio, Ipso, *apposita in pacto, facit idem pactum personalissimum, & non transitorium ad hæredes, nisi expressè illi nominentur, num.* 45. *quæ dictio licèt sit demonstratiua potiùs, quā taxatiua, tamen potest personā limitatiuè demōstrare, n.* 46.

Pacta quæ sunt personalia non traseunt ad hæredes, num. 47.

Hæredes si sint expræssi in vno casu, & in alio nō, signum est, quod in illo noluit eos comprahendere contrahens, num. 48.

Hæres præsumitur ignorare pacta defuncti num. 49.

Ignorantia excusat à dolo, & culpa, nu. 50.

Hæres contraueniendo pacto Pænali sui Authoris, an, & quandò stipulationem committat, siuè sciuerit, siuè ignorauerit, & quid in pupillo, num 51. *&* 52.

Text, in l. filius familias 49 §. in hac stipulatione ff. de verb. oblig. *declaratur, num.* 53.

Fructus percepti à Pignoratario imputantur in extinctionem sui crediti, num, 55.

Pignori repugnat, vt Creditor recipiens faciat fructus suos, num. 56.

Compensatio fructuum in sortem fit ipso Iure absq; alia partis petitione, num 57.

Pactum, quod fructus ex pignore percipiēdi, non imputentur in sortem, non valet, num. 58.

Pacisci de fructibus in sortem non imputandis, idem est ac vsuras promittere, n. 59.

Mens contrahentium prò lege est seruanda, præcipuè quandò concurrit cum dispositione iuris, num. 60.

Clausula ad vten. & fruen. *apposita in contractu pignoris, illius naturam non immutat, nec dationem in solutum importat, num.* 61.

Verba importantia translationē Dominij, nō mutant naturam contractus pignoris, cum possint adaptari in dominio vtili, & sic in sola fructuum perceptione, nu. 62.

Detentor, & vsusfructuarius impropriè dicuntur habere dominium, num 63.

Assignatio temporalis fructuum facta Creditori repugnat dationi in solutum, & conuenit tantùm naturæ pignoris, nu. 64.

Pactum, quod Creditor non possit aliquid innouare, vel ædificare super re fructifera ei ad tempus assignat, conuincit contractū esse pignoratitium, & excludit dationem in solutum, num. 65.

Bartolus in l. si is qui prò emptore, *nu.* 47. *ff* vsucap. & *alij tenentes in conditionalibus dari posse retrotractionem dominij, declarantur, num.* 69.

Dictio, præter prætér quám quid *importet, num.* 70.
Quòad acquisitionem fructuum, an præexistente ab initio titulo emptionis, purificato casu conditionali, quomodò requiratur retrotractio, num. 72.
Resoluitur sub num. 73. *vbi quod ad hunc effectum requiratur translatio dominij ab initio absq; alterius Contractus consideratione, & distinguuntur casus cum ratione differentiæ, num.* 74.
Implicat eundem contractum esse in conditione, & dispositione, & quomodo, n 75.
Adducitur intellectus ad text. l. donationes quas parentes C. de donat. intèr Vir. & Vx. *num.* 76.
Pactum siuè fuerit conceptum secundùm formulam l. Commissoriæ, *siuè secundum aliam illi similem, quandò est eiusdem rationis, semper est improbatum, nu.* 77.
*Contractus, vt rescindatur ex capite læsionis, hæc debet esse vltra dimidiam, n.*78.
In Contractu pignoris, quod in aliquem euétum conueatur datum in solutum, si eatu eueniente iniustitia pretij cõcurrat in notabili summa, datio in solutum esset inualida, tãquàm cõtinens pactum l. Commissoriæ *num.* 79. *nec requiritur læsio vltra dimidiam, sed sufficit quod sit possibile pretium esse iniustum, num.* 80.
Honded. cons. 31. *num.* 69. *lib.* 1. *explicatur, num.* 81.
Iurisdictionalia bona, ad quam rationẽ taxẽtur, & an Bella minuant eorum valorem, & an diminutio annorum præcedentium sequuta ex causa belli concludat diminutionem annorum sequentium, num. 82.
Valor, an diminuatur in bonis, quæ sũt fideicomisso subiecta, n. 38. *vbi quod euictionis pro missio liberet illa à diminutione valoris.*
Pactum l. Commissoriæ *est improbatum, etiam si penderet à futuro euentu, n.* 84.
Iniustitia pretij, an arguatur in contractu, qui à principio æquè poteft se habere ad lucrum, & damnum, num. 85.
Pacto potest renunciare, vel eo non vti is, ad cuius fauorem fuit appositum, nu. 86.
Pacta æqualiter se habere debent ad lucrum, vel damnum, quia si procliuius esset damnum, ea non substinentur, num. 87.
Pactum dicitur perniciosum, si verisimilitèr sit futurum tale, licèt sit etiam possibilis contrarius euentus, num. 88.
Pretium ex dilata solutione, non potest augeri, vel minui vltrà iustitiam, nu. 89.
Fructus dotis soluto matrimonio per mortẽ mulieris, hæredibus non debentur, n. 92.
Interpellatio requiritur, vt mulier consequatur fructus prò sua dote, etiam si agere tur contrà hæredes promissoris transuersalis, num. 93. *nec interpellatio extraiudicialis sufficit, num.* 94.
Actio prò dote competit Viro, & eius hæredibus, non autem Vxori, num. 95.
Instrumentum, quod non est informa probãti, licèt executionem non mereatur, tamẽ facit adminiculum ad eruendam veritatem, num. 96.
Hæres tenetur Hære facto defuncti, nu. 97.
Relatio debet fieri ad præcedentia, referenda singula singulis, num. 98.

§. VIGESIMVS SEXTVS.



SPERAM Debitoribus, 1
præsertim necessitatis tẽpore, imponere Creditores conditionem consueſcunt, vsurasq; committere; Quod quantùm sit detestabile omnibus patet, nesçij forsitàn dicto Diui Chrisostomi in *Matth. cap.* 5. qui vsuras comparat morsui Aspidis, & ex nostris *Bartol. cons.* 449. *per tot. lib.* 3. 2
ait, quod vsurarius similis sit vermiculo ligni, cuius dentes sunt irà durissimi, vt omne lignum rodat, immó, & tales diei possunt os Inferni, ex quo quantó magis habent in marsupio, tantó magis vorare, ac rodere anhelant, vnde Caro interrogatus, quid est fænerari, respõdit quod hominem occidere, quasi homicidæ plusquám 3
sint, alijsq; omissis, talis generis ethimologiam videre poteris apud nouissimum Scriptorẽ *Honorat. Leotard de vsuris quæst* 1. *& per tot*, cuius lectura, cum resolui valeant omnium illicitarum pactionum nomina, ac formulæ, non multùm super hac materia insistendum puto.

An verò Conuentio *Antichrestica*, vt fructus rei pignoratæ in sortem non imputẽtur vti vsuraria, sit à Iure Canonico improbata 4

bata, anceps est quæstio, sed illam resoluas
5 vt per *Arias de Mesa Var. lib. 3. cap. 46. num. 10. 11. & seqq.* valeret tamen pactū de lucrandis fructibus ex re pignorata prò quantitate interesse, de quo constiterit, *Osasch. decis. 143. num. 2. Thesaur. decis. 78. num. 3. Menoch. cons. 110. num. 57. Couarr. lib. 3. Variarum. cap. 4. num. 6. vers. 10. Barbos. in L. de Diuisione num. 3. ff. solut. matrim.*
6 *Anticresis* verò est dicta quasi *contra fruitio*, ex notatis per *Anton. Fabr. decade 9. errore. 7. & in suo Cod. lib 4. tit. 33. De action. empt. defin. 7. n. 2.* & solet eo pacto contrahi, cum specialitèr nullæ vsuræ in stipulatione deducantur, adeò vt fructus in vicem vsurarum cedant, vt benè explicat *Rodrig. de annu. reddit. lib. 2. cap. 11. ex num. 1.* & latè prosequitur *Arias de Mesa.* vbi supra pa-
7 ritèr *ex num. 1. cum plurib. seqq.* Adeò vt olim *Antichresis* fuerit licita de Iure Ciuili, hodiè verò Iure Pontificio improbata, vt videre est apud *Leotard. de vsur. quæst. 11. num. 4. cum plurib. seqq.* vbi rectè explicat, & ad contraria respondet, illamq; esse illicitam, tamen etsi in ea conductio quædam contrahatur, tenet idem *Leotard. quæst. 16. ex num. 32.* aliaq; ad matteriam
8 colligit *quæst. 14. ex nu. 2.* vbi quod non sit prohibita inter Dominum, & Vassallū de re feudali; *& quæst. 28. nu. 39.* vbi quod non sit prohibita in dote, cuius causa pignus datum est, licèt aliàs ex liberalitate debitoris licita indistinctè reputetur, vt potè nō facta cōtēplatione mutui, sed spōte, cū, videlicet, quis rei suæ vsū ei concedit, á quo mutui beneficium accepit, cum prohibitum non legatur, gratis alicui dare vsumfructum rei suæ, *L. Aquilius 27. ff. de Donat. L. 1. & 3. ff de Precar. Petr.*
9 *Gregor. de vsur. lib. 2. cap. 10. num. 6. Leotard. eodem tract. quæst. 98. num. 32.* & nonnolla alia congerit nouissimè *Ioannes Baptista Staiban. de interess. lib. 2. tit. de interesse comodati ex num. 56. cum seqq.*
10 *& alibi &c.* Et de pactis illicitis descendentibus ex mora debitorum, & in specie quandò in casu moræ circà traditionem rei venditæ, liceat emptori ad damnum Venditoris ad pretium quanti plurimi ab alijs accipere, vide latissimè *Altograd. tōt. 45. per tot.* signantèr *ex num. 39. lib. 2.* & latissimè etiam de *Antichresi* agit *Anneus Robert. rerum. Iudicatar. lib. 2. cap. 8. per tot.*

Id quod verò spectat ad pacta *l. Commissoria, adiectionis in diem,* in quibus ratio asperitatis etiam versari solet, respicit resolutionem veteris contractus, non autem ex illis nouus inducitur, vt benè probat *Accurs. in l. 1. & 2. C. de Pact. intèr empt. & Vend.* sed de veritate est videndus *Arias de Mesa lib. 1. Variarum cap. 22. num. 8.* vbi etiam tractat de Iure luendi, cuius praxis frequens est in Regno Neapolitano; Nec dubitari potest, quod in pignoribus *lex ista Commissoria* prauitatem plusquam vsurariā interdùm contineat, vt firmat *Modeus de Pignor. cap. de pactis legis commissoria num. 2.* in venditionibus verò pretio in diem non soluto, quod subsistineatur, re vendita tunc ad Venditorem regrediente, *est tex. in l. 3. ff. de contrahen. empt. Felician. de Censib. lib. 1. cap. 6. n. 1. Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 11. tit. 9. num 2. & 3.* Quæ verò sit formula huius *legis Commissoria* in vendirionibus ponit *Lotard. de vsur. quæst. 69. num. 2.* & difficultas huius pacti commissorij plerumq; in contractibus pignoratitijs versari solet, & quia varijs artibus conuentiones pallientur, varijsq; etiam verborum, formulis explicari solent ad validitatem, vel inualiditatem inducendam, prò vt singularitèr fecit, dispungendo singulos casus, *Leotard. d. quæst. 69. & quæst. 70. per tot.* ideò aliquid aliud addere superfluū existimaui! Non omitto tamen, quod supèr ista materia, scribente Excellentiss. D. bo. mem. Iosepho Censalio Germano Fratre, & in Vrbe Aduocato omnibus noto vnà cum alijs Excell. Collegis, emanarunt duæ singularissimæ decisiones, prima de anno 1654. secunda de anno 1656. coràm *Reuerendissimo Meltio*, quas hic imprimendas ad communem Vtilitatem censui.

* *
*

DECISIO S. ROTÆ ROMANÆ.

In Causa Tiburtina in Castri S. Angeli.

Veneris 26. Ianuarij 1654.



EX duobus potissimùm fundamentis resolutum aliàs fuit nõ constare de re iudicata, nec esse locum executioni Sententiæ latæ ad fauorem Excellentissimi Domini Ducis Bracciani super reintegratione ad possessionem controuersi Castri Sancti Angeli, scilicèt ob defectum legalitatis Instrumenti Anni 1504. super quo dicta Sentẽtia nitebatur ex rationibus adductis in prima Decisione emanata coràm me sub die 18. Iunij 1646. & ob purificationem pacti in eodem Instrumento appositi, *quod in euentum molestiarum, dictum Castrum censeretur venditum*, super quo fuit restricta difficultas in repropositione Causæ sub die 29. Maij 1648. cuius pacti validitas pariter firmata fuit in secunda decisione emissa sub die 11. Martij 1650. Reproposita hodiè Causa ad instantiam præfati Excellentissimi Domini Ducis Bracciani. Ex nouiter deductis DD. censuerunt, dictũ pactũ minimè obstare, & ita in hac parte à decisis recesserũt, reseruato quod de reliquis particularitèr videatur.

13 Ratio resolutionis fuit, quia dictũ pactũ, quod in euentum molestiarum inferendarum per Ioannem Iordanum, illiusq; hæredes, ex nunc, prout ex tunc Castrum controuersum assignatum Alphonsinæ, censeretur venditum prò pretio illius sũmæ, in qua apparebit Creditrix, tanquàm præseferens in effectu speciem *l. Commissoria*, reprobatur à iure, & substineri non potest ob expræssam tàm iuris Cæsarei *in l. fin. C. de pact. pignor.* quàm Iuris Canonici *in cap. significante de pignor.* resistentiam, & ibi communitèr Doctores, & Canonistæ, *Negusant. de pignor. par. 4. princip. nu. 2. Honded. cons. 31. num. 1. lib. 1. Mantica de tacit. lib. 11. tit. 9. num. 2.* cum sequentibus *vers. in pignoribus autem Gail. de credit. cap. 4. quæst. 9. nu 1102. vers. ad secundum, Surd. decis. 248. num. 11. vers. pactum autem, Rota in rec. decis. 422. num. 6. par. 4.* taleque pactum adeò graue, durum, & odiosum reputatur, vt nec minus vlla contraria consuetudine, vel etiam Iuramento confirmari valeat, vt respectu consuetudinis firmat *Bald. in l. 2. num. 4. vers. tertij dicunt in fine, C. quæ sit longa consuetudo, Negusan. de pignor. de par. 4. num. 5. Surd. d. decis. 248. nu. 17. Cyriac. contron. 393. nu. 13.* Respectu verò Iuramenti tenet *Mantica de tacit. d. lib. 1. tit. 9. nu. 13. vers. 7.* extenditur, *Tyraquel. de retract. cõuent. in fin n. 119. Couarr. variarum resolut. lib. 3. cap. 2. num. 7. Gabriel consil. 74. numer. 29. vers. iuramentum igitur lib. 1. Cyriac. d. contron. 393. num. 11. & 12. Fab. de error. pragm. decad. 21. num... error. 8. nu. 4. Barbasa in d. cap. significante de pign. Guttierez de iuramen. confirmat. par. 1. cap. 33. nu. 4. & seqq.* Neque ad incurrendam d. pacti asperitatem requiritur, quod conuentum sit secundùm formulam *l. Commissaria*, sed sufficit, quod sit secundùm formam illi similem, *l. 1. vbi Bartol. Bald., & Angel. C. de pact. pignor. Tyraqell. de retract. conuent. in fine num. 118. Bero. cons. 204. nu. 14. vol. 1. Couarr. variarum resol. lib. 3. cap. 2. n. 7. vers. & praterea*, vbi intelligit pactum esse simile, quandò est eiusdẽ rationis, vel quandò est factũ in fraudem *l. Commissoria, Surd. d. decis. 248. nu. 11. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 4. quæst. 123. num. 27.* 14 15 16 17

Hinc patet de irrelevantia rationis adductæ prò parte Serenis. Ducis Parmæ ad euitandũ huius pacti inualiditatẽ, vt ex eo, quod conceptum fuit in casum molestiarum, non possit dici pactum *l. Commissoria*, quod stipulari solet, quatenùs debitum certa die non soluatur, quia siuè verbis directis, siuè obliquis, & siuè in casũ nõ solutionis, siuè in casum molestiarum pactum fiat, semper improbatur, quandò, prout infra ostendetur, continet eamdem rationem prohibitionis, nempe iniquitatem, & iniustitiam pretij, ex probatis per *Leotard. de vsur. quæst. 70. num. 17. vers. vtraque forma, Couarr. variar. resolut. lib. 3. cap. 2. n. 8. Surd. decis. 248. n. 19.* 18

19 Huius neque pacti inualiditas saluari posse visa fuit ex triplici responsione data in

ta in dicta secunda decisione huius causæ coràm me emanata à §. *Neque obstare visum fuit vsque ad §. finalem*, quod scilicet non versemur in Contractu pignoris sed dationis in solutum, & venditionis fructuum, quod dictum pactum non fuerit conuentum de tempore contracti debiti, sed longe postea, & demúm quia cōcurrente Iustitia pretij, ex quo prò credito scutorū vigintiquinque millium, (quod aptum erat reddere annua scuta 1250. venditum fuerit Castrum annui redditus scutorum 490. cessēt propterea ratio, ob quam pactum *l. Commissoria* in pignore improbatur; singulę enim ex his responsionibus rectè ponderatæ, vim obiecti sufficientèr tollere visæ minimè fuerunt:

20 Respectu enim primæ, cum Castrum assignatum Alphonsinæ Creditrici fuerit illi traditum temporaneè possidendum, donec ex fructibus illius ea integralitér satisfacta remāsisset, reseruato penès DD. de Vrsinis tradentes directo dominio, & proprietate, & addita conuentione, quod statim secuta satisfactione in ipso instanti Castrū reuerti deberet ad eosdē tradētes, vtique contractus huiusmodi non dicitur dationis in solutum, vel emptionis, & venditionis, sed simplicis traditionis in pignus *l. Caius Seius 39. ff. de pig. act.* quia verè temporalis illa fructuum assignatio congruit constitutioni pignoris, non autem venditioni, & dationi in solutom, quæ á principio debiti extinctionem inducit, ac debitorem liberat, *Bart. in l. Si quis aliam ff. de solut. in princip. Surd. cons. 243. nu. 7. ad med. versic.* 4. ostenditur, vbi rectè in similibus terminis ponderat, quod si bona fuissent data in solutum, nequaquam fuisset conuentum de illis restituen. *Alex. cons. 178. in princip. & nu. 1.*

21 *lib. 7.* Loquens in terminis propositi casus, ac firmans pactum *l. Commissoria* dici, quādò bona alicui assignantur vsufructuāda, cum pacto, quod si intra certum tempus debitum non soluatur, illa censeātur, vel vendita, vel in solutum tradita, *Guidopap. cons. 81. num. 1 & seqq. Lanc. Gall. cons. 49. num. 17. cum seqq. Rota in rec. decis. 261. num. 16. & 17. par. 7. & in Romana Subhastationis de Alexijs 15. Februarij 1647. & 11. Martij 1648. coràm Reuerendiss. meo Cerro*, & reseruatio illa 22 Dominij penes dantem, excludit pernacesse dationem insolutum, & tantò magis arguit pignoris contractum, *Rota in Bononien. Litterarum Cambij coràm R. P. D. meo Verospio* inter impressas post *Merlin. de pignor. decis. 146. num. 11. & 12.*

Nihilque refert, quod assignatio facta 23 fuerit per illa verba *dedit, cessit, transtulit insolutum transferens omne dominium vtile dicti Castri*, quia exinde inferri non potest contractum fuisse potius venditionis, vel dationis in solutum, quám pignoris, nàm licét dicta verba regularitèr, ac vbi subiecta materia patitur importare soleant dominij translationem, ac dationem insolutum, attamen hoc minimé operantur, quandò, prout hic, subiecta materia repugnat, cum assignatio facta fuerit de solis fructibus, atque temporalitèr vsque ad integrā crediti satisfatione tali nāq; casū adaptātur etiā pignori, nec immutant naturā ipsius cōtractus, *Soccin. Sen. cons 93 n. 3. lib. 1. Surd. cons. 243. sub. n 7. Crot. cons. 93. n. 11.* cum alijs allegatis *dicta Romana Subhastationis de Alexijs 15. Februarij. 1647. §. 1. circa finem co ràm Reuerendiss meo Cerro*

Præterea cum duplex sit dominium, 24 aliud directum, nempe proprietatis, aliud vtile, scilicet possessionis, & vsusfructus & hypothecæ iuxta distinctionem traditam *per Bald. in l. proprietatis, C. de probat.* inde sequitur, vt translatio dominij vtilis, de qua fit mentio in dicto contractu assignationis, verificari debeat in solo dominio possessionis, ac perceptionis fructuum, quod propriè conuenit assignationi in pignus, vt in his terminis respondit *Rota in Romana Officij 31. Ianuarij 1628. coràm bon. mem. Pirouano in recentior. decis. 140. num. 7. & 8. par. 5. & in d. Romana Subhastationis de Alexijs 11. Martij 1648. §.* Quia præter quod.

Neque prò interpretatione contractus 25 venditionis, seù dationis in solutum vis fieri potest in eo, quod periculum fructuum translatum fuerit in creditorem, cum tamen si contractus fuisset pignoris, illud spectare debuisset ad Debitorem. Tùm quia huiusmodi assumptum nō subsistit

sistit in facto: immò contrariom colligitur ex ipso assignationis Instrumento, in quo expressè conuentum legitur, vt in casum Belli, aut alterius impedimenti fieret tantùm imputatio eorum fructuum,
26 qui actualitèr percipi potuissent. Tùm quia ex eadē cōuentione arguitur potius assignatio in pignus. Nā si verè cōtrahētes intellexissent cōtractū Venditionis stipulari, superflua omninò fuisset dicta periculi translatio, quæ ex propria natura cōtractus inerat, in puncto *Surd. d. consi. 243. num. 16. & 26. cum seqq.* Tùm denique, quia contrahentes fructus ex dicto Castro percipien. liquidarunt in annuis ducat. 480. donando si quid plus ex eo perceptum fuisset, quare dicta periculi translatio censetur adiecta compensandi causa maiorem illam quantitatem, quæ forsán percipi potuisset ex dicto Castro
27 vltra summam conuentam dd. ducat. 488.

Secúnda verò decisionis responsio, quod scilicet pactum *l. Commissoriæ* non improbetur, quandò fuit stipulatum de tempore contracti debiti, sed longè postea, ex auctoritatibus in dicta decisione allegatis sub §. Prætereà, nec paritèr vllius releuantiæ visa fuit. Quia verior, & communior est Doctorum opinio, quod huiusmodi pacta á iure improbentur, siuè illa conuenta fuerint de tempore contracti dibiti, siue ex interuallo, ita post *Albericū*, & alios tenent *Couarr. variar resolutionū lib. 3. cap. 2. num.* 8. *vers.* 3. Hinc etiam firmans contrariam *Bartol.* & aliorum opinionem falsam esse, *Lap. de vsur. in l. 2. C. de pact. inter. emption. & vendition. tom 2. num.* 18. *Renasch. in addition. ad cons. Alex.* 178. *litera C, in fin lib. 7. Franc. Marc. decis.* 156. *nu.* 4. vers. Istæ rationes *par.* 2. *Ar. Pinell. de rescis. vend. par. 2 cap. 1 nu.* 30. amplians id procedere etiam quandò de constituenda, vel restituenda dote alicuius mulieris agitur, & sequitur *Cald. de empt' cap.* 12. *num.* 19 cū alijs pluribus, quos refert, & sequitur *Leotar. de vsuris, quæst.* 70, *num.* 21
28 *cum seqq.* vbi refutantur contrarij *Faber. in C. lib.* 8. *tit.* 3. *definit.* 1. & idem *Faber. de error. pragmat. decad.* 21. *error.* 2. *per tot* & omnes mouentur ea ratione, quod eadem causa prohibitionis, quæ militat in pacto *l. Commissoria* conuento in limine contracti debiti, militat etiam in pacto apposito ex interuallo, quia non minori necessitate præmi quis dicitur prò subueniend. suis indigentijs pecunias mutuo recepit, quàm eum adueota die solutionis illas restituere cogitur, vtroque namque casu legem, quam indicit Creditor licèt duram, & asperam, Debitor subire non recusat. Et quamuis non desint, qui tale pactum ex interuallo appositum substineri velint, saltem ad effectum retinendi, & & excipiendi, licèt non ad effectum agendi, quos sententiæ fuerunt *Bartol. Tyraquell. Mant.* & alij in decisione allegati, istorum tamen opinio non videtur alitér recipienda, quàm in casù, quo cessaret aspetitas, ac violentia in Creditore, fraudisq; ac doli suspicio, & ita quandò venditio facta esset prò vero, & iusto pretio, vt sensit idemmet *Bartol. in l. Titius sub nu.* 1. *vers. aut sit pactum, ff. de pignor. act.* & aduertit etiam *Couarr. in d. cap* 2. *sub num.* 8. *vers.* 3. hinc etiam & *vers. vltim.* 29
Vltra quod nec potest dici ex interuallo, dum fuit appositum dictum pactum in eodem Instrumento, in quo D. Ioannes Iordanus recognouit se debitorem, & in satisfactionem debiti cessit dictos fructus Castri, sed potiùs dicitur incōtinenti *Alex. cons.* 178. *num.* 3. & 6. *in fin. l.* 7. *Lancell. Gall. d. cons.* 49. *nu.* 16. *vers. Conuentio hac.* 30

Maior itaque difficultas ad tertiam decisionis responsionem reduci visa fuit, dū in ea iustitia pretij firmatur ex illo fundamento, quod cum creditum Alphonsinæ calculatum in summa scutorum vigintiquinque millium, aptum esset reddere scuta annua 1250. *iuxta glos. in auth. præterea verb Iusta C. de Sacrosanct. Eccles.* ideò illud non solùm æquaret, sed etiam excederet valorem Castri, cuius annui redditus firmati tātū fuerāt in annuis ducatis 480. Verū cum assumptum hodiè tollatur ex facto, ideò, & decisionis responsio corruit.

Non enim subsistit, quod Creditum Alphonsinæ de tempore assignationis illi factæ, esset scutorum vigintiquinque milliū, vt supponitur in decisione, cum verè de eo tempore esset tantúm Creditrix ducato-

torum 16 mill. de Carolenis, occasione
suarum dotium, ac Antefati, & aliorum
ducat 9. mill. de Carolenis occasione
dotis Catherinæ eius Matris, qui reda-
cti ad monetam currentem iuliorum de-
cem prò scuto, summam scut. 21. mill.
non excedunt. Præterea ab anno 1504.
quo facta fuit assignatio Castri vsque ad
annum 1538. quo illatæ fuerunt molestiæ,
intercesserunt anni 34. quibus cum Al-
phonsina continuò in possessione dicti
Castri steterit, fructus pacificè percipien-
do, indè apparet, quod calculando fructus
ad rationem conuentam annuorum duca-
torum 480. ea vsque ad d. annum 1538.
exegerit scuta 16. mill. circiter, vndè
Creditum valdè diminutum remansit, ac
fuit redactum ad scuta 5000. tantùm, quæ
propterea non iustum, immò potius iniu-
stissimum pretium dicti Castri cōstituunt.
Addito etiam, quod quàmuis potuisset
euenire casus contrarius, vt nempè mole-
stiæ superuenissent tempore quo Credi-
tum Alphonsinæ æquasset iustum pretium
Castri, adhuc ex hoc pacti iniquitas mi-
nimè euitaretur, quia poterant etiam su-
peruenire molestiæ in vltima die satisfa-
ctionis Crediti, vel paulò ante, & prò illi-
us iniustitia sufficit, quod casus, & præiu-
dicium potuisset verisimilitèr Debitori
contingere, prout cum effectu contingit,
iuxta doctrinam *Bart. in l. intèr stipulatio-
nes §. Sacram nu. 7. ff. de verbor. obligat.*
31 *Guidopap. cons. 81. & Lancellott. Gall. cons.
49. per tot. Merlin. Foroliuien. de pignor.
lib. 4. tit. 4. quæst. 123. num. 7. & 8.* &
ideò prò cautela datur, quod in similibus
casibus fiat specifica mentio, vt datio in
solutū intelligatur facta prò iusto pretio,
aliàs dictum pactum in pignore reproba-
tur, *Cyriac. controu. 393. num. 5. & seqq.
Surd. decis. 248. nu. 19. circa finem, vers.
Si cum d. sit, Leot. de vsuris d. quæst. 70.
nu. 17. vers. At verò.*

Neque dicta debitoris læsio, & pretij
iniustitia tollitur ex eo, quod purificata
per aduentum molestiarum venditione,
dominium Castri censeatur retrotractum
in Alphonsinam, perindè, ac si illa purè à
principio stipulata fuisset, & consequen-
tèr fructus medij temporis, vti percepti
non ex titulo pignoris, sed Dominij, non
imputentur in sortem, sed Alphonsina il-
los suos fecerit. Quia DD. habuerunt prò 32
impossibili, quod in ipso actu stipulationis
pignus, & venditio simul contrahi potue-
rit; causasset enim implicantiam, & expres-
sam contradictionem talis conuentio, si
dum agebatur de assignatione in pignus,
venditio eiusdem pignoris, vel purè, vel
cōditionalitèr facta intelligeretur *ad text.
in l. vltima in princ. C. de contrahen. em-
ption.* quē ad propositū expendit *Leotar.
de vsuris quæst. 70. num. 6. vers.* existi-
mabat enim, & *nu.* 7. Cum itaque vterq;
contractus non potuerit esse in dispositio-
ne de tempore stipulationis, & ideó ven-
ditio collata fuerit in futurum tempus ad-
uenientis conditionis; Vtiquè dicendum
venit, quod contractus in sui origine rea-
litèr importet pignus iuxta naturam tem-
poralis assignationis fructuum, causalitèr
veró venditionem, à die tamen purificatæ
conditionis absque vlla retrotractione,
*Gabr. cons. 74. lib. 1 num. 32. vers. Sin
ponamus, Guidopap. cons. 81. num. 3. Lan-
cellott. Gall. cons. 49. num. 19. & 20. Leo-
tard. de vsuris, quæst. 89. num. 19.*

Præterea obiectum retrotractionis, ob 33
purificatā cōditionē tātò minus applicatur
Quia quidquid sit in retrotractione simpli
cis obligationis personalis, vel hypothe-
cæ, quandò, prout hic, agitur de retrotra-
ctione Dominij, illa non admittitur, ne
inueniantur vno, eodemque tempore duo
Domini insolidum, vnus verè, & alter fi-
ctè, *Baldus in l. 1. nu. 10. vers. Respondeo
in Dominio, C. an seruus ex suo fact. &c. &
ibi Salicetus num. 1. in fine, vers. nec res-
pectu dominij, Iason. in l. Si filius familias
num. 2. circa med. ff de verbor. oblig. Cost.
de retrotract. effect. 4. cap. 10. num. 2. &
prius cap. 8. cas. 20. num. 19. Alex. cons.
228. num. 4. vers. Immò etiam, volum. 6.
Marcabrun. cons. 31. num. 18. Altograd.
cons. 13. num. 23.*

Accèdit vlteriùs, quod dictæ prætensæ 34
retrotractioni resistit, ac repugnat omni-
nò ipsa mens, & intentio Contrahentium;
Etenim dum ipsi expressè conuenerunt,
quod Creditū Alphonsinæ extingueretur
ex fructibus, donec molestiæ sequerentur,

illisq;

illisq; sequutis fieret venditio prò ea summa, in qua creditrix apparebit, sic denominando illam Emptricem in euentum prædictum; inde clarum redditur ipsos noluisse, quod Alphonsina fructus medij temporis faceret suos, nec venditio anteá perficeretur, quã in ipso instanti molestiarũ, vt bené firmat *Lancellott. Gall. d. cõs.* 49. *n.* 20 *cũseqq. & Leotar. vbi sup. d. quæst.* 70. *n.* 17. *cum seqq. & signantèr n.* 49. 57 *&* 63.

35 Neque contrariam interpretationem suadet clausula ex *nunc* prout *ex tunc* in Instrumento assignationis apposita, quæ ponderata fuit in alia decisione prò inducenda retrotractione, nàm vbi illa, prout hic, adiecta reperitur contractui conditionali, non solet habere vim retrotractiuam, nec patit suum effectum, nisi á die purificatæ, & existentis conditionis, *ad text. in Clemen. prima*, vbi *glos. verb. ex tunc de prabend. Honded. cons.* 18. *ex num.* 43. *lib.* 2. *Marcabr. cons.* 31. per tot. & præsertim *ex num* 3. *cum seqq. Paris. cons.* 82. *n.* 17. *vers* Quibus non obstat *lib.* 4. *Barbos. de Claus. claus.* 61. *num.* 4. *in fine, & firmauit Rota coràm Put. decis.* 186. *lib.* 2. *in recent. decis* 12. *num* 44. *par.* 6. *ac in Signina Castrorum* 13. *Nouembris* 1623. *coràm bona mem Coccino confirmata coràm eodem* 4. *Febr.* 1631. *post. Fenzon ad Statutum Vrbis decis.* 131. *§. vlterius*, & in terminis acquisitionis fructuum pendente conditione perceptorum, quod dicta clausula, *ex nunc*, non operetur retrotractionem, consuluit *Menoch. cons.* 946. *nu.* 34. *&* 35. *Curt. Iun. cons.* 74. *num.* 8. *& cons.* 76. *num.* 5. *Altograd. d. cons.* 13. *num.* 24. *vers. meritò, Salgad. in tract. Laberynt. Creditor. par.* 2. *cap* 21. *num.* 42.

36 *&* 43. quod eò magis procedit, dum post dictam clausulam adiecta leguntur verba illa, *Casu quo Creditores, aut alter ex eis molestentur*, & pauló inferius ibi *in euentum prædictum*, quæ verba connentam dationem in solutum, seu venditionem ad casum expressum molestiarum, restringunt, & à die tantúm illius purificationis operantur, *Menoch. d. cons.* 946. *num.* 4. *Cephal. cons.* 153. *num.* 21. *lib.* 2. *idem Barbos. de Claus. d. claus.* 61. *num.* 3.

37 Neque ad tollendam pretij iniustitiam quidquã suffragatur id, quod secùndo loco particularitèr ponderabatur à Scribentibus prò Serenissimo Duce Parmę, scilicet Creditum Alphonsinæ fuisse fructiferum, siuè ex dispositione *l. Curabit, C. de act. empt.* siuè quia erat dotale, ideoque redditus Castri ab eo perceptos cedere prius debere in causam dd. fructuum, & deindè in extinctionem sortis, quæ propterea de tempore purificatæ cõditionis ferè in nihilo diminuta esset.

Quia dispositio *d. l. Curabit*, habet locum fauore venditoris, qui rem fructiferã tantummodo vendidit non recepto pretio, vnde ea non iuuatur Alphonsina, quæ nullam rem fructiferam vendidit, sed erat simplex Creditrix suæ Dotis, *Rota in Romana fructuũ Census* 16. *Nouembris* 1648. *coràm R. P. D. meo Verospio.* 38

Sic nec qualitas crediti dotalis suffragabatur, vt iuxta dispositionem *Statuti antiqui* tunc vigentis illud fructiferum dici possit, *Nam lib.* 1. *cap.* 78. *& lib.* 4. *par.* 1. *cap.* 20. decernebat alimenta Viduæ vnica citatione præcedente, si in mora soluendi dotem fuissent debitores eiusdem. Vndé tunc etiam interpellationem fuisse necessariam, dixerunt *Luca Pet. in praxi lib.* 4. *cap.* 8 *num.* 5. *& Rota coràm Penia decis.* 1206. *nu.* 11. *par.* 2. de præterito ante assignationem non est tractandum, quia verisimilitér præseruati fuissent in Instrumento, & quia hæredes non tene- 39
bantur, dũ nõ constar certioratos fuisse de debito Defuncti dotis promissoris, *Peregrin. cons.* 38. *num.* 9. *lib.* 2. *Menoch. cõs.* 641. *n.* 21. *Surd. cõs.* 240. *n.* 9 *& seqq. Rota decis.* 182 *n.* 4. *&* 5. *par.* 4. *tom.* 2. *recent. & in Romana Saluiani* 4. *Decembris* 1643. *coràm R P. D. meo Verospio §. Demum.* 40
De Futuris verò neque debita videntur, cùm hæredes statim fecerint assignationẽ prædictam. Vnde in nulla mora constituti videntur, & pactum non est adiectum, vt debeantur pendente perceptione fructuum, prout fuisset necessarium, ex *tradit. per Greg. dec.* 573 *n.* 6. *& in Rom. Crediti dotalis* 13. *Martij* 1645. *co. RP D. meo Verospio.*

Cæterùm non solúm ex iam adductis, sed ex alia etiam ratione Domini d. pactum substineri minimé posse existimarũt,

quia

quia cùm de tempore illatæ molestiæ nulla facta fuerit declaratio prò parte DD.
41 *de Medicis* successorum Alphonsinæ, prout ad hunc effectum requirebatur, ex quo similia pacta non solent operari, nisi volentibus, ac declarantibus illis, quorum fauorem respiciunt, *l. 1. §. Indeque visū, ff. de noui oper. nunc. l. Si sponsus, §. Si quis rogatus, ff. de donat. intèr Vir. & Vxor. l. 2. ff de leg Commiss. Rota coràm Seraphino decis. 650. num. 1. vers. tamen cum hac resolutio, coràm Canalcrio decis. 70. nu. 3: & 4. coràm Buratt. decis. 54. num. 14. & 15. coràm Coccino. decis. 240. num. 6. vers. ad effectum, in recent. decis. 422. n. 2. & 3.*
42 *par.* 4. vbi ampliatur id procedere, quamuis pactum ipso iure operaretur, *& decis. 109. num. 6. par. 7.* Immò ex reseruatione Iurium facta in Sententia Pauli Tertij ad fauorem DD. de Vrsinis in petitorio, colligitur, DD. de Medicis noluisse vti dicto pacto, quia eo purificato, si vti voluissent nullum Ius reseruabile remannebat, *l. 2. ff. de vsufruct. cap. super deuunciat. Crauet. conf. 226. num. 6. Menoch. conf. 713. n. 5.* Vtique non potest dici commissa stipulatio Venditionis, non quidèm de tempore illatarum molestiarum, deficiente dicta declaratione, nec minus hodiè, quo modernus Serenissimus D. Dux in Iudicio *coràm me* pendente supèr restitutione in
43 integrum, de tali pacto opposuit, quia facultas faciendi huiusmodi declarationes, & acceptationes nō transit ad successores, *Menoch. conf. 1163. num. 33. ad med. & seqq. lib. 12. Rota decis. 361. num. 6. vers.* his accedit *& decis. 362. num. 1. post. med. par. 4. diuersorum*, exemplo eius, quod di-
44 citur de Domino directo bonorum emphytheoticorum, qui si prinsquàm decedat deuolutionē non acceptauerit, hæres nō potest ad deuolutionis pœnā agere, *l. 1. C. de Iure emphyt. Alex. cōs. 173. n. 3. lib. 4 Caphal. conf. 25. n. 4. Ruinus cōs. 143. n. 14. lib. 1.*

Eoque minus virtute dicti pacti iuuari possunt successores Alphonsinæ, quia illud apparet personalitèr conceptum fauore Alphonsinæ propter dictionem, *Ipsi*, &
45 expressionem nominis proprij *Alphonsina*, quæ faciunt pactum personalissimum, & non transitorium ad hæredes, nisi expressè illi nominentur, vt in terminis dictionis *Ipsi*, appositæ pacto, dixit, *Bald. conf. 304. num. 1. lib. 5. Natta conf. 163. nu. 8. Cephal. conf. 352. n. 8. & pluribus seqq. Bursat. conf. 131. num. 58. Ruinus conf. 167. num. 3. lib. 1. Menoch. conf. 29. num. 26. Giouagnonus respons. 97. num. 22: in fine lib. 1. Rota in rec. decis. 619. num. 3 par. 1. & decis. 459. num. 34. part. 5.*

Neque releuant ponderata in decis. prò extensione dicti pacti ad hæredes, & primò quod nomen proprium Alphonsinæ stet 46
potiùs demōstratiuè, quám taxatiuè. Nam quandò, prout hic, cum nomine proprio concurrit etiam dictio illa personalis, *Ipsi*, benè conuenit, quod demōstretur persona, & limitatiuè demonstretur, ad tradita per *Beron. conf. 88. numer. 10. lib. 1.* ac firmauit *Rota in rec. decis. 396. num. 4.*

Hinc insurgit responsio ad aliam rationem in contrarium ponderatam, quod pacta de sui natura sint ad hæredes transitoria, quia hoc nō procedit in pactis personalibus, vt in hoc proposito benè respondet *Caphal. cons. 252. num. 32.*

Neque ex eo quod Notarius in parte 47
actiua acquisitionis Castri stipulationem conceperit prò *hæredibus*, & sic realitèr, inde inferri valet, vt & in passiua respectu molestiarū inferendarū prò eisdem hæredibus cōcepta dici debeat; quia immò talis discretiua locutio maiorē personalitatē cōuincit, ac operatur, vt in ea parte, in qua nō sunt expressim nominati hæredes, ipsi non possint intelligi comprehensi, sed potius exclusi, vt benè in terminis arguunt *Bursatt. conf. 131. num. 49. Menoch. cons. 111. num. 39. cum seqq. Paris. conf. 5. nu. 5. vol. 1. Natta conf. 164 num. 1. Rota in rec. decis. 359. num. 37. vers. 3. denique, & decis. 360. nu. 33. par. 5.*

Ratio autem illa paritèr in decisione 48
ponderata, quod dictum pactum tamquā appositum prò maiori cautela, & securitate exactionis crediti, habeat causam successiuam, & ita sit reale; tollitur ex alia fortiori ratione, quæ est, vt si d. pactū prò tali admitteretur, tantò magis illud iniquum, & asperum redderetur, ex quo longiori tempore posset purificari conditio molestiarum inferen. hæredibus.

 Deni-

49 Denique prò maiori dicti pacti irreleuantia, considetatum fuit etiam, quod ad illius purificationem, requiruntur molestię ex facto, vel culpa dolosa, ibi *facto dolo, vel culpa*, cum autem molestiæ illatæ fuerint non à Ioanne Iordano promittente, sed à Francisco, & Hieronymo successoribus, in quibus ignorantia dicti pacti præsumitur, *l. qui in alterum, ff. de regulis Iuris, l. eius qui, ff. si certum petat, & tra*duot Doctores *in l. qui Roma §. duo fra-*
50 *tres, ff de verborũ oblig. Rota coràm Greg. decis.* 511. *nu.* 28. non potest in illis considerari aliquis dolus, vel culpa, *l. Si defunctus ff. de Procurator. l. generali C. de tabul lib.* 10. *l. ex maleficijs, §* 1. *vers. lõgè minus de act. & obligat. Riminal Iun. cons.* 470. *num.* 35. *Caphal. cons.* 390. *n.* 11. *Rota coràm Gregor. XV decis.* 68 *nu.* 9. & consequentèr nec potest esse locus
51 dicto pacto, *l.* 3. *§ Si quis ignorans ff. ad Senat. Cons. Sillanium. Cranett. con.* 6. *num.* 73. *Caphal. d. cons.* 390. *num.* 11. *lib.* 3. *vers. & est generale, Menoch. cons.* 825. *num.* 14. *cum seqq.*

52 Demùm non afficit, quod stipulatio Defuncti etiam pœnalis committatur, siuè hæres sciuerit, siuè ignorauerit, *ex text. in l. filius familias* 49. *§. in hac stipulatione,*
53 *ff. de verborum obligat* vbi pupillus tantùm excipitur, quia ille *textus* loquitur in stipulatione simplici, sicque inapplicabilis est casui, in quo stipulatio est qualificata, dùm concurrere debent molestiæ, cum dolo, vel culpa, quorum neutrum sine scientia datur, *Cranett. cons.* 204. *num.* 21. *Caphal. cons.* 167. *num.* 11. *& cons.* 242. *n.* 9. *Eugenius cons.* 53. *n.* 21. *& seq. lib.* 2.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.



ALIA DECISIO S. ROTÆ ROMANÆ:

In eadem causa Tiburtina Castri S. Angeli

Luna 14. *Februarij* 1656.

PActum appositum in Instrumẽto celebrato de anno 1504. inter Iordanum Vrsinum, & illos de Medicis, quod scilicèt Castrum S. Angeli, cuius fructus conuenti in annuis ducatis 480. fuerunt temporaneè assignati Alphonsinæ in satisfactionem sui crediti ducatorum 25000. censeretur in euentum molestiarum eidem Alphonsinæ venditum, tanquàm in effectu præseferens speciem *l. Commissoriæ*, reprobati à iure, &nõ sustineri resolutũ vltimo loco fuit sub 26. Ianuarij 1654. rationibus, & fundamentis latè deductis in decisione tunc emanata, cui non acquiescente Serenis. D. Ducæ Parmæ, causaque pluriès ad ipsius instantiam proposita, ac demùm restricta difficultate ad illam inspectionem, an fructus ex dicto Castro percepti ante euentũ molestiarum sequutarum de anno 1535. extenuassẽt sortẽ; Hodiè quo causa super dicta restrictiua reproposita, ac discussa fuit, DD. censuerunt extenuasse sortem & ita standum esse in secundo loco decisis.

Etenim ex lectura d. Instrumenti apparet clarè non fuisse Alphonsinæ assignatum Castrum, sed omnes fructus dicti Castri, vsquequò illa satisfacta remansisset de suo credito ducatorum 25000. Vndè visum fuit non versari in termi- 54
nis dationis in solutum, quæ pendet ex irreuocabilitate rei traditæ, ad trad. per *Mangil. de euict. quæst.* 144. *numer.* 18. *& seqq.* sed in casu simplicis traditionis in pignus, ad Text. *in l. Caius Seius* 39. *ff. de pignor. act.* & consequentèr fructus percepti vsque ad diem molestiarum, debuerunt de necessitate extinguere sortẽ, idque ex clara dispositione iuris communis, secundùm quàm Pignoratarius, vt- 55
potè, qui non est dominus pignoris, non lucratur fructus, sed illos solummodò in sui crediti extinctionem imputat iuxta Text.

Text. *in l.* 1. 2. *& 3. C. de pignor. act.* ibi *creditor qui prædium pignori nexum detinuit fructus quos percepit, vel percipere debuit, in rationem exonerandi debitum cõputare necesse habet cap. cum contra, & cap. illo vos de pignor. cap. nostram de iur. iurã.*
56 *cap.* 1. *& 2. de vsur.* quibus iuribus probatur, quod repugnant pignori, vt creditor recipiens faciat fructus suos, & ita communitèr omnes, *Lanccll. Gall. cons.* 49. *num.* 22. *vers. item, Alex. cons.* 70. *num.* 7. *vers. nunc*, est vid end. *Surd. cons.* 194. *num.* 10. *vers. creditor enim, Natt. cons.* 535. *n.* 3. *vers.* 1. *quia lib.* 4. *Soc. Sen cons.* 29. *n.* 17. *vers. circa tertiũlib.* 1. *Castill. lib.* 3. *quotid. contr. Iur. cap.* 23. *nu.* 5. *& seqq.* & firmauit *Rota coràm Comitula decis.* 4. *num.* 2. 4. *&* 5. vbi in specie ponderatur, quandò, prout hic, debitor potest auocare quandocumque, soluendo debitum, *eadem Buratt. decis.* 160. *num.* 11. *vers. nam d. creditum dotis, in rec. decis.* 749. *num.* 4.
57 *in fin. par.* 3 dictaque imputatio, siuè cõpensatio fructuum in sortem fit ipso iure absque alia partis petitione, per Text. *in l.* 1. *C. de distract. pign.* ibi *ipso Iure*, adeout
58 nec valeat pactum in contrarium, vt post alios *Bald. in l.* 1, *num*, 3. *vers. sed. nunc quæro C. de de pignorat. act. Negusant. de pignor. par.* 5. *memb.* 5. *num.* 3. *vers.* 4. *amplia. Trentacinq. var. resol. lib.* 3. *resol.* 2. *num.* 2 cum alijs deductis per *Leotardus de vsur. quæst.* 11. *num.* 1. *cum seq. Merlin. de pignor. lib.* 5. *quæst.* 45. *nu.* 13.
59 *&* 14. & ratio est, quia paria sunt paciscì de fructibus in sortem non imputandis, & vsuras promittere, vt notant *Negusant. d. par.* 5. *memb.* 5. *num.* 10. *Surd. d. cons.* 193. *num.* 14. *vers. & quamuis, Deciã. cons.* 35. *num.* 43. *lib.* 2. *Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 8. *num.* 1. *Vgolin. de vsur. cap.* 63. *num.* 1. *Gait. de credit. cap.* 4. *num.* 1006. *vers. Ampliat.* 6.
60 Facilius dicta conclusio imputationis fructuum in sortem procedit, dùm concurrit cum iuris dispositione, etiam expressa partium conuentio, Quatenùs partes voluerunt. quod Alphonsina fructus Castri valuratos in annuis ducatis 480. perciperet, donec fuisset de suo credito integralitèr satisfacta, sequuta autem satisfactione, vel ex dd. fructibus, vel mediante actuali solutione residui debiti, quam facultatem sibi, suisque hæredibus Vrsinus reseruauit, dicta Alphonsina teneretur Castrũ restituere, nec ei liceret ampliùs se in eo intromittere, Prout etiam conuentum extitit, quod si ex bellis, vel alijs impedimentis ea non potuisset fructus percipere, prò tempore huiusmodi impedimẽtorum non fieret defalcatio de suo credito, nisi prò rata fructuum actualitèr perceptorum: contextus enim Instrumenti sic litteralitèr concepti, absolutè indicat mẽtem contrahentium eam fuisse tradendi Castrum Alphonsinæ ad effectum, vt ex illius fructibus de suo credito satisfieret, & ita fructus ab ea percepti sunt in sortẽ imputandi, aliàs mens cõtrahentium, quæ prò lege est seruanda, cum ex lege veniat, quod ex mente sumitur, *l. nominis & rei*, *§. verbum*, & ibi *Alciat. ff. de verb. signific. l. cum mulier la prima ff. solut. matrim.* adimpleri non posset, & in terminis temporalis assignationis alicuius rei fructiferæ cum pacto illius reuersionis, postquã creditori fuerit de suo credito satisfactus, benè *Surd cons.* 243. *num.* 7. *ad med. Rota in rec. decis.* 261. *num.* 16. *&* 17 *par.* 7.
Neque obstare visum fuit, quod ex dicto Instrumento assignationis appareat, ipsum Castrum datum fuisse ad vten. & fruen. quia cum prius fructus dicti Castri assignati fuissent tẽporalitèr, donec ipsa Alphõsina de suo credito satisfieret, subsequens clausula ad *vten.* & *fruen.* accessoriè adiecta intelligitur iuxta naturam contractus pignoris, & ita de vsu, & exercitio iurisdictionis, quam creditor circà vtilitatem habet vsque ad sui crediti satisfactionem, non autem quòad proprietetem, *Faber. in C. lib.* 8. *tit.* 6. *defin* 11. *Cancer. par.* 3. *cap.* 13. *num.* 365. & probat *Text. in l. si is qui* 11. *§. si vsusfructus, ff. de pignor.* vbi *Fulgos. nu.* 3. *Cast. nu.* 4. *in fin. Gabriel. Mudeus de pignor. tit. quæ res obligentur num.* 10. *ad med. vers. Creditor verò fol.* 309. & hanc ipsã interpretationem in similibus terminis prò euitanda contrarietate amplexa aliàs fuit *Rot. in Rom. dotis. Dec.* 1643. *cor. Reuerẽdiss. Salamantino*, *&* 14. *Iann.* 1650. *cor. Reuerẽdiss. meo Verosp̃ie.* 61

62 Ex cadem ratione corruit repetitum
obiectum ex eo deductum, quod dùm as-
signatio facta fuit per verba, & clausulas
aptas inferre translationem dominij, ideò
Alphonsina tanquàm Domina fecerit fru-
ctus suos; quia, & dictæ clausulæ sunt in-
telligendæ, vt cum subiecta materia con-
ueniant, scilicèt ad effectum satisfaciendi,
& post satisfactionem recuperandi bona
ad eum finem assignata, & ita de dominio
improprio ratione vtilitatis iuxta mentem
contrahentium, de quo dominio loquitur
in specie *Bald. in l. proprietatis num.* 1. *C.*
de probat. Alexand. cons. 129. *num.* 3. *&*
4. *lib.* 2. vbi quod saluatur dominij appel-
latio in sola fructuum perceptione, iuxta
subiectam materiam saltém largè, & im-
propriè, *Rota coràm Merlin. decis.* 391. *nu.*
63 6. firmans Detentorem posse largo modo
dici Dominum secundùm subiectam ma-
teriam, ad idem optimus *Text. in l. stipu-*
latio ista 38. *§. hæc quoque stipulatio*, ibi,
Nam, & eum habere dicimus, qui rei do-
minus est, & eum qui dominus quidèm non
est, sed tenet, ff. de verborum oblig. & est
in iure vsitatum, quod etiã vsufructuarus
impropriè dicatur habere dominiũ, *l.* 4. *ff.*
de vsufruct. ibi, *vsusfructus in multis casi-*
bus pars dominij est, l. 3. *ff. si vsusfrctus pe-*
tatur, Castill. de vsufruct. cap. 32. *nu.* 2. *cum*
sequen. & cap. 75. *num.* 42. & firmauit
Rota in Romana subhastationis de Alexijs
15. *Februarij.* 1647. *§.* 1. *circà finem coràm*
Reuerendiss. meo Cerro, in Romana retentio-
nis domor ũ 20. *Aprilis* 1654. *coràm R.P.D.*
meo Bichio, confirmata 9. *Iunij* 1655. *coràm*
eodem, & in puncto quod facta reserua-
tione directi dominij, prout hic, & trans-
lato omni alio vtili dominio Castri, &
Vassallorum, illa translatio verificetur in
fructibus, quorum respectu consideratur
vtile dominium, firmatum fuit in dicta
Romana dotis 9. *Decembris* 1643. *coràm*
Reuerẽdiss. Salamãtino, cõfirmata 14. *Ianua-*
rij 1650. *coràm Ruerendiss. meo Verospio.*
64 Tantò autem magis id firmandum ve-
nit in proposioto casu, qui vltra tempora-
lem illam fructuum assignationem, quæ
certum est, quod repugnat dationi in so-
lutum proprietatis, & congruit soli natu-
ræ pignoris, vt prætèr allegat. probat *Text.*
in l. conuenerit la seconda, & l. si final.
C. de pignorat. act. Morot. respons. 66. *nu.*
2. *Altograd. cons.* 37. *num.* 19. *&* 21. *lib.*
1. *Negusant. de pignor. par.* 5. *mem.* 3. *n.*
1. *&* 5. Natura contractus pignoratitij for- 65
tius etiam conuincitur, tùm ex pacto adie-
cto, quod durante dicta assignatione Ca-
stri, non posset Alphonsina in eo facere
Fortilitia, nec Domus ad vsum *Domini*,
sed Domus tantúm ad vsum Ciuium, &
Incolarum, quæ vna cum Castro post satis-
factionem reuerti deberent ad Dominos
de Vrsinis absque recuperatione expensa-
rum; Tùm & magis ex alia conuentione,
quod prò maiori cautela in euentum mo-
lestiarum, ex tunc directum dominium, ac
proprietas Castri in Alphonsinam Credi- 66
tricem transferretur. Etenim, si directi
dominij translatio fieri non debebat, nisi
in casu molestiarum, vtique per necessè
dicendum venit ante molestias verum, ac
proprium dominium fuisse penès dd. de
Vrsinis, solumq; vtile traslatum fuisse in
Alphonsinam, ad effectum se satisfacien-
di de fructibus, iuxta naturam pignoris,
Surd. d. cons. 243. *num.* 7. *ad med. Rota*
post Merlin. de pignor. decis. 146. *num.* 11.
& 12. *& in rec. decis.* 261. *nu.* 16. *& seqq.*
part. 7.
Neque refragatur, quod admisso etiam,
vt contractus ab initio fuerit simplicis tra-
ditionis in pignus, nihilominùs purifica-
ta deinde conditione molestiarum anni
1535. statim perfecta fuerit venditio do-
minij, ac proprietatis, quæ ex clausula,
ex nunc prout ex tunc, per viã retrotractio-
nis considerari debeat perinde, ac si in ip-
somet die primordialis assignationis anni
1504. facta fuisset, & cõsequentèr fructus
medio tempore percepti non computen-
tur in sortẽ, tãquã percepti iure dominij.
Quia quicquid sit, quãdò versamur in sim- 67
plici obligatione personali, & in sola hipo-
theca, in quibus terminis loquitur Rota
in decisionibus prò parte Sereniss. Domi-
ni Ducis Parmæ *alleg. nempè decis.* 539.
num. 6. *par.* 4. *& decis.* 174. *nu* 36. *par.*
6. *rec.* Respectu dominij dicta retrotractio
non admittitur, ne vno, eodemque tempo-
re reperiantur duo Domini in solidum,
vnus verè, & alter fictè, vt prætèr adductos
in

in decisione vltima hodiè confirmata, probant etiam *Cutell. de donat. contempl. matrimon. tract. 2. discurs. par. 6. num. 20. vers. quia hæc non procedunt. Negusant: de pignor. par. 2. mem. 2. num. 6. Mant. de tacit. lib. 14. tit. 46. num. 7. & 8.* & in terminis acquisitionis fructuũ, tenuit *Marcabrun. cons. 105. num. 18. Costa de retrotract. cap. 8. cas. 19. num. 19.* & firmauit etiam *Rota in recentior. decis. 174. num. 31. par. 6. & in Romana de Mazatostis, 22. Iun. 1626. coràm. Coccino, quas refert & sequitur Merlin. de pignoribus lib. 4. quæst. 22. num. 59. & 60.* vbi conciliando contrarias opiniones firmat, quod esto fieri possit retrotractio ad alios effectus, non posse tamẽ illam admitti prò acquisitione fructuũ in præiudicium Domini, cùm æquitati nimis repugnet, vt qui interim
68 fuit Dominus, grauetur amissione fructuũ, & in puncto clausulæ, *ex nunc prout ex tunc* in contractu pignoris, plures allegat *Leotard. de vsur. quæst. 70. numer. 18.* & vltra eos, idemque non obstante dicta clausula ad excluden. retrotractionem, firmarunt *Menoch. cons. 946. num. 34. & 35. & d. Merlin. dicta quæst. 22. nu. 62. & 63. Pappon. lib. 11. tit. 3. art. 2. Giffar. in l. fin. C. de pact. pignor. column. 14. ver. 6. excepto* fol. 400 in paruis, *& Vgo Donellus in eadem lege num. 6.* & rationes latè adducti *Faber. de error. pragm. decad. 21. error. 4.*

69 Neque vllius releuantiæ visæ fuerunt doctrinæ in contrarium allegatæ, & præsertim *Bartol. in l. si is qui prò emptore, num. 47. vers. Quoad dominium ff. de vsu Capionibus; Paris. cons. 21. num. 66. & 103. cum sequen. lib. 1.* firmantes in contractibus conditionalibus dari etiam posse retrotractionem dominij. Quia conclusio vera est, vbi á principio interuenit traditio vera, & pura, non autem quandò ficta vel conditionalis, nam tunc, ex quo dominium ante purificatam conditionem remanet penès Alienantem, interim fructus sequuntur Dominum, & ad eum spectant, ad quem pertinet dominium, *glos. in l. seruitutes verbo ipso quidem vers. tu dicas,* & ibi etiam *Castren. n. 3. ff. de seruit. Gratian. disceptat. forens. cap. 318. num. 30. Altograd. cons. 13. num. 36. vers. videlicèt cum quatuor seqq. lib. 1.* In proposito autem casu, tempore cõtractus assignationis non solùm non præcessit, sed immò Vrsinus assignans dominium, & proprie-
tatẽ ante molestias sibi explicitè reseruauit ibi: *Dedit, cessit, &c. nihil penitus sibi* 70
reseruando, præterquàm Ius proprietatis, & directi dominij, &c. ponderando dictionẽ illam, *præterquàm*, quæ eximit illud Ius ab ipsa dispositione, illudque relinquit penès eũ, apud quẽ existebat tẽpore traditionis. *l. Prætor ait in princip. ff. ne quid in loco publico, Rota in Bononien. Hæreditatis de Beroaldis 10. Martij. 1597. coràm Litta, & in Romana, seu Forolinien. de Theodolis 1602. coràm Penia relatis per Moder. Lusitan. dict. 281. nu. 1. & 2.*

Hinc resultat responsio ad id, quod di- 71
cebatur, vt etiam in dispositione conditionali, quandò conditio est casualis, seù mixta, addmittatur retrotractio, vt in *decis. 537. num. 6. & 7. par. 4. recent. & in Romana residui dotis 8. Iunij. 1654. coràm me*; quia cõclusio locũ sibi vindicat, vel in retrotractione obligationis personalis, & hypotecæ, in quibus terminis loquuntur dd. decisiones, vel in retrotractione dominij, facta ab initio illius traditione purè & simplicitèr; secùs autem huiusmodi traditione non secuta, nam tunc sempèr intrat absurdum in dicta vltima decisione huius causæ censideratum, quod eodemmet tempore duo essent Domini eiusdemmet rei, vnus nempè verè, & alter fictè contrà omnes iuris regulas, vt respondent *Marcabrun. cons. 31. nu. 18. & Altograd. d. cons. 13. num. 36. cum seq.*

Neque ad euitandum huiusmodi absur- 72
dum quicquam agit noua illa interpretatio data ab Informantibus prò parte Serenis. Domini Ducis Parmæ, quod scilicèt ab initio duo æquè principalitèr initi fuerunt Contractus, nempè dationis in solutũ fructuum, casu quo nõ euenissent molestię, & venditionis Castri in euentũ molestiarum, vterque expectans declarationem á futuro euentu; secuta autem declaratione per aduentum molestiarum, quod contractus fuerit venditionis, non sit opus prò acquisitione fructuum aliqua retrotractione,

ne,

ne, cum tali casu fructus medio tempore precepti censeantur ab initio debiti iure dominij, præexistente ab initio titulo em-
73 ptionis. Domini enim prò responsine animaduertebāt, quod quicquid sit, vbi á principio absque alterius contractus consideratione facta fuit venditio, vel datio in solutum, sub aliqua conditione extitura, sed cum traditione rei, & actuali translatione dominij. In quibus terminis loquitur *Surd. cons.* 52. *num.* 71. *& cons.* 372. *num.* 15. in proposito casu, quo non fuit à principio translatum, sed immò ab Vrsino reseruatū dominium, & ante venditionē conditionalitèr factam, præcessit alius contractus pignoris purus, & duraturus vsque ad euentum conditionis implendæ per molestias inferendas, obiecta interpretatio locum
74 habere non potest. Ratio differentiæ est, quia primo casu stante traditione rei, & translatione dominij dicitur à principio facta venditio expectans tantum effectum, & confirmationem à futuro euentu implēdæ conditionis, vt declarat *Siluanus conf.* 102. *num.* 39. *&* 40. & idem sentit *Surd. d. conf.* 372. *num.* 16. *vers.* 2. vbi dicit, quod sequuta traditio coloratur á titulo, qui separatur, licèt de præsenti non adsit. In secundó autem casu, ex quo non fuit ab initio contracta venditio cum translatione dominij, sed facta temporalis assignatio fructuum, licèt illa resolubilis in euentum molestiarum, & conuertibilis in contractū venditionis; tamen inde non sequitur, vt venditio ab initio facta dici possit: implicasset enim manifestam contradictionem talis conuentio, si dum agebatur de assignatione in pignus, venditio eiusdem pignoris puré, vel conditionalitèr facta intelligeretur, ad Text. *in l. fin. in princip. C. de contrahend. emption.* & dùm vterque
75 contractus non poterat esse sub dispositione, meritó in vltima decisione, quæ reuidetur sub §. neque dicta firmatum fuit contractum in sui origine fuisse pignoris iuxta naturam temporalis assignationis fructuū, casualitèr veró venditionem à die tamen purificatæ cōditionis absque vlla retrotractione, cum per talem contractum pignoris ab initio celebratum, quæsitum fuerit ius debitori imputandi fructus in sortem, quæ imputatio fructuum medij temporis impedit coniunctionem extremorum, sine quibus dicta retrotractio fieri non potest; *Parisius cons.* 21. *nu.* 29. *lib.* 1. *Curt. Iun. cons.* 76. *n.* 5. *in fine*; *Altograd. d. cons.* 13. *nu.* 25. *cum seqq.*

Hinc patet etiam non aduersari à *text. in l. donationes, quas parentes, C. de donation. intèr vir. & vxor.* super quo scribentes prò Serenissimo Domino Duce Parmæ valdè insistebant. Quia ibi permissa fuit acquisitio fructuum interim perceptorum, eò quia etiam dominium á principio translatum fuerat in Donatarium, licèt translatio illa aliquo tempore occultata fuisset, vt bené *Cutel. de donat. contēplat. matrim. tract.* 1. *dis.* 3. *par.* 6. *ex num.* 23. *Fachin. contr. iur. lib.* 2. *cap.* 73. *vers. ceterū* cōtrariā sententiam, vbi respondet argumentis illorum, qui contrariam sequūtur opinionem. 76

Firmato ex prædictis, quod fructus percepti ante aduentum molestiarum exenauaeriot sortem, consequens est, vt residuum debiti, quod remanebat tempore purificatæ conditionis molestiarum, non posset deseruire prò iusto pretio Castri, & ita intraret pactum *legis Commissoria* à iure semper improbatum in pignoribus, siuè illud conceptum fuerit secudùm formulā *legis Cōmissoria*, siuè secundùm, aliam illi similem, quandó est eiusdem rationis, vt declarat *Text. in l.* 1. & ibi *Bartol. Bald.* & alij *C. de pact. pignor. Couarr. variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 7. *vers. & præterea*; *Mantic. de tacit. & ambig. dict. lib.* 11. *tit.* 11. *num.* 12. & fuit latiùs deductū in vltima decisione. 77

Iniustitia pretij ex eò deducitur, quia admisso etiam, quod prout scribentes prò Serenissimo Domino Duce Parmæ prætendunt, molestiæ illatæ fuissent non de anno 1538. sed de anno 1535. quodque redditus Castri, & ipsi calculari debeant ad rationem ducatorum de Carolenis, adhuc tantùm pretium non videtur iustum, attento etiam tempore earumdem molestiarum: creditum enim Alphonsinæ ducatorum viginti quinque millium de Carolenis redact. ad monetam currentem iuliorum decem prò scuto, non est scut. 21000 prout in decis. per errorem calculi

sup-

ſuppoſitum fuit, ſed tantùm ſcutorum
18750. & ex his ſi detrahantur fructus
percepti vſque ad annum 1635. constituē-
tes ſummam ſcut. 11160. creditum dictæ
Alphonſinæ tempore moleſtiarum redu-
citur tantùmmodò ad ſcut. 7590. valor
autem Caſtri valutati de tempore mole-
ſtiarum ad rationem trium, prout ita va-
lutandum eſſe Domini cenſuerunt iuxtà
æſtimationem aliàs in ſimilibus terminis
factam in vna *Mediolan. rescissionis con-
tractus* 20. Maij 1583. coràm *Blanchet-
to*, erat ſc. 12000. & ita excedebat creditū
Alphonſinæ in ſcut. 4500. circitèr, quod
ſufficit prò inualiditate pacti, de quo agi-
tur: quia non quæritur de pretio ad effe-
78 ctum reſcindēdi cōtractū ex capite læſio-
nis, quo caſu læſio vltra dimidiam requi-
ritur, *Rota coràm Caualerio decis.* 187. *n.* 2.
ſed ad euitandum, ne creditor nimis ſeue-
79 rè, & aſperè ſe gerat ergá debitorem in
cōtractu pignoris, illum cogendo, vt in ali-
quem euentum rem pignoratitiam det
in ſolutum prò pretio minus iuſto, & ita
ſufficit iniuſtitia pretij in notabili ſumma,
*Anton. Perez. in l. final. C. de pignor. act.
num. 7. vers. quamuis igitur, Cald. in l. si
Curatorem, C. de in integr. restit. verb. sua
80 facilitate num.* 103. *col.* 2. *vers. quod pro-
cedit.* Immò ſufficit, quod ſit poſſibile pre-
tium eſſe iniuſtū, vt bene *Modern. Foroli-
uiē. lib.* 4. *quæst.* 123. *n.* 7. *&* 8 § 41. *Leotard.
de vsur. q.* 70. *n.* 57 *& seqq.* cumulat cōcord.
81 Neque in contrarium facit conſilium
Honded. cons. 31. *nu.* 69. *lib.* 1. quia non lo-
quitur in his terminis, ſed in terminis da-
tionis in ſolutum, non conſtituto pigno-
re, ſed ſolùm in caſu moræ faciendæ, ſe-
cùs autem quandó eſt conſtitutum pignus,
vt rectè eum declarant *Modern. Foroliuiē.
d. lib.* 4. *quæst.* 123. *num.* 48. *& seqq.*
82 Sic neque aduerſatur, quod in dicta
*Mediolanen. rescissionis contractus coràm
Blanchetto* ſub die 3. Iun. 1583. firmatū
fuit, quod concurrentibus circumſtantijs,
bona iuriſdictionalia taxati debeant ad ra-
tionem quinque, quia circumſtantiæ in d.
deciſ. ponderatæ, huic caſui non applican-
tur: non enim poteſt vis fieri in diminu-
tione valoris ex cauſa Belli; nám Bellum,
quod ſuperueniſſe prætenditur in Agro
Romano de anno 1527. non concludit
diminutionem de anno 1535. Eoque mi-
nus, dùm non probatur, quod ſignantér in
Territorio huius Caſtri Exercitus hoſtiles
permāſerint, & ſæua ibi exercuerint, bona,
fructuſque deuaſtando, vt ponderauit *Rota
dec.* 65. *num.* 7. *cum seq. & decis.* 78. *num.*
1. *&* 2. *par.* 2. *diuer. Rim. Iun. cons.* 5. *nu.*
128. *& seqq. Menoch. cons.* 817. *num.* 38.
& seq. Gratian. discep. forens. cap. 45. *nu.*
11. *&* 12. *Rota in Assisien. oblationum* 4.
Martij 1652. *vers. non obstat coràm R.P.D.
meo Albergato.*
Minuſque poteſt prætendi diminutio 83
valoris Caſtri propter fideicommiſſum,
cui illud ſubiectum fuiſſe prætenditur;
Quia cum fuerit á debitore promiſſa eui-
ctio Caſtri, & liberatio á moleſtijs, eſto,
quod tale onus ſubſiſteret, non minuiſſet
rei valorem, *Bald. in l. ex his prædijs nu.* 2.
C. de euict. Osasch. decis. 24. *num.* 13. &
in terminis iuſtitiæ prætij, ponderat *Valasc.
cons.* 43. *num.* 5. *Seraph. decis.* 321. *num.*
10. *Rot. apud Modern. Pisaur. de subhast.
decis.* 15. *num.* 2. & fuit dictum in Roma-
ba Læſionis 12. Iunij 1654. corám *R.P.D.
meo Bichio §. prætensio fideicommissi.*
Tantó autem magis viſum fuit impro- 84
bandum huiuſmodi pactū ea animaduer-
ſione, quod moleſtiæ contingere potuiſsēt
in limine completæ ſatisfactionis, quo ca-
ſu certum eſt, quod de iniuſtitia prætij du-
bitari non poſſet, & hoc ſufficit, vt pa-
ctum *legis Commissoriæ* exindè fortius im-
probetur, iuxta doctrinam *Bartol. in l. in-
tèr stipulantem, §. Sacram. n.* 7. *ff. de verb.
oblig. Guidopap. cons.* 81. *num.* 1. *Lancell.
Gall. cons.* 49. *num.* 20. cum alijs in vltima
deciſione allegatis §. *non enim subsistit*,
quibus additur *Rot. in rec. decis.* 730. *nu.*
8. *par.* 3. *recent.*
Dicere neque valet, quod moleſtiæ po- 85
tuiſſent euenire etiam in ipſo initio con-
tractus aſſignationis, quo caſu Alphonſina
debuiſſet recipere Caſtrum valoris longè
inferioris; & ita cùm contractus à princi-
pio æquè potuerit ſe habere ad lucrum, &
damnum, ideò non poſſit exindè argui
iniuſtitia pretij, quámuis euentus damno-
ſus fuerit ad Text *in l. si ea lege C. de vsur.
& l. de fideicomm. C. de transact.* Quia cum 86
pactum

pactum huiuſmodi fuiſſet appoſitum fauore Alphonſinæ creditricis, potuiſſet ipſa dicto pacto renunciare, vel eo non vti, ad trad. per Couarr. in cap. Quamuis pactum, par. 2. §. 2. num. 6. de pact. in 6. Rota coràm Creſcentio deciſ. 4. num. 3. de priuileg. & deciſ. 91. num. 28. par. 6. recent. idque facilius cùm veriſimile ſit, quod tunc temporis reſolutionem cõtractus Alphonſina non acceptaſſet, & ita pactum huiuſmodi nunquàm debitori lucroſum eſſe poterat, quià ſi moleſtiæ minùs congruo tempore contigiſſent, Alphoſina pacto non adſtringebatur: Euentualitas autèm tunc ſuſtinet pactum, quandò æqualitèr ſe habet
87 ad lucrum, & damnum; At vbi procliuius eſt damnum, contractus læſiuus dicitur, licèt vtilitas non eſſet impoſſibilis, vt magiſtralitèr docuit Bald. in l. illud quidem, num. 1. de rer. diuiſ. & conſ. 390. num. 3. lib. 2. vbi quod inſpicitur id quod veriſimilius eſt, nec ex eo, quod aliquandò eueniat contrarium, mutatur iuris diſpoſitio, benè Dec. conſ. 11. num. 5. verſ. ſed. illud arbitratur lib. 1. vbi quod conuentio dicitur
88 pernicioſa, ſi veriſimilitèr ſit futura talis, licèt ſit etiã poſſibilis contrarius euentus. Alex. conſ. 100. nu. 13. lib. 4. Rota deciſ. 365. num. 2. par 4. diuerſ.

Neque prò euitanda dicti pretij iniuſtitia, poteſt vis aliqua fieri in incommodo, & damno, quod Alphonſina ſentiebat, recipiendo minutatim ſolutionem, quam volens vnica vice, ac ſtatim recipere pote-
89 rat: Quià ex dilata ſolutione non poteſt pretium augeri, vel minui vltrà iuſtitiam, Text. eſt in cap. conſuluit de vſuris, & tradunt Lup. in comment. de vſur. in cap. nauiganti, §. 5. num. 116. Azor. inſtit. moral. par. 3. lib. 8. verſ. vis igitur eſt.
90 Minùs iniuſtitia pretij tollitur ex prætẽſione, quod Creditum Alphoſinæ eſſet fructiferum, vel ex æquitate leg. curabit, C. de act. empt. vel ſaltem tanquàm Dotale, & ita fructus medij temporis ex Caſtro percepti, ſint cum dictis fructibus compenſandi.
91 Reſpectu enim diſpoſitionis d. legis curabit, illa applicari non poteſt, quià, vt in vltima deciſione reſponſum fuit, æquitas dictæ legis fauet ſoli Domino rei venditę, eiuſque hæredibus, qualis nõ erat Alphõſina, non autèm Tertio, ſiuè Creditor ſit, ſiuè aliam cauſam habeat á Domino, vt dixit Rota in Romana fructuum Cenſus 16. Nouemb. 1648. coràm. Reuerendiſſimo meo Veroſpio confirmata 1. Februarij 1649. coràm eodem §. neque ſuffragatur.

Reſpectu verò crediti Dotalis, nec illud 92
officit, nam inquantùm attinet ad ducatos 9000. Dotales Catherinæ matris prædefunctæ, nulli debebãtur fructus Alphonſinæ filiæ, & hæredi, vt tradunt communitèr Doctores, & ſignantèr Bartol. in l. & qui naturæ § vſuras in fin. ff ſolut. matrim. Bald. in rubr. C. de vſur. vert. Quarto quæro & in l. fin. §. præterea num. 10. C. de iur. dot. & etiam Canoniſtæ in cap. ſalubriter de vſur. & in ſpecie Innoc. nu. 1. Hoſtien. num. 5. quorum opinionèm ſecuta fuit etiàm Rota coràm Caual. deciſ. 292. num. 1. deciſ. 38. num. 1. par. 5. rec. deciſ. 607. num. 13. & ſequen. par. 8. in Romana Crediti dotalis 13. Martij 1645. coràm Reuerendiſſ. meo Veroſpio, & in d. Romana fructuum Cenſus 16. Nouembris 1648. coràm eodem.

Quo verò ad ducat. 16000. dotis, & 93
anteſati ipſius Alphonſinæ tunc viduæ, nec minùs fructus debebantur, quia ad hunc effectum interpellatio requirebatur, etiam ſi contrà hæredes promiſſoris, præſertim tranſuerſalis, ageretur, vt laté probant Iaſon. in l. quod te num. 35. & ibid: Rip. num. 59. ff. ſi cert. pet. Menoch. conſ. 641. num. 21. Peregrin. conſ. 88. num. 9. lib. 2. Rota coràm. Penia deciſ. 1206. num. 11. cum alijs in vltima deciſione allegatis, quibus adduntur Turret conſ. 43. num. 13. & infrà lib. 3. Ruin. conſ. 221. num. 30. & 40. lib. 1. Rot. in rec. deciſ. 181. num. 3. par. 4. tom. 2. & poſt Fenzon. ad Stat. Vrbis deciſ. 86. §. Quia pluribus; Adeòut nec 94
ſufficiat interpellatio extraiudicialis, vt poſt Turret. firmat. Aldoin. conſ. 82. ſub. n. 10. cum deductis per Surd. deciſ. 341. n. 1. & ſequen. & dùm appareт partes expreſsè cenſiſſe de extinguenda ſorte per aſſignationem fructuum Caſtri, fruſtrà de fructibus dotis hic opponitur, ex adductis in præterita deciſione §. ſic nec qualitas in fine.

Neque obſtat, quod creditum Alphonſinæ

finæ esset tantùm ducatorum 9000. ex causa dotis maternæ, reliqui verò ducati 16000. vnà cum alijs creditis ingentem summam constituentibus spectarent ad DD. de Medicis, ex quo deinde inferebatur, & cum d. creditum Alphonsinæ fuisset satisfactum vsq; de anno 1522. casus vēditionis Castri ex causa molestiarum purificatus fuerit fauore dd. de Medicis, quorum gratia, & vtilitate d. pactum venditionis stipulatum quoquè fuisse prætenditur; & cum creditum dd. de Medicis esset sūmæ longè excenditis valorem Castri, ideò non possit contrà ipsos opponi de iniustitia pretij.

Obiectum enim huiusmodi ex facto corruit; siquidèm creditum Alphonsinæ verè ducatorum 25000. prout in decisionibus hucusque extensis semper firmatum fuit, & probatur ex eo, quod 9000. sunt ex causa dotis maternę, reliqui verò ducati 16000. sunt proprij prò dote, & ante fato, & licèt in Instrumento assignationis appareant descripti huius summæ creditores hæredes Petri de Medicis, Id non euenit, quia rèuera ad Alphonsinam non spectaret huiusmodi creditum, sed quia cum prouenirer ex causa dotis, & antefati, quæ quidèm spectabant ad Alphonsinam, sed

95 debebantur hæredibus Petri eius Viri, isti agere debebant prò exactione dictæ dotis, & antefati, nec Alphonsinæ actio competebat, nisi quatenùs priùs à dd. hæredibus iurium cessionem reportasset, *l. si socer, §. Lucius, ff. solut. matrim. l. si extraneus, ff. de iur. dot, Vincent. de Franc. decis. 33. nu. 1. & 7. & per tot.*

Et hanc ipsam interpretationem comprobat euidentèr ratificatio præcedentis assignationis factæ ab Alphōsina 15. Maij 1504. in qua explicitè acceptauit assignationem fructuum dicti Castri, tám prò dote materna, quā prò dote propria, & antefato, d. summā ducat. 25000. constituen.

Frustrà etiam obijcitur, quod Instru-

96 mentum dictæ ratificationis non sit in forma probanti, quia non deducitur ad effectū illud exequēdi, sed solū prò adminiculo ad effectū eruendi veritatē voluntatis Tradentis, & Recipientium, & sufficit dictū Instrumentum fuisse à partibus obseruatum, vt & Serenifs. D. Dux Parmæ, qui venit ex persona Alphonsinæ, teneatur illi stare, 97 *Gabriel. de regul. iur. conclus. 11. per tot. Surd. cons. 73. num. 34. Baratt. decis. 275. num. 12.* & ibi *Adden. litt. A.* plures allegans concordantes, & *decis. 326. num. 3.*

Deniquè non officit, quod fructus dicti Castri fuerint etiàm assignati Dominis de Medicis prò eorum credito post completam satisfactionem Alphonsinæ, vnde prætendatur, quod prò iudicanda iustitia pretij, sit combinandum vtrumque creditum, 98 quia dicta assignatio apparet facta discretiuè, scilicèt, fructuum Castri S. Angeli Alphonsinæ, fructuum verò Cæsani vnacum Ferreria Castri Galeriæ illis de Medicis, & ita subsequens pactum, quod in euentum molestiarum, censeatur facta venditio ipsis creditoribus, *Respectiuè*, intelligendum est discretiuè singula singulis cōgruè referendo, vt nempè illatis molestijs Alphōsinæ, censeatur illi venditum Castrum S. Angeli prò restanti quantitate sui crediti, Medicis verò Castrum Cæsani, & Galerię prò remanenti suo credito, si illjs paritèr illatæ fuissent molestiæ, *Aymon. cons. 98. num. 11. Rota in rec. decis. 117. num. 3. par. 5.* & in puncto dictionis, *Respectiuè, Gratian. discep. forens. cap. 627. num. 36. Rota coràm Caual. decis. 581. num. 3. coràm fan. mem. Greg. XV. decis. 297. num. 9. in rec. decis. 182. num. 2. par. 6. decis. 410. à num. 15. par. 8. & decis. 232. num. 28. post. Zach. de oblig. Camer.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

Vidisti, autèm, vt suppono, Amantissime Lector, quæ hinc indè in diuersis temporibus in hac famigeratissima causa S. Rota Romana Sensit, Ideò Te Admonitum velim, multùm conferre illud vulgatum dictum,

Habent sua sydera etiam Lites.

*
***
*

Kk AR-

ARGVMENTVM

An Principi liceat, ad euitandas calumnias, grauare allodiales Vassalos gabellis, secundùm publicæ necessitatis occurrentiam, & àn Principi, aùt Regi dicenti, sè esse constitutum in necessitate imponendi gabellas, ad effectum Religionem Christianam defendendi, seú prò conseruatione Status, credi debeat, & án concessione facta per Regem alicui personæ de aliqua re ad regaliam pertinente, possit supèr eadem re absq; eiusdem Regis assensù imponi census, latè discutitur cùm opinione Rotæ Romanæ.

SVMMARIVM.



Vassalli allodiales solùm Deum recognoscunt superiorem, & ideò non possunt grauari gabellis. num. 1.

Vassalli allodiales tenentur contribuere Domino secundùm publicæ necessitatis occurrentiam. num. 2.

Princeps, sine distinctione Vassallorum, potest imponere gabellas de iure, & ad ipsum solùm hæc authoritas spectat. nu. 3.

Aliquandò requiritur consensus Populi ad imponendam gabellam. num. 4.

Declaratur propositio sub. num. 5. & 6.

Vniuersitati àn liceat imponere collectam, absq; vsurpatione facultatis imponendi gabellas, soli Principi licitas, & in quo differant gabella, & collecta, remissiuè. nu. 7.

An Regi asserenti, se esse constitutum in necessitate, siuè prò deffendenda Religione Christiana, siuè p rò conseruatione Status, siuè prò manutentione Regni, aut bello in Regno, aùt extra Regnum existente, credi debeat, affirmatiuè concluditur. nu. 8.

Reijcitur doctrina Thomæ del Bene, contrariam opinionem sustinentis. num. 9.

Rex, nō conuocato parlomento, de iure cōmuni potest Subditos grauare oneribus ob occurrentem necessitatem. num. 10.

Quinimò expirata dicta necessitate, & noua vrgente, adhuc eadem onera continuare posset. num 11.

Et de ratione. num. 12.

Necessitate cessante, cessat impositum. nu. 13.

Regula cessante causa, cessat effectus, nō habet locum in grauiori superueniente, vel afferente vtilitatem. num. 14.

Datur ratio rationis num. 15 & quid si causa cessauerit tātū in specie, & non in genere, num. 16. & àn fraudans vectigal Principi teneatur in foro coscientiæ, & peccet mortalitèr & quid in fraudante Gabellas in dictas ab inferiori Principis, remissiuè ibidem.

Author consultus prò veritate supèr tertio articulo respondit secundū opinionem Rotæ Romanæ num. 16.

Immissio ex vtili Saluiano Interdicto denegatur non habenti hypothecam. num. 17.

Officia habentia iurisdictionem, idest annexā administrationem iustitiæ, quæq; sunt de regalibus Principis, àn alienari, & hypothecari possint absq; Principis assensù num. 18. & 60. 70.

Officium Cursoris maioris in Vrbe, concessum DD. de Tassis á Rege Catholico, est de regalibus Principis. nu. 19., & 73.

Præfectura Cursoris Regis Catholici in Vrbe, cum non nisi ex speciali Regis concessione obtineri possit, non est de sui natura transmissibilis ad hæredes, nec versatur circà simplicem locationem equorum, & perceptionem emolumentorum litterarum, sed maxima est qualitatis, & confidentiæ, num. 20. & 74.

Dominiū officiorū Regaliū sēper penès remanet Principē, & sola administratio, ac titulus in concessionarium transfertur. nu. 21.

Officijs, quæ vendi, vel ad hæredes transmitti permissum est, adhæret text. in l. fin. C. de pignor. *num. 22.*

Legitima imputatio ad facultatem hypothecandi, & alienandi, non potest inferri, cum etiam imputatio fiat tantùm respectū æstimationis, quatenùs contingeret officium alienari, num. 23.

Fructus recipiunt hypothecam, & commoditatem percipiendi, quandò considerantur vti separati, vel separandi à fundo, aut officio. num. 24. & 87.

Fructus dicuntur separati, vel separandi à fundo, siuè officio, sequuta morte debitoris, per quam eius ius expirat. num. 25.

Fructus alicuius rei obtenta ex pacto, & prouidentia,

nidentio, potiuntur hypothecam, & commoditatem percipiendi, eum habeantur prò separatis, seù separandis à re. num. 26.

Concessio officij quandò est hæreditaria, vbi succedi nequit, nisi vti hæres, creditoribus defuncti competit actio super fructibus, & commoditate illos percipiendi, ac si defunctus viueret. num. 27. &

Hæres tenetur ad onera hæreditatis, in qua Testator representatiuè viuere censetur. num. 28.

Hæres non tenetur ad onera hæreditaria, si concessio alicuius rei est facta prò vno ex filijs, seù persona nominanda absq; expressione hæredis. num. 29.

Fructus rei obtentæ à primo acquirente titulo oneroso, ipse dum viuit, se perpetuò obligare potest in præiudicium successorum. num. 30.

Filijs deficit ius, quādo officiū ex contractu, siuè gratia Principis acquisitum fuit à patre ex proprijs pecunijs num. 31.

Officium non recipit hypothecam, quæ à primo acquirente ex causa onerosa in præiudicium successorum constitui non valet sine Principis assensù. num. 32.

Officium strictius est feudo, ideò intèr se differunt. num. 33.

Concessio vltima alicuius rei prò descendentibus obtenta, àn sit præiudicialis prima concessa alicui ex causa onerosa, seù Remuneratoria. num. 34.

Titulus onerosus non datur, vbi redditus officij non æquiualent valori eiusdem, sed vltrò excedunt. num. 35. & 83.

Cēsus cū licētia Regis impositus super officio, nunquā extinctus, debet extingui, ac fructus eiusdē solui à successoribus in officio, in euentum deuolutionis, cùm adhuc dicatur permanere, & spectare ad ipsum Regem. num. 36. & 84.

Titulus onerosus officij non censetur acquisitus, nisi soluto precio de proprio, adsitq; patrimonij quòad sortem principalem diminutio. num. 37.

Cōcessio Officij loquens de successoribus in eo, ac de descendentibus, & consanguineis, nō denotat successionem hæreditariam, sed rei, ac sanguinis. num. 38.

Officium vigore facultatis supponi potest à primo acquirente maioratus, fauore agnatorum, & cognatorum, non verò extraneorum. num. 39.

Obligatio defuncti, quandò noceat successoribus. num. 40.

Facultas restricta ad fauorem descendentiū, agnatorum, & cognatorum prò conseruatione officij in familia, non extendit vinculum ad fauorem extraneorum. nu. 41.

Et ità excludit potestatem alienationis eiusdē officij extra familiam. num. 42.

Hypotheca repugnant conseruationi alicuius rei in familia, & per eas deuenitur ad alienationem. num. 43.

Feudum concessum cum facultate alienationis non, recipit facultatem hypotheca. num. 44.

Verbum, teneantur, *collatum in vocatos, non ipsis, qui cogi nequeunt inuiti successionē acceptare, sed primo acquirēti, imponit necessitatem, & trāsuersales nominādi n: 45.*

Successores nominandi ex necessitate, dicuntur habere officium à Rege, & non à primo acquirente institutore maioratus n. 46.

Ratio affertur ibid.

Successores mediante nominatione facienda à primo acquirente inuestiuntur in officio à Rege, ideò non tenentur ad debita prædecessoris. num. 47.

Limitatur. num. 48.

Ratio limitationis assignatur. num. 49.

Concessio non demonstratur hæreditaria, siuè hypothecabilis si primus acquirens voluerit hypothecare officium, & qui assensū Regis requisiuit, & obtinuit. nu. 50.

Successores in officio absque Regis assensu nō possunt grauari à Testatore prò soluendis eius debitis super eodem. num. 51.

Notario stipulante prò successoribus, vbi instituitur primogenitura super officio, àn in eo addi possit aliquod onus in testamento posteà condito, & àn sit alienabile, vel diuisibile. num. 52.

Maioratū institutū ex facultate Regia, qui irreuocabilē facere cupit, promittat illū perpetuò firmū habere, ac nūquā reuocare, n. 53.

Officium, dum est hæreditarium, agiturq; de præiudicio creditorum hypothecam ante primogenituram habentium, debitor non potest eis præiudicare, præueniendo nominationem per actū intèr viuos, & quid de fructibus. num. 54.

Kk 2 Pri-

Primogenitura erigenda facultas suffragatur, præcedente tantùm eiusdem concessione, quæ solo verbo Principis perficitur, etiã ante expeditionem litterarum. num. 55.

Confessio obtinentis primogenituram, cum sit verisimilis, eiusq; tenor correspondeat literis postmodum expeditis, est magni momenti, etiam in præiudicium tertij, & quandò contrarium. num. 56.

Successor in maioratu tenetur ad debita institutoris contracta antè illius erectionem num. 57.

Hypotheca cadit in bonis proprij patrimonij, non autem in illis, quæ magis Principis censentur, & in quibus Principis licentia requiritur. num. 58.

Declaratur decisio in Romana Dotis 22. Iunij. 1646. coràm Eminentiss. Otthobono. num. 59.

Officium Præfecti cursorum non habet administrationem iustitiæ. num. 61.

Officio à Rege concesso, donèc aliquis vixerit, ac deinde perpetuò prorogato in successoribus, vtraq; concessio remuneratoria est, attenta specifica expressione Regis. nu. 62.

Miles quicquid habet vltra stipendium in recognitionem laboris, & seruitij, refertur ad Principis liberalitatem. num. 63.

Milites habent rationem de congruo, cum congruum sit, vt Principis munificientia eos diuturno, eximioq; seruitio benemeritos amplectatur. num. 64.

Donatio facta ob merita donatarij est onerosa, & sic primus acquirens potest cæteris vocatis præiudicare. num. 65.

Imponens censũ facit pecunias proprias proueniẽtes ex eodem contractũ censuali. nu. 66.

Imponẽs censum super officio, & pecunias eiusdem soluens Domino directo officij, dicitur soluisse de proprio, propriumq; patrimonium minuisse. num. 67.

Concessione officij facto ad vitam vnius, posteàq; adhuc eo viuẽte prorogata in eiusdem descendentibus, àn dicatur possideri vigore primæ, àn vero secundæ. num. 68.

Fructus officij hypothecantur absq; Principis assensu. num. 69.

Officia hæreditaria sunt hypothecabilia n. 71.

Officia Romanæ Curiæ existentia in libero commercio, inalienatione requirunt Principis licentiam. num. 72.

Officium Præfecti Cursorum Vrbis prò Rege Hyspaniarum, conceditur dumtaxàt personæ nobili, diciturq; concessum in feudum. num. 75.

Quinimmò istud officium alienari non valet, sed locari eiusdem actus, & redditus. n. 76.

Concessio officiorum Regalium transit in naturam feudi, quibuscunq; verbis fiat. n. 77.

Officia regalia penès Regem, desinunt esse regalia penès concessionarium. nu. 78.

Officia regalia concessa in allodium, & nullam habentia spem reuersionis ad Principem, alienari possunt sine eius assensu. num. 79.

Officium semper habetur concessum cum sua propria natura. num. 80.

Officium perpetuatum est illud idem à principio obtentum. num. 81.

Officium acquisitum ex causa, & gratia, differt in esse vtriusq; num. 82.

Patrimoniũ nõ diminuitur per obligationẽ, & non nisi sequatur solutio. num. 85.

Pecunia soluta non in vtilitatem concedentis officium, nulla ratio valet cõtra ipsum concedente m. num. 86.

Successor in officio non hæreditario, habito ex liberalitate Regis, ex eadem facit fructus suos, nec tenetur ad debita primi acquirentis. num. 88.

Primogenitura erigenda super officio, à primo acquirente petita, & à Rege concessa, non licere primo acquirenti de eadem disponere in præiudicium successorum. numer. 89.

Fallit. num. 90

Rescripta derogatoria semper solent derogare vinculo primogenituræ. num. 91.

Hypotheca facultas imponendæ super officio, & fructibus, intelligitur concessa quòad dominium Regis, obstatiuum creationi eiusdem absq; eius assensu. num. 92.

Officia etiam inalienabilia subhastantur ad fauorem creditorum, accedente Principis indulgentia. num. 93.



§. VI.

§. VIGESIMVSSEPTIMVS.

1 LICET Vaſſalli allodiales
ſolúm Deum recognoſcāt
ſuperiorem, á nemineq;
grauari poſſint. *iux. Bald.*
doctr. in cap. 1. §. intèr
filiam num. 1. & ibid. Af-
flict. num. 15. tit. ſi de feudo fuerit contro-
uerſ. intèr Domin. & Agnat. attamèn poſſe
2 Vaſſallos allodiales abſq; Principis calum-
nia gabellis grauari, ſecundùm publicæ
neceſſitatis occurrentiam, tenuere *Afflict.*
in conſti. quamplurim. tit. de adiut. exigen.
ab homnib. num. 29. & 30. Boer. deciſ.
126. num. 1. & per tot. & 127. num. 18.
Vrſill. ad Afflict. dec. 265. nu. 57. & ra-
tio eſt, quia Princeps ſinè deſtinctione
3 Vaſſallorum poteſt imponere gabellas, *l.*
non ſolent, & ibi Bald & Salycet. C. vecti-
gal. nou. inſtit. non poſſe, Capyc. decis. 148.
num. 4. & per tot. Rouit. ſupèr pragm. tit.
de vectigal. in rubr. num. 22. ex quo ad
ſolum Principem vectigalis imponendi au-
thoritas pertinet, *ad text. in l. vnica C. de*
ſuperind. lib. 10. & ibi Bartol. & Bald. in
2. lectur. Rebuff. de conſuetudin. Burgund.
tit. de iuſt. seù iuriſdict. §. 4. nu. 11. verſ.
& iſtud ius. fol. 130. Gloſ. in cap. generali
verbo regalia de elect. in 6. & nouiſſimè
ad materiam Latè *D. Franc. de Alphar. tract.*
de offic. Fiſcal. Glos. 20 §. 3. tit. de vecti-
4 *gal. vbi latè præſertim à nu. 55.* Ità quod,
& Principis authoritas non diminuatur ex
eo, quod aliquandò requiratur Vaſſalli
conſenſus, *iuxt. text. in cap. Apoſtolus §.*
prohibemus extr. de cenſib. ibi, *moderatum*
5 *ab eis valeat auxilium poſtulare*, in nihilò
obſtante, quod inferunt. DD. ex Præfa-
to textù, neceſſariam eſſe voluntatem
Vaſſalli, *Io. Andr. ibid. & Prapoſ. in proam.*
feudor. col. 23. Innocen. in cap. 1. num. 2.
verſ. moderatum auxilium deſtat. Mona-
chor. Rebuff. vbi ſupr. § 4. num 12. ex quo
tædere deſtinctionis prærcitata controuer-
6 ſia per DD. conciliatur, quod aùt gabella
imponitur ex neceſſitate publica, & tunc
non requiritur Vaſſalli conſenſus, cùm
hoc ſolùm ſpectet ad Principem, *ad notat.*
per DD. in l. comperit. 6. C. de praſcript. 30.
vel 40. vbi Bart. num. 1. Bald. in 1. & 2.
lectur. vtrobiq; num. 1. Salyc. num. 2. verſ.
& eſt ratio, quos ſequitur. *Anaſtaſ. Germō.*
de Sacror. Immunit. tom. 1. lib. 3. cap. 19.
num. 7. Aùt verò eſt impoſitio voluntaria,
& ſine neceſſitate, & tunc requiritur cō-
ſenſus Populi, quam diſtinctionem accepi
ab *Vlpian. in l. munus propriè 214. de verb.*
ſignif. quam ſequuti ſunt *Guidopap. decis.*
371. num. 4 & Rebuff. vbi proxim. nu. 6.
& nouiſſimè omnibus iſtis reportatis, com-
probat. *D. Greg. de Ganauer. in ſuis decis:*
Camer. Neap. dec. 15. à num. 48. vsq; ad
54. qui in ſubſequenti *deciſione XVI.*
agitat multas quæſtiones, & præcipuè 7
quandò Vniuerſitati liceat imponere col-
lectam, abſque vſurpatione facultatis im-
ponendi gabellas ſoli Principi licitas, &
in quo differant gabella, & collecta.

Ex quibus prouenit reſolutio ad aliam
quæſtionem, àn Regi, aſſerenti, ſe eſſe con-
ſtitutum in neceſſitate, ſiuè prò defendē- 8
da Religione Chriſtiana,, ſiuè prò con-
ſeruatione Status, ſiuè prò manutentione
Regni, aùt in Regno, aùt extrà Regnum
bello exiſtente, credi debeat, videantur af-
firmatiuam concludentes opinionem *Bald.*
cons. 326. num. 10. vers. item omnes Reges
mundi, quem ſequitur *Afflict. in cap. 1.*
tit. qui Succeſſor. tenean. num. 78. Roland.
conſ. 1. num. 193. Menoch. conſ. 100. à n.
26. & in fin. Montan. in l. imperialem §.
firmitèr à num. 35. & ſeqq. tit. de prohibit.
feud. alienat. per Federic. Regēs de Ponte cōs.
15. num. 11. lib. 2. Regen. Sanfelic. in ſua
disput. vnic. impreſſ. poſt. 1. tom. deciſ. de
donatiu. tempore belli per tot. & hanc opi-
nionem, vt inconcuſſam, agnouit *german.*
frat. recolen. mem. Franc. Censal. in obſeru.
ad Peregr. de fideicomm. in vlt. impreſſ. Ve-
neta art. 52. fol. 352. col. 1. vers. 6. eſt aſ-
ſertio, qui mordicús inuehit contrà *doct.*
Thomæ del Bene in ſuo tract. de comit. & 9
parlamen. dubit. 2. sect. 1. aſſerentis, quòd
ſi Rex in parlamenti cōuocatione atteſte-
tur, quod ſit in neceſſitate ad ſubuenien-
dum ſibi vel bono communi, in dubio
non ſit credendus à Parlamentarijs, ſiuè
Conſiliarijs, remotis adminiculis, vel con-
iecturis; & luce clariùs demonſtrat, non
ſolúm dictam opinionem eſſe erroneam,
ſed à grauiſſimis Theologis, & Canoni-
ſtis,

ftis, atque DD. reiectam, vt quiá Principis assertioni omninò sit standum circà necessitatem publicam; vidé ergò eum quià nil ampliùs desiderari potest in præfata quæstione dispungenda.

10 Vltrà quàm quod Rex spectato iure cõmuni sine conuocatione Parlamenti, siuè Senatus prò occurrenti necessitate potest imponere Subditis tributum, siué gabellas, ex *Glos. in rubric. C. de super indic. lib. 12. Thomas. Minandos. in repet. constit. in aliquibus in verb. Comitum, & Baronum nu. 59. & seq. Menchaca lib. 1. controuers. Illustr. cap. 23. Parlador. lib. 5. rer. quotidian. cap. 3. in princ. num. 8. Bolognett. cons. 1.*

11 vbi plura ad materiam; Immò, & quod magis est, quod possit Rex sine noua concessione, continuare exactionem gabellæ, siuè tributi prò aliqua necessitate Regni impositi, quæ necessitas esset finita; si aliæ, vel grauiores causæ Regi occurrant, ex quibus esset rationabilitèr iterùm gabella imponenda, ità in puncto *Io. Medina in sua summa de restitut. quæst. 14. vers.* quandò tertio arguebantur, *& Anton de Cordub. in sua summa quæst. 95. Ignat. Carrà, & Molin. in tract. de decim. seu Alcaualà in præfat. num. 26. Io. Nauarr. Valentin. in sua disputat. de vectigalib. cap. 8.* & ratio est, quià

12 licèt cessauerit illa necessitas, propter quã fuit tributum datum, loco ipsius subintrat vtilitas Regis, quæ loco necessitatis succedit, *cap. sunt nonnulli in fin. 16. quæst. 1.*

13 & sic intrare oppositum regulæ, quod necessitate cessante, non cessat impositum, *ex Glos. in cap. argumentum de reg. iur. in 6. Archidiac. in cap. statuimus num. 3. & in cap. Neophitus num. 4. in fin. distinct. 61. Decian. cons. 41. num. 78. lib. 2.* qui respõdet contrarijs, nempè *Natta cons. 380. & Corsetto de potestat. Regi. quæst. 49.* & cum eadem responsione satisfit *Rolando cons. 91. lib. 2. num. 16. & Purpurat. cons. 327. n. 12.* qui idem voluit, quod *Natta, & alij sequaces,* qui simplicitèr innituntur regulæ,

14 quod cessante causa, cesset effectus, quæ regula duplicitér limitatur. Primò nisi alia causa superueniat grauior prima, quiá ex ea sustinetur, & continuatur impositum. *Diuus Thomas lib. 2. de regimine Principum cap. 12. Belluga in speculo princip. rubric. 45. §. post grauamen. nouissimè Donat. Anton. de Marinis quotid. resol. resolut. 156. per tot. & 157. qui loquitur in terminis.* Secundò limitatur, nisi remaneat causa vtilitatis Principis, cum necessitas prò vtilitate exponatur. *l. 1. ff. de negot. gest., & per Dec. in rub. de constit. in prim. lectur. col. antepenultima vers. 10.* quam limitationẽ valdè extollit *Decian vbi suprà,* & ratio rationis est, quiá regale patrimonium, Subditorum tributis sustinendum est, *Sotus lib. 3. de iust. & iur. quæst. 3. art. 7. Alphons. à Castr. de l. penal. lib. 1. cap. 11. & per Afflict. in rubric. quæ sint regalia col. 12.* qui multa ad propositum adducit, *Paris cons. 68. col. 3. lib. 1. Curt. Iun. cons. 61. col. 6. incipien. habita &c.* Verùm Animaduertendum est, quod si vectigal, quod 15 fuit impositum proptèr iustam causam, si tamen postmodùm causa cessauerit tàm in genere, quàm in specie, iniqua in posterũ 16 dicetur exactio, *Alphonsus de Castro lib. 1. de leg. pan. cap. 5. docum. 3. Corduba de casib. conscien. quæst. 95. dubit. 2. Abb. in cap. quià plerisq; de Immun. Ecclesiast. Salon. de vectigal. controu. 5. tom. 2.*

Si veró cessauerit in specie tantũm illa prima causa, & tunc poterit iustè exigi. *Molin. disput. 667. num. 6. de tribut.* & quomodò suprá dicta procedant, videas *Diuum Thomam lib. 2. de regimin. princip. cap. 12. Salon. de vectigal. controuers. 7. tom. 2. Summã Angelicam verbo pedagium nu. 6. Syluestrin. verbo gabell. cap. 3 quæst. 6. Tabien. in verbo pedagium num. 8.*

Et án fraudans vectigal Principi debitũ teneatur in foro cõscientiæ, & pecet mortalitér, videndus *D Franc. de Alphar. tract. de offic. fisc. Glos. 20. §. 3. præsertim à n. 56. & sub n. 59. 61.* vbi Quod vectigal impositum ab inferiori Principis sine dubio fraudati possit, *& sub num. 57.* quod iure naturali vectigal debeatur Regi, vbi laté quænám onera Princeps ferat ad effectum imponendi gabellas & vectigalia.

His itáque absoletis consultus prò veritate, scilicet àn Princeps concedens alicui aliquod officium, habens annexam iurisdictionem, possit supèr illo officio Concessionarius imponere aliquod onus, videlicèt, censum, hypothecam, & similia, &c. nul-

nullo assensú regio impetrato, & cúm præfatam quæstionem validissimé exagitatam perspexerim per binas decisiones emanatas in Sacro Romano Auditorio corám recolen. mem. *Bichio*, vnam scilicét æditam sub die 27. Iunij. 1653. Alteram veró 8. Iunij. 1654. respondi secúndum eas, quæ cúm ad materiam de officijs habentibus annexam iurisdictionem, quæq; á solis Principibus conceduntur, & quiá extra terminos nostræ legis non diuagantur, hic imprimandas curaui.

DECISIO S. ROTÆ ROMANÆ,

Corám Bon. Mem. Bichio
Veneris 27. Iunij 1653.

Fuisse á q. Marchione Antonio seniore de Taffis recognitam bonam fidem census scutorum 10. mil. in sorte principali de anno 1590. imposit. ab Alexandro Gottifredo, & venditi q. Nicolao seniori de Gauottis; nec non tunc temporis possessum ab eodem Antonio officium Præfecti Cursorum pró Rege Catholico in Vrbe Roma, quod hodié possidet Dominus Marchio
17 Antonius iunior de Taffis, nemo dubitanit; sed immissionem ex vtili Saluiano Interdicto pró fructibus dicti Census in possessionem officij huiusmodi peritam á fratribus de Gauottis Nicolai hæredibus denegandam esse Rota censuit ex defectu hypothecæ ad hunc effectum necessariæ, *l. 1. ff. de Saluian. interd. §. item seruiana. Inst. de act. Duran. decis. 327. num.* 1. resistente natura officij illius creationi sine licentia Regis.

18 Quicquid enim sit de distinctione intér officia habentia iurisdictionem, seu respicientia administrationem iustitiæ, nec né, quorum primam speciem esse de regalibus Principis, alteram nequaquám de Iure Communi, ac propterea circumscriptis particularibus Constitutionibus, quales adsunt in Regno Neapolis, alienari, & hypothecari posse absque Principis assensu, tradunt *Doctores allegati à Io. Franc. à Pōt. decis.* 16. *num.* 26. *vers. quæ verò non habent iurisdictionem, & num.* 32. *decis.* 37. *num.* 13. *& 17. vers. hæc officia*, vbi loquitur in specie de offic. Magistri Pastorum, & Præfecti Cursorum. *Ronis. decis.* 45. *nu.* 6. *Moder. Neapolis. in tract. de regal. tit. de regalib. offic. sub num.* 63. *Moder. Scalensis ium. resolut. foren.* 100. *num.* 43. *& seqq. alter Moder. Neapolit. contr. forens. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 26.

19 In puncto similis officij Cursoris maioris concessi alijs de familia DD. de Taffis tradit illud esse de regalibus Principis *Larr. allegat. fiscal.* 50. *num.* 14. quiá non nisi
20 ex speciali Regis concessione obtineri potest, non est de sui natura transmissibile ad hæredes, nec versatur circá simplicem locationem equorum, ac perceptionem emolumentorum ex litteris prouenientiū, in quibus terminis loquitur *à Ponte in exaduerso alleg. dec.* 37. *sub num.* 17. sed maximæ est qualitatis, & confidentiæ, vt in terminis officij Cursoris maioris ait idem *à Ponte decis.* 28. *num.* 45. *&* 48. & per consequens non secús, ac alia regalia, absq; Principis assensu hypothecam non recipit, eo quod officiorum Regalium dominium semper remanet penés Principem, 21
& sola administratio, ac titulus in Concessionarium trasfertur, *§ optimum. Auth. de exhiben. reis. Mastrill. de magist. lib.* 1. *cap.* 13 *n.* 21. *Grat. discep* 50. *n.* 27. *&* 28. *à Ponte d. dec.* 28 *n.* 56. *& sub num.* 57. *vers. sed adnertatur*, vbi quod *text. in l. fin. C. de pignor.* loquitur de officijs, quæ vendi, vel ad hæredes transmitti permissum est, *Capyc. Latr. decis.* 6. *num.* 26. *&* 27. vbi addit, quod in 22
eisdem terminis in ea parte, qua hypothecam concedit, intelligendus est *text. in d. § optimum, Seraph. decis.* 1294. *num.* 4. *ac trib. seqq.* vbi quod non potest inferri ab 23
imputatione in legitimam ad facultatem hypothecandi, & alienandi, & quod etiā imputatio fit tātúm respectu æstimationis, quatenús contingeret officium alienari *Mart. vot.* 40. *num.* 7. *Rot. decis.* 116. *nu.* 12. *par.* 4. *tom.* 2. *recen. cum alijs alleg. à Merlin. de pignor. lib.* 2. *quæst.* 14. *num.* 17. *& seqq.*

Quodqué dici solet cadere hypothecā 24
saltem supér fructibus, & commoditate illos percipiendi, eo quod consideratur tan-

tanquám ſeparati, vel ſeparandi á fundo,
vel officio, Ant. Capyc. decis. 51. nu. 11.
vers. tamen in cessione. Capyc. Latro decis.
26. num. 7. & 8. Rot. decis. 336. num. 3.
par. 4 diuer. decis. 116. num. 13. & seqq.
part. 4. tom. 2. rec. decis. 403. num. 8. & 9.
apud Cenc. de censib. & in Romana Saluta-
niani 27. Iunij 1650. §. fin. coràm Reueren-
25 diss. meo Meltio. Nullatenus procedit poſt
mortem debitoris, per quam omne ius, eti-
àm in fructibus expirauit ad text. in l. lex
vectigali ff. de pignor. Duran. decis. 445.
num. 30. Merlin. in terminis vſufructuarij
decis. 748. num. 2., in terminis emphyteu-
ſis Baratt. decis. 749 num. 26. & 32. idem
Merlin. decis. 645. num. 1. & 2. Rot. decis.
238. sub num. 8. vers. minus obstat apud
Zacch. de oblig. camer. in puncto à Ponte d.
decis. 28. sub num. 26. vers. ex his.

Et quàmuis in d. decis. 238. num. 9. &
10. apud Zacch. de obligat. camer. declare-
tur id procedere, quandò verſamur in con-
26 ceſſione ex pacto, & prouidentia, ſecùs ſi
conceſſio, vel eſt hæreditaria, quiá vbi Suc-
ceſſor officium habere non poteſt, niſi tã-
27 quám hæreditarium, creditoribus defun-
cti competit actio ſuper fructibus, & com-
moditate illos percipiendi, ac ſi defunctus
viueret, cúm viuere cenſeatur repreſenta-
28 tiué in perſona hæredis, qui tenetur ad
onera hæreditatis, vt in terminis officij
29 Rouit. cons. 104. num. 7. & 9. vbi quod
contraria procedunt, quandò conceſſio eſt
facta pró vno ex filijs, ſeú perſona nomi-
nanda, abſque expreſſione hæredis, & num.
15. in fin. cons. 106. sub num. 11. & 12.
lib. 2. Nuguerol. alleg. 19. sub num. 52. Re-
uerter. decis. 56. num. 11. & seqq. impress.
apud Rouit post. d. cons. 106. Capyc. Latr.
decis. 6. num. 20. & 24. & decis. 26. sub nu.
16. & seqq. vbi ſignanter num. 18. ponde-
rat, quod licét in perſona hæredis offici-
um dicatur nouum, tamen tranſit cum
qualitate hæreditaria, alioſque refert Mo-
der. Neapolit. de regalib tit. de regal. officior.
num. 12. & 26. & num. 43. vers. nec huic.
30 Vel eſt obtenta titulo oneroſo, nám
tùnc Primus acquirens poteſt fructus rei
nè dum eius vita durante, ſed etiã in per-
petuum, obligare in præiudicium ſucceſſo-
rum, Guttier. canon. quæst. lib. 2. cap. 5.
num. 47. Facchin. contr. iur. lib. 7. cap. 8. 31
vers. & ideo illud, ſubdens, quod ius patris
ex pecunia proueniens, extinguit omne ius,
quod poſſet competere filijs ex contractu,
vel gratia Principis, eumque ſequitur Rot.
decis. 741. num. 7. allegando plures deci-
ſiones concordantes, & aſſerendo, quod
Rota hanc opinionem conſtantèr emple-
xa fuit part. 4. tom. 3. recent. Nuguerol. in
puncto officij Curſoratus alleg. 19. num.
45. Capyc. Latr. decis. 6. num. 25. decis.
70. sub num. 45. vbi loquitur de conceſſio-
ne facta ob merita Conceſſionarij, & in
puncto officij, de quo agitur, Rot. in Rom.
dotis 22. Iunij 1646. §. 1. & seqq. coràm
Eminentiss. D. Card. Otthobono, Quicquid 32
ſit reſpectu hypothecæ ſuper ipſo officio,
quam nec á Primo acquirente ex cauſa
oneroſa in præiudicium ſucceſſorum con-
ſtitui poſſe ſine Principis aſſenſu, tenent
Isern. Frecc. Clar. Mastril. & alij plures al-
legati à Capyc. Latr. d. decis. 70. num. 42.
Reg. Galeot. de alienat. & success. official.
regal. cons. vnico n. 13. cum num. 133. &
seqq. & ſignantèr num. 136. ait in hoc dif- 33
ferre officium á feudo, quiá ſtrictius in illo,
quám in feudo proceditur, redditque ra-
tionem num. 137 & 139.

Neutrum applicatur caſui noſtro, non
inquam titulus oneroſus, quià, & ſi vltima
conceſſio perpetuatiua officij in Antonio
ſeniore, Simone eius filio, eorumque fami-
lia, exprimat militaria ſeruitia ab eodem
Antonio præſtita Regi, ac promiſſionem
ſcutorum 50. mil., tamen reſpectu ſeruitij
militaris remuneratio Regia iám præceſ-
ſerat, mediante primæ conceſſionis perſo-
nalis in Antonio ad vitam Simonis dictorũ
ſeruitiorum intuitu prorogatione. pró qua
obtinenda Antonius vltro impenderat in
itinere, ſollicitationibus, & alijs ſimilibus
ſcuta decem millia prouenientia ex cenſu
Dominorum de Ganottis, quæ prorogatio, 34
ſicuti non profuit alijs deſcendentibus,
quià morte Simonis expirauit, ita nec in
eorum præiudicium ius aliquod tribuit di-
ctis cenſuarijs, quámuis ea fuiſſet cauſa,
vt deindé vltima conceſſio prò deſcen-
dentibus obtineretur, vt in puncto Rouit
cons. 43. nu. 10. & 11. lib. 2. Gamm. dec.
Lusitan. 229. sub n. 3. vers. bis nõ obstãtibus.
Reſ-

35 Respectu verò promissionis scut. 50.
mil. quæ verè vna cum Regia munificen-
tia fuit causa finalis perpetuationis officij,
non resultat titulus onerosus; túm quiá ta-
lis promissio valori officij annui redditus
scut. 14. mil. circitèr, ex datis in *Summ. D.*
Marchionis nu. 7. & 8. non æquiualet, vt
ad hunc effectum oportet, *Bald. in prælud.*
feudor. num. 11. Soccin. sen. cons. 4 num.
6. vers. quinimò, Baldus *lib. 3. Roland. cons.*
13. num. 11. & seqq. lib. 3. Boss. in prax:
tit. de Principe num. 323. vers. est igitur ne-
cesse. Peregr. de iur. fisci lib. 1. tit. 3. num.
29. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 74. num.
5. in fin. Merlin. decis. 86. num. 16. & in
fortioribus terminis de concessione facta
intuitu meritorum, *Socc. d. cons. 4. num. 4.*
& 5. Roland. cons. 23. num. 29. lib. 1. Boss.
ibid. num. 152. Gamm. decis. 29. sub num.
1. col. 2. vers. & habita, *Merlin. decis.*
756. num. 6.

36 Túm etiam quià cùm dicta scuta 50.
mil. Antonius senior soluerit ex pecunijs
retractis ab alio censu cum licentia Regis
imposito super hoc ipso officio, quem nū-
quám extinxit, quemqué extinguendi, &
eius fructus interim soluendi onus succes-
soribus in officio, & in casum deuolutionis,
quatenùs prius extinctus non fuisset, ipsi
Regi ob assensum impositioni simplici-
tèr præstitum incumbit, *Cyriac. contr. 440.*
num. 16. & 17. Nugnerol. allegat. 33. num.
8. Rot. decis. 86. num. 39. par. 5. decis. 127.
num. 16. par. 6. recent. decis. 402 num 2.
& 3. post Cenc. de censib. & in Romana de-
uolutionis Domus 3. Iulij 1652. §. eius corā
37 *Reuerēdiss. P. D. meo Verosp.*, nihil dicitur sol-
uisse de proprio, nullaque adest eius patri-
monij quòad sortem principalem diminu-
tio omninò necessaria, vt acquisitio officij
censeatur facta titulo oneroso, *Rouit. d. cōs.*
43. sub num. 8. sub num. 11. & 12. lib. 2.
allegans Isern. in cap. Imperialem §. præterea
Ducatus num. 39. in addit. de prohib. alienat.
per *Federic.* bonus est *text. in l. si sponsus §.*
si maritus hæres, ibi, *neque enim pauperiorē*
fieri qui non acquirat sed qui de patrimonio
suo disposuerit, & in §. fin. in fin. ibi, *vbi-*
cumque igitur non diminuit de facultatibus
suis qui donauit &c. donatio valet, ff. de do-
nat. inter vir. & vxor.

Pàritèr non applicatur titulus, seù qua-
litas hæreditaria, quiá in vltima concessio-
ne nulla fit mentio hæredum, sed tantúm
successorum, ibi, *vt ipsi* (hoc est An-
tonius Senior, & Simon filius) *& reli-*
qui successores sui habeant &c. quorum ap-
pellatione cùm infra cōcessio loquatur de 38
successoribus in officio, ac de descenden-
tibus, & consanguineis, non denotatur
successio hæreditaria, sed rei, idest, ac san-
guinis, *Rouit. cons. 106. num 4. in fin. lib.*
2. & decis. 27. num. 12. decis. 72 num.
43. Capyc. Latr. decis. 70. n. 37. n. 41. & 43.
vbi hoc ampliat quando, vt in casu nostro,
fit mentio descendentium, alijque relati à
Moder. Neapolitano de regalib. tit. de regal.
offic. num. 38. & 61. ab alio Moder. de suc-
cess. ab intest. cap. 3. theor. 107. num. 33.
Reg. Galeot. in fortioribus terminis proro-
gationis officij in perpetuum pró hæredi-
bus, & successoribus, *cons. vnico de alienat.*
& success. offic. regal. num. 103. & 104.
& 140. & in simili Rot. decis. 112. num. 9.
in fin. par. 6. recent. præsertim quiá infra 39
ad ampliandam concessionem datur Pri-
mo acquirenti facultas supponendi officiū
maioratui fauore agnatorum, & cognato-
rum, quæ otiosa esset, si successorum nomi-
ne Rex de hæredibus extraneis sensisset,
Lanar. in addit. ad Regent. Lanar. in cap.
1. num. 59. & per tot. de success. feudor.
relat. à Moder. Neapolit. contr. forens. lib. 1.
cap. 44 num. 31. Giurb. de success. feudor.
prælud. 5. num 42. Et ad summum conces- 40
sio esset mixta, in qua obligatio defuncti
minimè nocet successoribus adeuntibus
hæreditatem cum beneficio legis, & Inuē-
tarij, *Afflict. in cap. 1. num. 19. de vsib.*
feud. tit. an agnati vel filij defuncti, Clar. in
§ feudum quæst. 42. vers. successiuè quæro,
& quæst. 43. vers. sed quid si adijt, Alex.
cons. 28 num. 18. lib. 5. Rot. decis. 72. nu.
1. & seqq. decis. 402. num. 1. apud Cenc.
de censib.

Non obstat, quod Primo acquirenti Rex 41
concesserit facultatem vinculandi offici-
um, quiá cúm hæc facultas sit restricta ad
fauorem descendentium, agnatorum, & co-
gnatorum pró conseruatione officij in fa-
milia, non præbet potestatem vinculandi
ad fauorem extraneorū *l. Paulus vbi gloss.*

*verb. remisisse ff. quib. mod. pign. vel hy-
poth. solu. Salyc. in l. fin. num. 3. C. de re-
miss. pignor. Neguj. de pignor. 3. memb. 6.
part. num. 14. Cyricac. contr. 344. num. 5.
& 6. Surd. decis. 263. n. 10. & 11. Maur.
alleg. 75. sub num. 3. vers. rursus, Rot. in*
42 *Signina Saluiani 4. Maij 1643. §. quo ve-
rò coràm me;* Quin sicúti excludi, quod of-
ficium possit alienari extra familiam, *Socc.
Iun. cons. 53. num. 4 lib. 2. Surd. cons. 11.
num. 7. & 8. Rot. decis. 4. num. 14. par. 7.
recent.* Itá quod cadat sub creditorū hypo-
43 thecis, quiá repugnant conseruationi in
familia, & per eas deuenitur ad alienatio-
nem, vt ex *text. in l. fin. C. de reb. alien.
Isern. in cap. Imperialem num. 2. de prohib.
alienat. per Feder. Tell. Fernand. in l. 26.
Thaur. sub nu. 11. col. 11. Mastrill. de Ma-
gist. lib. 1. cap. 13. num. 21. à Ponte decis.
28. num. 50. & 51. alijque allegati à Merlin.
de pignor. lib. 1. tit. 1. quæst. 14. num. 16.*
44 & in fortioribus terminis, quod etiam con-
cessa facultate alienandi in feudalibus, non
veniat facultas hypothecandi, *Surd decis.
254. num. 26. in fin. Vinc. de Franch decis.
71. num. 15. & seqq. Pacif. de Salu. inspect.
3. num. 56.*

Cumque in ventre dictæ facultatis ha-
beatur, quod succedere teneātur filij, ac
descendentes agnati, & in eorum defectu
45 cognati, & his deficientibus transuersales
agnati, & deinde cognati, id quod ponde-
rato verbo, *teneantur*, collato in vocátos, nō
illis, qui cogi non possunt inuiti successio-
nem acceptare, sed Primo acquirenti im-
ponit necessitatem dictos descendentes, &
transuersales ad officium nominandi, vt
bené *Surd. cons. 81. num. 17. vers. 4. res-
pondeo, Becc. cons. 76. num. 23. in fin.*, exin-
46 dè assequimur, quod successores ex dicta
necessitate nominandi dicuntur habere
officium à Rege, non autèm à Primo ac-
quirente institutore maioratus, quiá illi
censetur demandatum nudum ministeriū
nominationis, *Rouit. cons. 43. num. 5. &
cons. 106. num. 19. & 29.* vbi distinguit,
án electio sit facienda de persona incerta
ex certis, vt in casu nostro, án verò de in-
certa ex incertis, *lib. 2. ex text. in l. vnum
ex familia §. si de falcidia ff. de legat. 1. l.
parte ff. de manum. vind. Valenz. cons. 155.
num. 14. & 21. à Ponte cons. 109. num. 5.
& seqq. lib. 2. Fusar. de subst. quæst. 511.
num. 6. Tell. Fernand. in l. 26. Thaur. sub
num. 11. col. 12. vers. nec hoc, Capyc. Latr.
decis. 26. num. 5. Rot. in Romana Dotis
15. Iunij 1643. § quià præfatos, & 2. De-
cembris 1644: §. alterum fundamentum
coràm Reuerendiss. meo Cerro:* attentis præ-
sertim subsequentibus verbis concessionis,
ibi, *inuestientes prætereà prædictum Antoni-
um, eiusque filios descendentes, & successores
prædictos in perpetuum de huiusmodi officio*,
per quæ euidens fit, quod successores me-
diante nominatione facienda à Primo ac-
quirente inuestiuntur ab ipso Rege, vt 47
proptereà nullatenus teneantur ad debi-
ta prædecessoris, quiá in eorum persona
officiū dicitur nouum, á & Rege concessū,
*Rouit. citat. cons. 104. nu 4. lib. 2. à Ponte
cons. 209. nu. 5. & seqq. lib. 2. Valenz. d.
cons. 155. num. 12. num. 21. & 22. Nu-
guerol. alleg. 11. num. 115. alleg. 19. sub
nu. 53. vers. 2. casus*, alijque allegati à *Mo-* 48
*der. Hispan. in labyrin. credit. par. 2. cap.
27. num. 10. & quatuor seqq. vbi sub num.
14.* hoc limitat, quandò in facultate Prin-
cipis nominandus memoratur sub quali-
tate hæredis, & cum eadem limitatione
*Moder. Neapolit. de Regalib. tit. de regal.
offic. sub num. 26. & 43. vers. nec huic*
Eó maximè quiá non fuit acquisitum titu- 49
lo oneroso, *Menoch. cons. 161. num. 15.
Surd. cons. 351. num. 28. Peregr. cons. 8.
num. 37. lib. 1. Bellon. Iun. cons. 55. num.
30. & 31. à Ponte d. cons. 109. num. 16.
lib. 2.*

Quæ omnia clariora reddit obseruantia
subsequuta, quià successiuè Primus acqui-
rens, quandó voluit officium hypothecare, 50
assensum Regis requisiuit, & obtinuit;
hoc enim demonstrat concessionem non
esse hæreditariam, aut officium hypo-
thecabile sine Regis assensu, vt post *Thes.
Iunior. quæst. 105. in fin. lib. 3.* tradit in
terminis *Rouit. decis. 72. sub num. 7. vers.
& denique, Larr. allegat. Fiscal. 50. nu. 92.*

Hinc nil refert, quod Antonius in suo
testamento mandauerit solui eius debita,
quià non potuit ad id grauare successores
in officio absque Regis assensu: eò minus,
quià prius supèr officio primogenituram
con-

constituerat cum expressa cõditione, quod illud sit inalienabile, & indiuisibile, ac promissione de primogenituram nunquàm reuocando, mutando, vel alterando, quæ cum emanauerit per viam contractus, ac prò futuris successoribus Notario stipulãte acceptata fuerit, ademit potestatem addendi onus diuersum in testamento posteà condito, *Molin. de primogen. lib. 4. cap. 2.*
53 *num. 75. vers. in secundo casu, & num. 76.* vbi dat prò cautela, vt quotiés ex facultate Regia maioratus instituitur, is, qui illũ irreuocabilem facere intendit, promittat maioratum perpetuò firmum habere, & illum nunquàm reuocare, *Pelaez. de maiorat. par. 1. quæst. 26. per tot. & signantèr. nu. 30. Cyriac. contr. 23. num. 26. Bellon. Iun. cons. 55. num. 22.* vbi quod tunc patet nihil posteà facere potest in præiudicium successorum, *Valenz. cons. 155. num. 18. Ceph. cons. 12. num. 33. Bolog. cons. 62. num. 14. & seqq. Maur alleg. 75. sub num. 4. vers. & quià, Seraph. decis. 427. nu. 2. & decis. 874. num. 1. Rot. in Bononien. fideicommissi 4. Maij 1648 § reuocatio verò coràm R P.D. meo Celso, confirmata 23. Iunij 1652. §. hinc sequitur, & seqq. coràm*
54 *Reuerendiss Domino meo Decano*; Quicquid dicendum esset si officium esset merè hæreditarium, & ageretur de præiudicio creditorũ hypothecas creatas ante primogenituram habentium, quibus non posse per debitorem præiudicari, præueniendo nominationem per actum intér viuos, tradit *Bonit. cons. 104. num. 15. lib. 2.* saltèm quòad fructus viuente debitore percipiẽdos, vt per allegatos á *Modern. Hyspano in Labyrint. credit. cap. 27. num. 21. & 22.*

Non obstat, quod tempore erectionis primogenituræ, ac promissionis præfatæ, non dùm essent expeditæ litteræ Regiæ supèr perpetuatione concessionis, & facultate erigendi primogenituram, nec posteà expeditæ suffragentur, *Pelaez. de maiorat. part. 1. quæst. 14. num. 1. & per tot:*
55 *& par. 4. quæst. 2. num. 1. & seqq. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 1. & seqq.* Quià satis est, quod præcessisset ipsa concessio, quæ solo verbo Principis perficitur, etiam ante expeditionem litterarum, *cap. quidam, & ibi Butr. num. 10. Imol. num. 8. de renunciat. Cassad. decis. 1. nu. 6. vers. sed si prius eod. tit. Gabr. cons. 194. num. 1. lib. 2.* & in puncto facultatis erigendi primogenituram, vel testandi, *Rot. in Romanæ legati Pij 4. Februarij 1628. coràm recol. mem. Coccino impress apud Moder. de iur: Abbat. tom. 3. decis. 107. num. 1. & seqq. confirmata 15. Maij eiusdem anni §. 1. coràm eodem*; Et præcessisse cõstat ex confessione ipsius Antonij senioris, & Simonis filij in contractu primogenituræ, ibi, *Hauendoci fatto Sua Maestà gratia di perpetuare il detto offitio & come più latamente si conterrà nel priuilegio, che si hà da spedire della gratia,* & infrà ibi, *La qual gratia Põpeo de Tassis in virtù della procura, che gli habbiamo mandato, e hà ottenuta,* quæ confessio cùm sit verisimilis, eiusque tenor 56
correspondeat litteris post modum desupér expeditis, magni momenti est, etiam in præiudicium Tertij, *Cyn in Auth. hoc ius porrectum nu. 3. C. de sacrosan. Eccles. Tyracquell. in l. si vmquam verb. donatione largitus num. 10. & seqq. C de reuocan donat. Surd cons. 290. num. 46. & decis. 325. sub num 6. Rot. in Mediolanen. Præbendæ 11. Februarij 1650. coràm me* Contraria autem procedunt, quandò nullo modo gratia præcesserat.

Minus obstat, quod successor in maioratu teneatur ad debita Institutoris contracta ante illius erectionem, *Peralt. in l. 3. §. qui fideicommissum num. 128. ff. de hæred. instit Anton de Padilla in l. vnũ ex familia §. si de falcidia n. 7 ff. de leg. 2. Sanch consil. moral. lib. 4. cap. 1. dub. 31. nu. 3. Gomes. Leon. decis. 100. num. 6.* Id enim locum habet in bonis, quæ propriè sunt de eius patrimonio, & potuerunt hypothecari; non autem in his, quæ magis Principis cẽsentur, sine eius licentia hypothecam non recipiunt, & concessa fuerunt cum qualitatibus suprà ponderatis. 57
58

Ad decisionem *in Romana Dotis 22. Iunij 1646.* coràm *Eminentissimo D. Cardinali Ottbobono* emanatam fauore filiæ Institutoris creditricis dotis, Domini responderunt, quod decisio in fine se ipsam restringit ad eum casum tantùm, ibi *in hoc casu tantùm*, quodque fundatur præcipuè in eo, quod officium fuerit pecunia emptũ, 59

& gratia Regis contractum primogenituræ non præcesserit, quiá tunc non fuerant producta instrumenta superius pondetata conuincentia, quod officium non fuerit acquisitũ pecunia Antonij Senioris; quodque gratia Regis iám præcesserat veibo, quod sufficit ex suprá allegatis.

Et itá decisum vtraque parte informãte.

ALIA DECISIO S. ROTÆ ROMANÆ:

Coiám Bon. Mem. Bichio; *Luna* 8. *Iunij* 1654.

60 DIstinctio, cuius est authot *Salye: in l.1. sub. nu. 3. vers. Ideò simpliciter C. ad l. Iul. de ambit.* intèt officia habentia annexã Iu-
risdictionem, *hoc est*, administrationem
Iustitiæ, nec ne, quod scilicet illa alieoari
non possiot ab inferiori á Principe, alia ve-
rò possint, dùm non agitur de præiudicio
Principis concedentis, quam prætèr alle-
gatos in *prima decis. huius causa §. primo*,
sequuntur *Valasc. de partit. cap.* 13. *num.*
67. *ad med. Salon. de Iust. & iur. tom.* 1.
quæst. 63. *art.* 2. *conclus.* 3. *col.* 2. *vers. di-
ximus fol.* 349. *Maltrill. de Magist. lib.* 1.
cap. 20. *num.* 24. *& seq. Auend cons.* 9.
num. 2. *vers. nisi officia. Sanchez. cons. mo-
ral. lib.* 2. *cap.* 1. *dub* 38. *sub num.* 3. vbi
signantèr officium Præfecti Cursotum te-
61 censet intèt officia seeundæ speciei, *Nu-
guerol alleg.* 37. *num.* 18. *Cabedo decis. Lu-
sit.* 24. *sub nu.* 4. *vers. quod procedit. Cutel,
decis. Sicil.* 29. *num.* 29. *vers. quibus non
obstantibus, & n.* 30. *vers. sed ad terminos
in fin. par.* 1. alijquè relati *à Moder. Lusit de
Regimine Reipublica Christiana tom.* 1. *par.*
1. *lib.* 1. *disp.* 2. *§.* 2. *n.* 131. *Moder. Viennen.
in pracept. Dec. tit. de iust & contract. lib.* 5.
cap. 24. *Moder. Barchinonensis var. resol.
cap.* 11. *num.* 116. Iterùm hodiè deducta
fuit ab Informantibus prò Gauottis aduer-
sús contrariæ decisionis primam partem,
negantem potuisse á Marchione Antonio
seniote de Tassis hypotheeari absque Re-
gis Cattholici assensu officium Præfecti
Cursorum, quod idem Marchio in Vibe
Roma ex concessione dicti Serenissimi
Regis possidebat, quandò census, prò cu-
ius fructibus agitut, bonam fidem reco-
gnouit; Impugnando etiam in reliquis ip-
sam decisionem; Primo quiá Antonius se-
nior officium acquisiuerat titulo oneioso,
nempé mediantibus, tùm egregijs seruitijs
militaribus Regi præstitis contia Turchas,
& in Belgio, in quorum remunerationem
Rex asseruit, se officium Antonio, donec 62
viueret, concessum, ptorogasse ad vitam Si-
monis eius filij, ac deindé in perpetuum
concessisse, vt proinde nédum prior, sed
& hæc vltima concessio remuneratoria sit,
attenta specifica expressione Regis, cui fi-
des integra debetur, *Ias. cons.* 227. *nu.* 38.
lib. 2. *Peregr. cons.* 4. *num.* 29. *lib.* 1. *Me-
noch. cons.* 1003. *num.* 76. *& seqq. Matthië.
ad lib.* 5. *noua recompil. tit.* 10. *l.* 6. *glos.* 1.
num. 19. & causam onerosam præseferat,
quiá etsi quidquid vltra stipendium milui 63
datur in recognitionem laboris, & seruitij,
referatur ad Principis liberalitatem, eò,
quod militi non debetur de condigno, *Ne-
uiz. intèr cons. Bruni cons.* 12. *num.* 90.
Menoch. cons. 112. *num.* 43. *&* 44. habet 64
nihilominus rationem Iustitiæ de congruo,
cum congruum sit, vt Principis munificẽ-
tia milites diuturno, eximioq; seruitio be-
nemeritos amplectatur, *Menoch. cons.*
1003. *num.* 72. *& seqq.* & prius *cons.* 331.
num. 72. vndè passim Doctores donatio- 65
nem factam ob merita donatarij, onerosam
affirmant, in puncto *Capyc. Latr. decis* 70.
num. 43. *in fine*, & laté explicant allegati
per *Moder. Pontremulen. cons.* 32. *num.*
78. etiam ad effectum, vt primus acquités
possit cæteris vocatis præiudicare, sic *Fu-
luius Constant. in l.* 1. *nu.* 142. *C. de fil. of-
ficial. lib* 12. *Rouit. cons.* 106. *num.* 22.
& seqq. lib. 2. *Reuerter decis. impress. apud
Rouit. ibid. num.* 18. *Nuguerol. alleg.* 37.
num. 18. eum alijs allegatis á *Moder. Hys-
pano in laberynt. cred. par.* 2. *cap.* 27. *nu.* 10.

Tùm solutiooe scut. 50. mil. facta Re-
gi, & aliorum scut. 3000. Ioanni de Tassis,
nec non promissiooe annuæ præstationis
scut. 1200. Pompeio de Tassis eius vita 66
durante; Nec refert, quod pecuniæ solutę
prouenerint ex cẽsu imposito supèr hoc
officio, quiá cũ ex contractu censuali effe-
ctæ fuissent propriæ ipsius imponentis. *l.*

si

67 *si alieni nummi ff. de solut. Surd. conf.* 4. *nu*. 10. *Rot. decis.* 463. *num.* 8. *apud Cenc. de cens.* adhuc dicuntur solutæ de proprio, & proprium soluentis patrimonium minuisse, functa præsertim obligatione omnium bonorum ad fauorem censuarij, & solutione fructuum census, donec vixit Antonius,
68 & officiũ Simon eius filius possedit, quibus temporibus vterque officium habebat non ex hac vltima concessione, sed præcedenti adhuc durante, & ideó nullum commodũ percipiebat ex vltima, quæ, licét emanata ante finem prioris, illam non sustulit, vt per *Alberic. in l. ne cui liceat. n.* 1. *ff. de locat. Abb. cons.* 134. *num.* 2. *Tyracq. de retract. conuent. §.* 1. *num.* 36. *& seqq.*

69 Secundó, quià hypotheca non prætenditur supér officij proprietate, sed supér fructibus, & commoditate illos percipiendi hypothecabili absque Principis assensu, *Camer. in l. Imperialem fol.* 19. *col.* 1. *litt C. de prohib. alien. per Federic.* & præter allegatos *in* 1. *decis. §. quodque*, tradit *Fab. de Anna cons* 51. *numer.* 10., *&* 15 *lib.* 1. *cons.* 115. *num.* 4. *nu.* 8. *& seqq Cuiac. lib.* 10. *respon. Papin. ad leg.* 11. *§. vsusfructus ff. de pign. Cutel. decis.* 29. *sub num.* 29. *Rot. in Tusculana salniani* 22. *Maij proximè præteriti coràm R. P. D. meo Zarate.*

70 Verùm prò responsione ad superius allatam distinctionem *Salyceti* animaduersũ fuit, officiorum alienationem prohibitam esse, vel ratione ambitus, qui veré non cadit, nisi in officijs habentibus annexam iurisdictionem, vel quiá illorum sola administratio, ac titulus in concessionarium translatus sit, remanente penès Principem dominio, quæ ratio militat indistinctè in omnibus officijs, dummodò sint de regalibus, siuè ex natura sua, siuè ex reseruatione Principis, siuè ex particulari constitutione loci; semper enim ortui hypothecæ, seù facultati disponendi obstat, quod cum dominium apud Principem sit, non dicũtur huiusmodi officia esse in bonis concessionarij, nisi prò exercitio obtento à Principe, vt bené aduertunt allegati à *Moder. Forolinien. de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 14. *num.* 14. nec non *in prima decis. §.* 2. quibus adduntur *Afflict. in const. Regni scire volumus num.* 4. *&* 5. *Boss. de Princip. nu.* 384. *Mastrill. de magistr. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 18. alijq; *apud Moder. Neapol. de regal. offic. quæst.* 6. *num.* 10 *&* 11. *impress. post quæst. fund. à Moder. Pontremulen. cõs.* 37. *num.* 1. *& seqq.*, vbi laté id comprobat; quæqué in contrarium afferuntur, procedunt in officijs hæreditarijs, vt per *d. Moder. Forolin. d quæst.* 14. *num.* 20. vel in officijs Romanæ Curiæ, quæ sunt in libero commercio, & in quorum alienatione in tantúm requiritur licentia Principis, in quantúm ipse Princeps intendit obuiare fraudibus, & esse certus de vacatione, *Rot. decis.* 336. *sub num.* 3. *vers: præterea par.* 4. *diuers. & in Tudertina officij coràm Lancellotto, impress. apud Marchet. de commiss. par.* 1. *fol.* 756. *per totam, & in Romana officij scriptoria* 1. *Aprilis* 1588. *coràm cla. me. Card. Hieron. Pamphilio.* 71 72

Solùm ergò videndum est, àn officium Præfecti Cursorum Antonio concessum à Rege Catholico, sit proprié de regalibus ipsius Regis, & prò affirmatiua habemus punctualem *decis. Larrea alleg fiscal.* 50. *n.* 14. *Io. Franc. á Ponte decis.* 28. *num.* 45. *&* 48. quà officium hoc non versatur circá solam transmissionem Epistolarum, aut locàtionem Equorum, non est de sui natura transmissibile ad hæredes, obtinetur tãtúm ex Regia concessione, *l. cursum in fine C. de curs. pub. lib.* 12. eaque non sit cuicumque personæ, sed Nobili, quæ Oratori Regis ipsum Regem repræsentãri frequẽs assistit obsequio, eique Orator secretiores expeditiones fidere solet, vndé officium Cursoris maioris dici cõcessum in fæudũ, tradit *Marta cons.* 53. *num.* 4. *post. Isern. in cap.* 1. *nu.* 12. *vers. vndè si esset, ex quib. caus. fand. amittatur*, qui distinguit intér officium Portitoris litterarum, & án deiur tali homini, cuius conditio non esset portare litteras, *Bald. in prælud. fæud num.* 48. vbi quod officium hoc non potest alienari, sed solùm locari eius actus, & redditus, *Capyc. in inuest. fæud verb. fæudorum genera vers fæudum Cursoris*, quos refert, & sequitur *Moder. Neapolit. de Magist. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 41. & generalitèr, quod officiorum regalium concessio transeat in naturã fæudi, quibuscũque verbis fiat, tradũt allegati à *Moder. Pontremul. cons.* 37. *nu.* 2. *& seqq.* 73 74 75 76 77

Ne-

78 Nequè obstat, quod officia, quæ sunt regalia penès Regem, desinant esse talia penès concessionarium, *Andr. de Isern. in tit. quæ sint regalia num.* 52. *in fin. Lanar. cons.* 34. *num.* 7. & 8. *cons.* 39. *num.* 6. *Vinc. de Franc. decis.* 56. *num.* 16. *Cuttell. decis.* 29. *sub num.* 30. *vers. sed in terminis in fin.* cum alijs relatis à *Moder. Neapolit. contr. forens. lib* 1. *cap.* 45. *num.* 28. quia
79 intelligendum hoc est, quandò fuerunt cōcessa in allodium, nullaque adest spes reuersionis ad Regem, aliás semper retinent naturam regalium, ad effectum nè sine assensu Regis valeant alienari, *Afflict. in Constitutione Regni cap. scire volumus num.* 4. relatus á *Moder. Neapol. de regal. in præud num.* 35. *Mart. cons.* 53. *num.* 3. *in fin.* & clariùs distinguendo declarat *Rouit.*
80 *decis.* 72. *sub num.* 33. quia nimirúm officium sempèr intelligitur concessum cum sua propria natura, *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *quæst.* 50. *num.* 4. *quæst.* 51. *sub num.* 2. *Mart. d. cons.* 53. *sub num.* 3. *à Ponte decis.* 28. *num.* 9.

Quod veró officium sit acquisitum titulo oneroso, & exindè in præiudicium successorum, licèt non Regis, hypothecari potuerit ab Antonio primo acquirente, corruit ex facto, nám merita Antonij remunerata iám fuerant per antecedentem officij ad vitā Simonis eius filij prorogationē, quæ cum subsequenti officij perpetuatiua,
81 etsi dicatur eadem à parte rei concessa, quia, videlicèt, officium perpetuatum est illud idem à principio obtentum *Ioann. Franc. à Ponte de pot. proreg. tit.* 10. *de diuersis prouision. rub. de potest. subst. in offic. num.* 6. & 7. *Rouit. cons.* 104. *num.* 12. *lib.* 2. *Marcell. Maur. alleg.* 10. *num.* 5.
82 & 9. *Larrea alleg. fiscal.* 50. *nu.* 80. *Capyc. Latr. decis.* 26. *num.* 25. differt tamen realitèr in esse causæ, & gratiæ, quia posterior dicitur noua gratia, vt ex sententia *Andr. de Isern. in cap.* 1. *num.* 4. *Quis dicatur Dux*, tradit *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *quæst.* 50. *num.* 4. *Mart. de success. legal. tom.* 1. *par.* 1. *quæst.* 1. *art.* 2. *num.* 12. *Becc. cons.* 56. *num.* 20.

Vt propterea posterior non censeatur remuneratoria, quámuis talis sit prior, & assertio meritorum satis anteà recognitorum ibi emissa non fuerit eius causa finalis, sed adminiculariua, & per accidens iuxtà stylum in concessionibus solitum, quod etiā demōstrat discretiuus tenor vtriusqué cōcessionis; nàm prima nullam aliam exprimit causam, quám meritorum; in secunda verò exprimitur vlterius prò causa promissio scut. 50. mil. & liberalis donatio de eò, quod officium plus valeret, quæ tamē promissio nec satis est ad eliciendum titulum onerosum; tùm quiá non præponderat vtilitati officij, vt necesse esset præter allegatos in prima *decis. § respectu verò* dixit *Gabr. cons.* 57. *num* 14. *lib.* 2. *Cart. sen. cons.* 79. *sub num.* 4. *Marcelc var. resol. lib.* 1. *cap.* 74. *sub num.* 5. *vers. secus si gratia, Giurb. de success. feud. prælud.* 3. *num.* 58. *Rot in Rom. Domus* 20. *Maij* 1647. *§. emphiteusis in fin. coràm R. P. D meo Pentingerio.* 83

Túm etiam quiá, vt aduertit eadem prima *decis. in §. sequenti*, Antonius Regi nihil soluit de proprio, sed de pecunijs extractis ex censu imposito de cōsēsu Regis super ipso officio, quem numquam extinxit, sed extinguendi onus spectat ad successores in officio, & ad ipsum Regem, quatenùs antè extinctionem officium deuoluatur; vnde verum est dicere, quod ex parte Antonij nulla adest eius patrimonij diminutio ad effectum, de quo agitur, necessaria, *iux. tex. in l. si sponsus §. si maritus, & §. fin in fin. ff. de donat. intèr virū, & vxor.* & alios *ini. decis.* allegatos, nihil in id suffragante, quod Antonius propria bona prò censu obligauerit, & illius fructus, dum vixit, soluerit, quià d. obligatio, nisi sequatur solutio, non operatur patrimonij diminutionem, ad *text in l. si prò eà C. mand. cap. peruenit.* ibi, *pecuniam quā prò eis soluit, de fideiuss., Ering. de fideiuss. cap.* 25. *num.* 10. *Rot. in Maceraten. census* 5. *Iunij* 1638. *coràm bon. mem. Card. Hieronymo Verospio, & in Rom. Domus* 17. *Martij* 1649. *§. in creditum in fin. coràm me*; & fructuum solutio non meretur allegari, cum Antonius biennio post decesserit, & officium in vita Simonis eius filij durauerit solúm per sex annos, nempè vsque ad annum 1625., quo emanauit sententia immissionis in possessionem officij ad fauo- 84 85

fauorem D. Marchionis Antonij Iunioris, De scutis pariter 3. mil. solutis Ioanni de
86 Tassis, & annua præstatione scut. 1200. promissa Pompeio de Tassis, nulla est habenda ratio, quia neutrum respicit vtilitatem Regis concedentis, vt in his terminis requiritur, *Curt. sen. cons. 49. sub num. 4. vers. nec est bonum, Decian. cons. 17. num. 39. in fin. & num. 40. lib. 4. Rosental de feud. cap. 7. concl. 34. num. 2. & litt. E., Giurb. de succes. feud. prælud. 3. num. 56.* vbi allegat concordantes.

87 Quatenùs verò subditur, cadere saltèm sub hypotheca fructus officij, & commoditatem illos percipiendi, placuit responsio primæ decisionis in § *quodque & §. seq.* quod, scilicèt, id forsan procedit viuente ipso Impositore censùs, posteà autem resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris,
88 & successor in officio, cum illud habeat ex liberalitate Regis, ex eadem facit fructus suos, nec tenetur ad debita primi acquirentis, quandò concessio non est hæreditaria, *Gomes. ad l. 40. Thauri. num. 72. Molin. de Primog. lib. 1. cap. 10. num. 11. Strader. de feud. par. 7. cap. 7. n. 32. Giurb. de success. feud. §. 1. glos. 15. num. 24.*, qualem non esse eã, de qua agitur, ostendit *prima decis. in §. paritèr §. non obst. il 1. & §. seq.*

Omnemque prorsùs eliminat difficultatem obseruantia subsecuta resultãs primò,
89 ex quo successiuè Primus acquirens prò facultate erigendi primogenituram super officio supplicauit Regi, eamque Rex cõcessit, & sic vterque agnouit non licuisse alioquin Primo acquirenti de officio disponere in præiudicium successorum, *Bald. cõs. 290. sub num. 6. vers. quæ licentia lib. 3 ex tex. in cap. licèt de regul. Buratt. decis. 222. num. 2. Rot. in Ferrarien. Canonicatus 30. Martij 1626. §. his tamen circà fin. coràm*
90 *recol. mem. Coccino*, licuisset autem, si officium esset ex causa onerosa, vel hæreditarium, *Menoch. cons. 165. num. 6. Surd. cons. 440. nu. 31. Giurb. de success. feud. prælud. 5. nu. 42. Merlin decis. 699. nu. 15. & seqq.*

Secundò, quiá census ipse scut. 50. mil. non fuit impositus, nisi de consensu Regis ex gratia speciali, & præuia matura supremi Concilij deliberatione; Neque viget quod in supplicatione Antonius narrauerit se vinculasse officium, nè eius descendentes illud vendere, aut obpignorare possent; quia hæc verba stant dimonstratiuè, nec præseferunt necessitatem consensus Regij, & derogationis vinculi quòad ipsum Antonium, Cumque rescriptũ, & gratia specialis Regis nullam faciat mentionẽ vinculi primogenituræ ei derogando, vt solet in rescriptis derogatorijs, vt per *Moder. à Terranoua in prax. dispens. lib. 9. cap. 7. num. 35.*, sed simplicitèr concedat facultatem hypothecandi officium, & fructus, referri debet ad titulum dominij apud Regem existentis obstatiuum creationi hypothecæ absquè Regio assensu *iuxta Theor.* quam post alios *tradit Paris. cons. 7. nu. 23. lib. 2. Menoch. cons. 296. num. 65.*

Actus, qui in contrarium afferuntur, retorquentur, quiá assignatio annua scut. 1200. facta de anno 1616. ad fauorem Popei, vt subsisteret, fuit instantibus partibus conualidata à Rege in vltima concessione; Legatum scut. 2. mil. relictum Lauiniæ vxori, effectum non habuit ob defectum Regij assensus; Præceptum Regis, quod prò satisfactione creditorum vendantur similia officia Comitis de Villamediana, non loquitur de debitis contractis absquè assensu Regio, nec sine eò officia sub hypothecis cecidisse demonstrat; quiá aliquandò Princeps officia etiam inalienabilia subhastari ad fauorem creditorum permittit, idque fit ex Principis indulgentia, vt aduertit *Seraph. decis. 1294. sub. num. 3. vers. quod si aliquandò*, quem refert, & sequitur *Pacif. de Saluiano inspectione 3. cap. 2. num. 637. & 638.*

Ex quibus, nec non ex capite primogenituræ antè huius censùs creationem irreuocabilitèr erectæ, vt latiùs in prima decisione, quæ etiám respondet ad decisionem iterùm exaduerso allegatam *in Romana Dotis coràm Eminentissimo D. Cardinali Otthobono*. Domini steterunt in decisis, vtraque parte informante.

AR-

ARGVMENTVM.

De honoribus debitis Magnatibus decedentibus extrà proprios liberos Status, & quomodò hoc à Principe permitti debeat, ac de alijs quæstionibus ad funeraria pertinētibus materiā latè discutitur.

SVMMARIVM.



Redundat in Principis Supremi maximū Decus permittere magnatibus extra propriam ditionem decedentibus, ut eius funera honorificè celebrētur. n. 1.

Enunciantur plures DD. exagitantes materiam istam. num. 2.

Ducissa Sabloneta potuit super eius cadauer portare Coronam Ducalem, ac liberis Principibus compententem, & quod aureum velamentum permittitur super feretrum Nobilium. num. 3. Ampliatur. num. 4. Et quod ex hoc reddantur Principum Status honorabiliores num 5.

Insignia, paludamenta, & Arma, quomodò deferantur antè Pontificum, & Cardinalium Cadauera. remissiuè. num. 6.

Insignia Armorū depicta in Ecclesia, familiæ dignitatem ostēdunt, eiusq; memoriā cōseruant, n. 7. Et àn renouata Ecclesia, debeant ipsa renouari n. 8. & quarè n. 9. Imò quid operentur depicta in aliquo palatio. n 10.

Non est licitum alicui aliqua Arma abradere ab alicuius Cappella, ac aliena ponere. n. 11.

Hæres, vel Consanguineus, quandò possit apponere, seù affigere Arma in Cappella à Testatore, vel Consanguineo cōstructa, remissiuè. num. 12.

Lapis incisus in antiquis, quam probationem faciat in iurepatronatus. num. 13.

Iuspatronatus probatur per antiqua insignia. num 14.

Iuspatronatus, quomodò probetur per insignia, vel marmora incisa, seù marmoreas litteras in lapide inscriptas antè fores Ecclesiæ, remissiuè. num. 15.

Iuspatronatus non acquiritur ex restauratione, siuè alemosina. num. 16.

Existentia Iurispatronatus probatur ex insignijs appositis in fundatione. num. 17.

Iuspatronatus, quandò probetur ex inscriptionibus publicis. nu. 18.

Insignia, nisi apparerent adeò antiqua, & sic de eis esset dubium, quin apposita fuissent in fundatione Iurispatronatus, quid operētur. num. 19. & quandò constituant Patronos in quasi possessione eiusdem. nu. 20.

Cappellæ, & Sepulchra constructa ob familiæ antiquitatem, ac splendorem distrahi non valent. num. 21. & Creditoribus nullum super illis acquiri potest Ius etiàm in Statuis ibidèm positis. num. 22.

Lugubre est, & deplorandum Antiquorum memoria succedentium temeritate deperire, eorūq; imagines euulsas inspicere n. 23.

Delictum, ac scelus appellari non valet, quod non in contumeliā priuati Corporis Defūcti fit, sed ad publicam tutandam possessionem, seù vtilitatem. num. 14.

Constitutio Regni, *de qua meminit* Regēs de Tapia, *Quomodò sit intelligenda contrà sauientes in mortuum siuè sepulchrum Violantes. nu. 25. & 28. Per eundem redarguitur* Afflict. *contrariū substinens. n. 26. & de ratione num. 27.*

Iniuria subditis facta, censetur facta Domino. num. 29.

Quomodò valeat concedi facultas assumendi Arma aliena familiæ. remissiuè. nu. 30.

Onus Arma, seù insignia assumendi, àn inducat fideicommissum. num. 81.

Armorum, & insignium Testatoris, seù Donantis delationem, vel eius familiam assumendi, dicitur grauamen inæstimabile, & donatio dijudicantur ob causā. n 31.

Expensæ factæ in cōstructione alicuius Cappellæ, in qua adsunt Arma, & insignia, & sepultura constructa, non debent de communi deduci. nu. 33. & quarè, nu. 34.

Quomodò intrà annum non assumens Arma, & familiam Testatoris, hoc per vtam modi disponentis, priuetur successione. num. 35. & àn tale tempus possit restringi, vel prorogari à Iudice, & quandò num. 36.

Grauamen Arma assumendi à Testatore impositum tunc tenet, si Arma fuerint honesta, aliàs talis modus reicitur ab institutione. num. 37.

Grauatus assumere nomen, familiam, & Arma Testatoris, potest etiàm suum nomem, & Arma retinere, & quarè. num. 38.

Quodnàm dicatur sepulchrum, & quod monumen-

numentum remissiuè. num. 39. & etiàm de translatione Cadaueris; De Testatore mandante eius Corpus exenterari, vel cremari; Et quid de Anotomia alicuius Corporis facienda, quando Chirurgis petētibus sit concedendum, Alijsq; notabilibus remissiuè, num. 40 41. 42. 43. & 44.
Concessa Cappella, án censeatur concessum Ius sepeliendi. num. 45. Et de venditione Iuris sepeliendi, venditione Cappellarum, ac successione in eis. num. 46.
Magistri Loici, quandò facultatem habeant concedendi Cappellas cum sepulchris n.47.
Iuspatronatus non cadit in sepulchris, nisi ratione similitudinis, quam cùm sepulchrit retinet. num. 48. Et quomodò illud cadat in Cappellis Religiosorum. num. 49.
Sepulchra, & Capella, quomodò valeant concedi absque labe Simoniæ, quomodò ex cōsuetudine vendi, ac distrahi, & quid si sepulchra, & Cappellæ fuissent constructæ ob familiæ splendorem, àn super istis cadat hypotheca, vel Ius aliquod acquiratur Creditoribus. num. 50.
Sepulturæ electio debet esse libera, ac non pēdens ab alieno arbitrio, vel sugestione. num. 51.
Pactum de eligenda sepultura non arctat. nu. 52. & semel facta electio àn reuocari possit. num. 53.
Testator moriens, & mandans sibi eligi sepulturam, & in vita hoc non declarato, debet in Parochiali sepeliri. num. 54. & quid si habeat sepulchrum Maiorum, & decedat, sepultura non electa, & adsit altera, vbi sepultus est Pater. num. 55. & 56. & quarè, cum dictis plurimorum antiquorum Hystoricorum, exemplis Regum, & authoritatibus tàm Sacris, quàm prophanis, num. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. & 65.
Si quis habeat sepulchrum, non verò viam ad illud, & à Vicino ire prohibeatur, quid agere debet. num. 66.
De antiquis vsibus circà sepulchra construenda intrà, vel extrà Ciuitatem, & quomodò olim sepulchra tàm magna fuerint, vt habitationes continerent, remissiuè. nu. 67.
Expensa in funeralibus faciendæ antiquitùs erant excessiuæ num. 68. De quibus affertur exemplum Alexandri Magni. num. 69. & quid hodiè obseruetur. num. 70.
Ponitur casus coràm Authore circà supradictam materiam expensarum. num. 71. & exstenditur factum. num. 72.
Tertius comparens, vt valeat admitti ad causam, sufficit, vt coloratè doceat de Iuribus suis. num. 73.
Impensæ funerum sunt quasi debitum Defuncti. num. 74. Qua, àn præferantur vero debito eiusdem. num. 75.
Impensæ funeroriæ præferuntur Creditoribus habentibus expressam. num. 76. & 81. Ampliatur nu. 82.
Impensam funeris faciens non dicitur Creditor Defuncti, sed hæreditatis, de qua semper illa est deducenda. num. 77.
Text. in l. si quis sepulchrum An extendatur ad omnia medicamenta, & impensas factas in infirmitate Testatoris, & quomodò, num. 78. Datur ratio, num. 79. & 80.
Vltima infirmitas illa censetur, ex qua Egrotantis mors prouenit. num. 83.
Enarrantur diuersæ infirmitatum species, & effectus. num. 84.
Experientia rerum omnium Magistra existimatur. num. 85.
Vnicuiq; de sua arte est credendum num. 86.
Appellatione funerū cōtinetur expensa vltimæ infirmitatis quamuis grauis, & longa fuerit. numer. 87. & quæ expensæ primo loco sint graduandæ. num. 88. 89. 90. 91. 92. & a quo peti, seù vndè à Marito retineri possint, & quandò. num. 93. 94. & 95. & an hoc idem procedat in maioratu, fideicommisso, feudo, & primogenitura. num. 96.
Impensa funeris est integrè detrahenda ab ipsa dote. num. 97. Quantitas tamèn est moderanda arbitrio Iudicis, & quæ attendantur. num. 98. & 99.
Expensæ infirmitatis etiamsi longæ, grauis, & incurabilis, veniunt præferendæ omnibus Creditoribus habentibus expressam. num. 100.
Ponuntur effectus morbi. num. 101.
Aliud est morbus, & aliud infirmitas ipsa, & quos effectus producat, num. 102. & de ratione. num. 103.
Podagra non impedit administrationē. num. 104.

Plenitudo sanguinis, & bilis, quid efficiant. num. 105.

Illud solumodò restringitur ad expensas vltimæ infirmitatis, quæ factæ fuerũt in vltimo periodo, quo morbus Egrotum afflixit, & ad mortem vsq; redegit. num. 106. *Datur ratio. num.* 107.

Infirmitas recepit magis, & minus secundùm tẽporis diuersitatẽ, & mutationẽ nu. 108.

Expensæ factæ in pluribus infirmitatibus alicuius, qui vnico morbo laborauit, quãdo sint priuilegiata, & quomodò procedat. n. 109. *&* 110.

Quotiescunq; cõtrarium eius, quod testis deponit, potest stare cum veritate causæ, in qua testis fundat eius dictum, tunc talis testis nihil probat. num. 111.

Infirmis à Principe non demandantur munera, & officia, seù Commissariatus cum cura Populorum, sed imò eis Curator datur. num. 112.

Prò medicamentis nulla adest lex, quæ tribuat prælationis priuilegium, sed tantùm ex extentione DD. & æquitate. nu. 113.

§. VIGESIMVS OCTAVVS.

1 REDVNDAT in Principis Supremi maximum decus permittere Magnatibus extrá propriam ditionem decendentibus, vt eius funera honorificé cęlebrẽtur, & quiá dubia supér hoc contin-
2 gere solent, ideò ad hanc materiam videas *Bonadill. in sua politic. lib. 2. cap. 16. num. 25. Aleiat de singular. certamin. in cap. 3. & lib. 6. Parergon. cap. 25. & lib. 8 cap. 10. Cassane. in Cathalog. gloria mund. 5. par. considerat. 46. in princip. Corrad. in templo Iudicum lib. 1. cap. 4. nu. 5.* Et post alios nouissimé *Io. Bapt. Thor. in compend. decis. Regn. fol. mihi 612. á terg. & fol.*
3 *615. & 616.*, Vbi disputat de casu occursoNeapoli in morteDucissæSablonetæ, ánnépé potuisset suprà Cadauer portareCoronam Ducalem, ac liberis Principibus competentem, aliaq; ad materiam subnectit, ac pró affirmatiua concludit, & quod aureum velamentum permittitur super feretrum Nobilium, vide *Duran. de Ritib. Eccles. Cathol. lib. 1. cap. 23. ex num. 14. cum seqq. Marcell. lib. 1. Sacrar. Ceremon. sect. 15 Florian. Dulphum. tract. de sepultur. cap. 4. à num. 24. & cap. 10. num. 5. & 6. & cap. 11. num. 5. & seqq. Lauorium. in tractat. de prisco, & recent. funerand. more tit. 2. cap. 18. ex num. 19. Cassan. in Cathalog. Glor. mund. par. 2. considerat. 5.*

Ex quibus descendunt ijdem honores 4
Cadaueribus debendis, qui Principibus, Consulibus, vel Senatoribus viuis exhibebantur, vide. *tex. in l. 1. & l. feminam &. ff de Senatorib. Gratian. discep. forens. cap.*
834. num. 30. & 31. & quòd ex hoc Prin- 5
cipum status reddantur honorabiliores, dicit *Bald. in cap. intellecto col. fin. de iur. Iuran, Cassan. in Cathalog. glor. mund. 5. par. cõsiderat. 3. 15. 19. & 37. & per Glos. in Autehen. Constitutio de dignitab.* Et quomodò deferantur insignia, paludamenta, Arma
ante Cadauera Pontificum, Cardinalium, 6
vide *Cassan. 2. par. considerat. 5. per. tot. Polidor. de inuentionib. rer. lib. 3. cap. 100. in fin. Basil. Pont. lib. 8. de matrim. cap. 21. §. 2. ex num. 24. Decian. cons. 33. ex num. 21. lib. 1.* latissimè *Io. Bapt. Larrea allegat. fiscal. 8. num. 16. & 17.* At quoniám in isto §. tactum est de honoribus Cadaueribus Principum debitis ob decessum extrà proprios liberos Status, incongruum mihi visum non fuit tangere resolutiones aliquas circá insignia Armorum, constructionem Capellarum, & Sepulchrorum, & alia scitú digna.

Primò itàq; resoluo, quod insignia Ar- 7
morum depicta in Ecclesia, familiæ dignitatem ostendant, eiusq; memoriam conseruent *ex Ludouis. decis. Rot. 652. nu. 2.*
&quod renouata Ecclesia, debeant Arma, 8
& insignia renouari, nec sic deleta manere, *Seraphin. decis. 652. num. 2. & 1141. nu.*
7. Ex quo per illa, agnationis memoria, 9
dominium, & possessio rei in beneficium eorum, quorum sunt insignia, custoditur *ex Gratian. discept. forens. cap. 288. num.*
26. Quinimò, & per ea super aliquo pala- 10
tio depicta, Rerum identitas confirmatur, vt ait *Comitulus decis. Rot. 71. n. 7. Afflict. decis. 23. nu. 4.* Et fuit dictum *in vna Romana de Caeabarijs coràm R. P. D. Blanchetto*
Neq; insupèr alicui licebit aliqua Arma 11
abra-

abradere ab alicuius Cappella, ac aliena ponere, prout *post tex. in l. 1. C. vt nemini liceat pon. insig. &c.* dixit *Bart. in l. stigmata C. de fabricensib. lib. 11. & in tract. de insignijs* á princip. *Rot. par. 1. recen. decis.*
12 550. *num. 1. Ricc. decis. 692. & 667.* Vbi quandò hæres, vel Consanguineus possit apponere, seù affigere Arma in Cappella á Testatore, vel Consanguineo constructa, *Alphons. de Leon. de offic. Cappellan. quæst. 3. sex. 1. num. 12. Capyc. Latr. consult. 94. num. 11. Canalcan. decis. 17.* Vbi quod la-
13 pis incisus in antiquis, faciat plenam probationem respectù Iurispatronatus, etiàmsi non constaret de fundatione, & donatione illius, sequitur *Bald. cons. 310. Comitulus in*
14 *alia sua decis. 115. num. 15.* Vbi quòd antiqua insignia probent Iuspatronatum, *Crauett. de antiquitat. tempor. part. 1. sect. 8. Dec. cons. 135. incip. Ad iustificata num.*
15 *2. Rip. obser. 68. per tot.* Vbi quomodò Iuspatronatus probetur per insignia, vel marmora incisa, seù marmoreas litteras in lapide inscriptas antè fores Ecclesiæ, ex eod. *Bald. cons. 445. Anna singul. 289. Guidopap. decis. 341. nu 3. Ricc. decis. Cur. Archiepiscopal. 231. Lambertin. de Iur. patron. lib. 3. quæst. 5. articul. 4. num 2. Roman. singular. 280. Menoch de præsump. lib. 3. præsump 90. n. 10. & præsump. 130. n. 31. Rot. coràm Coccino. decis. 230. num. 31. & in recent. decis. 13. num. 3. decis. 518. nu. 5. par. 1. & decis. 548. par. 2.* Ac fuit dictum *in vna Lucana Iurispatronatus 26. Iunij 1619. coràm Dunozetto, apud Viuian. post prax. Iurispatronat. decis. 26. num. 15. & 16.* Dummodò tamen appareat insignia illa esse ità antiqua, proút est Ecclesia, vel Cappella, in qua sunt apposita, Ità quòd verisimilitèr dicatur, quòd fuerint apposita, vel inscripta in fundatione, quià si alitèr appareret, puta si essent apposita ob Cappellæ restaurationem, vel ob ælemosinam, Iurispatronatus existentiam nõ probarent;
16 Ex quo ex restauratione, siuè ælemosina Iuspatronatus non acquiritur *ex decis. Rot. in vna Caliguritana præeminentiarum. 17. Maij 1591. coràm Gypsio, & coràm Coccino allegat. decis. 230. Canaler. decis. Rot. 159.*
17 Vbi quòd ex insignijs non probetur existentia Iurispatronatus, nisi probetur fuis-
se apposita in fundatione, Licèt aliàs Iuspa- 18
tronatus probetur ex inscriptionibus publicis, maximè si in antiquis ad comprobationem inscriptionum cõcurrerent Testes, ex eod. *Canaler. decis. 336. & 378.* 19
Si verò insignia nõ apparerent adeò antiqua, & sic de eis esset dubium, quin apposita fuissent in fundatione, & hoc casu licèt ex illis non probetur Iuspatronatus, suffragantur tamen Patronis ad probationem, cum præsumatur ab eisdem apposita ad sui Iuris conseruationem, ex notabili *decis. Rot. 13. nu. 3. par. 3. in recent.* Sic
etiám dicerentur Patroni cõstitui in qua- 20
si possessione Iurispatronatus, si sententiã obtinerent, quod in Cappella Iudicis eiusdem mandato præcedente insignia eorum apponerentur, qui Iuspatronatus prætendetent *ex decis. Achill de Graff. 5. de caus. possess. & propriet. Caputaquen. decis. 420. num. 3. part. 2. Alphons. de Leon. de offic. Cappellan. quæst. 4. prax. 4. d. num. 46. ad 53.* & fuit dictum *in vna Pistorien. Plebaniæ coràm Nauarro 24. Maij, 1623. qua decis. est apud Viuian. post. prax. Iurispatronat. 84. in ordine.*
Secundò resoluo, quòd Cappellæ, & se- 21
pulchra constructa ob familiæ antiquitatẽ, ac splendorem distrahi non valeant, *text. in l. Aufidius refert 13. Vbi Bart. & Angel. ff. de priuileg. Creditor;* Et sic supèr il- 22
lis nullum Creditoribus acquiri poterit Ius, neq; super statuis ibidèm positis honoris causa, vt post *tex. in l. statuas 7. Cod. de Religios. & sũpt. funer.* Dixere *Mart. vot. 29. n. 17. Marãt. cõs. 70. n. 7 & Marant. Episcop. nouissimè tom. 1. responsor. Canonicor. respõs. 16. à num. 38. & 39.* Vbi subdit adeò ad Iudicis authoritatem spectare, vt Defunctorum, qui præclara gessere, memoria cõseruetur, vt neq; hæredibus fas sit, fundatorum arma, & insignia abradere, ac alie-
na apponere; cúm lugubre sit, & deplorã- 23
dum antiquorum memorias succedentium temeritate deperire, eorumque imagines auulsas inspicere, vt patet *ex tex. in l. lex, quæ Tutores §. nec verè demùm C. de adm. Tutor. l. legata municipio ff. de adm. rer. ad Ciuitat. pertinent.*

Tertiò resoluo, quòd licèt Defunctorũ monumenta abradere, seù asportare sit fa-

tis lugubre, ac inhonestum, qua etiam ratione sæuire in mortuos non permittatur, tamén hoc non obtinet, quandò corporis Defuncti contumeliosa asportatio, seù illius exhumatio fieret prò tutanda possessione, puta si quis esset suspensus in loco, in quo aliqua Vniuersitas præsupponit habere Territorium, & á parte negatur; vel si esset sepultus in sepultura, vbi nullū haber Ius, quo casù in mortuum corpus sæuitia exerceri non dicitur, si exhumetur, vel si furcæ in alio Territorio figerentur, & sic dato, quòd hoc esset delictum, tamén est deli-
24 ctum sine pœna; cùm delictum, ac scelus appellari non valeat, quòd non in contumeliam priuati corporis Defuncti fit, sed ad publicā tutandam possessionem, seù vtilitatem, prout singulariter aduertit *Dec. in l. imperium ff. de Iurisdict. omn. Iudic. à n. 16. 17. & 18.* Et rescripsit *Imperator in l. 3. § diuus tamèn Marcus rescripsit ff. de sepulchr. violat.* vbi *Glos.* dicit *Nota hic, delictum sine pæna* & allegat *tex. in l. at si quis § idem labeo ff. de religios & in l. relegatorum. §. ad tempus ff. de interdict. & relegat in l. 1. ff. de furt* & facit etiam *tex. in l. 1. ff de mort. inferen.* & nouissimé solemniter ad ornatum præcitatorum Iurium
25 reassumit *Regens de Tapia in comment Cōstit. Regn num.* 10. *&* 11. Vbi asserit, quòd ad hoc vt illius Constitutionis pæna obtineat contrà sæuientes in mortuum, vel sepulchrum violantes, illud specificè requiritur, vel quòd animo furandi, vel quòd animo iniuriandæ personæ id factum fuerit; Itaque minimè reputatur scelus Latronis, vel alterius Infamis ossa hostili animo frangere, & sic fracta humare, sed potiùs aliquali lege permittatur, prout fuit in duobus Latronibus cùm Christo Crucifixis, quorum crura fuerunt fracta, & sic humata, maximè si hoc fuerit prò possessione tutanda, non ad priuatæ personæ contumeliam, vt firmauit idem *Regens de*
26 *Tapia in comment d Constit. num.* 21. Vbi redarguit, *Afflict.* contrarium substinentē,
27 illa, inquam ratione; Quià Banniti, Grassatores, & aliæ huiusmodi personæ, hostes publici nominentur, ac proindè in vita, & in morte sit eis indictum bellum, & sic constitutionis rigor cessat, quandò quis in talium corpus, siuè bona sæuierint ad propriam possessionem tutandam, vt latè prosequitur *Dec. in d. l imperium nu.* 17. *& 18 ff. de Iurisdict. omn. Iudic.* & eò magis pæna cessaret, quando talis sæuitia exerceretur mandato alicuius Superioris prò Iurisdictione Subditorum conseruanda, 28
próut post *tex. in l. cùm super §. caueant C. de Agricol & censit. lib.* 11. *l. penul. ff. de constit Princip. l. fin. ff nou. vectigal. instit. non poss.* Dixit *Gaill. tract. de arrest. Imper. cap.* 8. *nu.* 6. *&* 12. Vbi recenset rationem, quia iniuria Subditis facta, censetur 29
facta Domino, ad *tex. in l. item apud Labeonem § sig; sic fecit. & §. item si liberum. ff. de iniur.* Ideò Subditi Dominorum, ac Superiorum mandata exequentes, etiamsi in corpus Defuncti sæuirent prò Iurisdictione, ac possessione tutanda, ab omni pæna erunt immunes.

Quartò resoluo, quomodò valeat concedi facultas assumendi Arma alienæ familiæ, remissiué ad *Theodor. allegat.* 27. 30
Quòd onus Arma, seù insignia assumendi inducat fideicommissum, etiamsi de eo aliter non appareat, *Molin. de primogenit. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 34. *& lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 7. *Latè Gratian discep forens. cap.* 288. *&* 31
cap. 381. *á num* 24. Vbi quod Armorum, & insignium Testatoris, seù Donantis delatione, vel eius familiam assumendi, dicitur grauamē inæstimabile, & donario dijudicetur ob causā. *Molin. vbi supr à n.* 17. & est *textus* punctualis *in l. hoc Iure §. fin ff. de donat.* Ibi *Sed hæ stipulationes, quæ ob causām fiunt, non habent donationem, denique Pegasus putabat, si tibi centum spopondero hac conditione, si iuraffes te nomen meū Laturum non esse donationem, quià ob rem facta est, & res sequuta est;* & per hunc *tex.* 32
consultus respondi, quod expensæ factæ in constructione alicuius Cappellæ, in qua adsunt Arma, & insignia, & sepultura Construentis, non debeant de communi de- 33
duci, ex quo causa apponendi Arma, & insignia dicatur finalis, & onerosa, licèt ante huius grauaminis implementum, dominium, & possessio acquiratur Donatario, ex eodem *Molin d. lib.* 2. *de primogenit. cap.* 34
14. *num.* 12. *& num.* 20. Vbi quomodò intrà annum non assumens Arma, & fami- 35

mi-

miliam Testatoris, qui hoc per viam modi
disposuit, priuetur successione, quam di-
scept. prosequitur etiam *Gratian. tom. 4.*
cap. 798. à num. 10. & seqq. Paris. cons. 19.
36 *à nu. 97. ad 121. lib. 2.* & àn tale tempus
possit restringi, vel prorogari á Iudice at-
tenta personarum qualitate, Vide apud
eund. *Gratian. & Molin. vbi supr. Tyrac-*
quell. de legib. Connub. l. 5. num. 27. in fin.
37 Qui in tantùm intelligit grauamen Ar-
ma assumendi à Testatore impositum te-
nere, in quantúm nomen, & Arma fuerint
honesta, aliás talis modus reyciatur ab in-
stitutione per *tex in l. ex facto 62. §. si sub*
conditione vers. si verò nominis vbi *Glos. in*
verb. conditio ff. ad Trebellian. & l. in hoc
Iure ff. de donat. & non dissentit *Molin.*
de primogenit. d. lib. 2. c. 12. n. 25. subdo ta-
38 mén Grauatum assumere nomen, famili-
am, & Arma Testatoris, posse etiám, &
suum nomen, & Arma retinere; Cúm suf-
ficiat vnum cognomen alteri esse insertũ,
vt experientia docet, & firmat idem *Gra-*
tian. discept. forens. tom. 4. cap. 645. à num.
17. Vbi, & alios recenset.
39 Insupér ad institutam materiam, quod-
nám dicatur sepulchrum, & quòd monu-
mentum, vide *Boer. decis. 287. à num 3.*
per tex in l. Alumna §. Seia Liberto. ff. de
40 *alimen. legat.* vbi tractat de translatione
cadaueris de vna ad aliam Regionem; Et
41 quomodò præcepta Testatoris mandãtis
corpus suum exenterari, vel cremari, non
42 sit obediendum ex *text. in l. quidam ff. de*
condition. Etsi benè possint corpora aro-
matibus cõdita deferri ad locum, vbi quis
43 viuens sepulturam elegerit, & latè quandò
cadauera non sint tradenda Medicis, vel
Chirurgis ad Anatomiã faciendã, prosequi-
44 tur idem *Boer. elegantèr vbi supra.* Et plura
notabilia ad materiã vide apud *Gratian.*
discept. forens. cap. 110. & cap. 210. per tot.
Quintó Resoluo *ex Ricc. in prax. par. 1.*
decis. 42. Vbi quomodó concessa Cappel-
45 la, non cẽseatur concessum Ius sepeliendi,
nisi id fuisset expressum in instrumen-
to, vel nisi sepulchrum scientibus ijs,
qui Cappellam concesserunt, fuisset ex-
46 tructum, & *decis. 601.* Vbi de venditione
Iuris sepeliendi, de venditione Cappella-
rum, & successione in eis, *Molin. lib. 1. de*
primogenit. cap. 24. num. 40. & 41. Nald. 47
in summ. verb. sepultur. Vbi quomodò ma-
gistri laici facultatem habeant conceden-
di Cappellas cùm sepulchris, *Leon. de offic.*
Cappellan. quæst 3. sex. 1. à num. 12. Lam-
bertin. de Iurepatronat. articul. 13. quæst.
11. in princip. lib. 1. Vbi quòd Iuspatrona- 48
tus non cadat in sepulchris, nisi ratione si-
militudinis, quam Iuspatronatus cum se-
pulchris retinet, *Roceb. de Curt. de Iurepa-*
tronat. verb. in Eccles. num. 13. Fusc. de
visit. lib. 2. cap. 16. num. 24. Vbi quomo- 49
do Iuspatronatus cadat in Cappellis Re-
ligiosorum, de qua te etiàm *Leon. de offic.*
Cappellan. prax. 2. num. 12. Et nouissimè
videndus *D. Episcop. Carol. Marant. res-*
ponsor. par. 1. resp. 16. Vbi singularia, 50
præsertim quomodò sepulchra, & Cappel-
læ valeant concedi absque labe simoniæ;
quomodò ex consuetudine vendi, ac di-
strahi valeant, & quid si sepulchra, & Cap-
pellæ fuissent constructæ ob familiæ splen-
dorem, àn supèr istis valeat cadere hypo-
theca, vel Ius aliquod acquiri Creditori-
bus, elegantér discutitur, & vide *Gratian.*
discept. forens. d. cap. 210. per tot. supèr qui-
bus plura notanda ponuntur.
Primò notatur, electionem sepulturæ 51
debere esse liberam, nequé pendere posse
ab alieno arbitrio, vel ab alterius sugge-
stione *ex Lauorio variar. lucabrat. tit. 2.*
cap. 11. num. 3. Laro. de Cappell. lib. 1.
cap. fin. num. 51. Crauett. cons. 16. vol. 1. 52
Vbi etiám, quòd pactum de eligenda se-
pultura non arctet. *Bursat. cons. 226. &*
227. num. 18. vol. 3. Ricc in prax. decis.
662. fol. mihi 782. Gratian. discept. forens.
cap. 210. à nu. 19. Nouissimé *Carol. Ma-*
rant. tom. 1. par. 2. responsor. Respons. 14. 53
à num. 1. Vbi etiám, án sepulturæ semel
facta electio, valeat reuocari; Quinimò si
Testator moriens mandaret, vt sibi eliga- 54
tur sepultura, si in vita hoc nõ declarasset,
debet in parochiali sepeliri *ex Lauor. vbi*
sup. num. 7. & 9. Verùm si adesset sepul- 55
chrum Maiorum, & quis decederet, non
electa sepultura, in eodem maiorum sepul-
chro esset sepeliendus, ad *tex in cap. Is qui*
de supulturis lib. 6. Oldrad. cons. 25. Spino
in specul. testamentor. Glos. 2. à num. 38.
Garzia de expens. cap. 8. nu. 4. Guttierez. de
Iura-

Iuramen. confirmat. par.2 cap. 4. à princip. Tuschus tom. 7. litt S. conclus. 294. Imò si
56 Pater esset sepultus in vna Ecclesia, & reliqui Maiores in alia, filius sepeliendus esset in sepulchro Maiorum, *Rodriquez. quæst. Regular. tom. 3. quæst. 58. articul. 8. Lauor. variar. Lucabrat. tit. 2. cap. 11. à num. 113. Peregrin. cons. 72. num. 9. vol.*
57 *3.* Eâ ratione, quià nil iucundius ex hac vita decedentibus, quàm Maiorum iacere sepulchris, vt oblationibus, sacrificijs, ac successorum orationibus eorum animæ li-
58 berentur, *ex cap. 1. de sepultur.* Indé *Cicero officior. lib. 1.* Aiebat, *Sanguinis coniunctio, & beneuolentia deuincit charitate homines: magnum est enim eadem habere monumenta maiorum, ijsq; vti sacris, sepulchra*
59 *habere communia; &* Polibius *hystoriarum lib. 5.* Iustinus *hystoriar. lib. 9.* Referunt de Philippo Macedonum Rege, *quòd bello consumptorum corpora sepulturæ reddidit, reliquias funerum, vt ad sepulchra maiorum deferrent, vltrò hortatus est,* & *Ma-*
60 *gnus ille Alexander Darij* mortem prosequutus, dempta tibi clamyde, corpus illius contexit, atq; Regio ornatum cultú, ad Matrem maiorum suorum tumulo infe-
61 rendum misit, *ex Quinto Curtio lib. 5. Plutarcho in vita Anibalis Sophoclis in Electra Scena 6.* Vbi id doctè cecinit.

Impositum igitur ardenti rogo
Statim cremauimus, redactumq; tenuē
In puluere, atq; vasculo inclusum
Breui.
Ex Phocide huc viri tulere, vt patrio
Partem sepulchri adipisceretur in solo
& scena. 7.
Fera, qua subripere nece, vt sic mortuus
Hoc tempore hic saltèm iaceres patrio
Sortitus in tumulo locum.

62 Quinimò in *tex. in cap. vnaquaque 13. quæst. 2.* Prò maledictione habetur in Maiorum sepulchro non sepeliri, *ex dicto Pro-*
63 *phet. 3. Reg. cap. 13. Eò quòd contrà præceptum Domini comederat. In* Bethel. *Non inferetur Cadauer tuum in sepulchro Patrum*
64 *tuorum;* Insupèr apud *Abderites* lex erat, vt patrimonium dissipantes, Maiorum sepulchro non sepelirentur, sed alieno, ex
65 tradiris per *Diogenem Laertium in Democrito, &* Alexander. *ab Alexandr. dierum genialium lib. 6. cap. 14.* Et cecenit elegātèr *Catullus ad Manlium* epigr. *63.*

Quem nunc tàm longè non inter nota sepulchra
Nec propè Cognatos compositū cineres
Sed Troia abscena, Troia infelice sepulchrum
Detinet à nostra terra aliena solo.

Atque ex hoc ab *Antonino Imperatore in l. si quis sepulchrum ff. de Relig. & sumpt. funer.* fuit sancitum, quòd si quis habeat sepulchrum, viam autém ad id non habeat, & à vicino ire prohibeatur, valeat itér precario peti, & dato, quòd non debeatur, ab eo impetrari, qui fundum adiectum habet. 66

De antiquis veró vsibus circá sepulchra construenda intrá, vel extrà Ciuitaté, & quomodò olim tám magna fuerint sepulchra, vt habitationes continerent, vide *Lauor. variar. tit. 2. cap. 5. à nu. 84. Ioān. Circhman. de funerib. lib. 2. cap. 20. Guther. de Iur. manium lib. 2. cap 21. Amaiam. lib. 1. obseruat. cap. 6. à num. 5. cum seqq. Tullium lib. 2. de legib. text. in l mortuorū C. de Religios. & sūptib. funer. l. 3. §. Diuus ff. de sepulch. violat.* 67

Expensæ autem faciendæ in funeralibus antiquitùs erāt excessiuæ, prout refert *Anton. de Ball. variar. lib. 5. prag. 3. tit. 64. §. 3. num. 2. fol. mihi. 306.* & de Alexandro Magno refertur in funeralibus sextertia 12000. expendisse ad tradita per eundem *de Ball. vbi supr.* vbi etiám quid hodiè obseruetur. 68 69 70

Et quiá ad materiam valdè arridet casus, qui mihi contingit in Ciuitate Lucana, dúm ibidém Auditor eram de anno 1656. Ideó per extensum labores in causa factos hic subindè imprimendos curaui. 71

L V C A N A

EXPENSARVM FVNERALIVM
Luna 15. Februarij 1656.



Obilis Carolus Laurentij Ciuis Lucen. & Aromatarius valdè peritus in eadem Ciuitate egit corá me vt Iudice Consultore, & Delegato ab Excellentiss. Consilio in causis Aromatariorum, prout publica docent 72

erent documenta per viam sequestri contrà hæredes q. Spect. Petri Dati prò summa consequenda scutorum 33, prò residuo maioris summæ ex diuersis medicaminibus alexipharmacis, alijsq; medicinalibus potionibus, ac etiàm medicamentis anastomaticis per diuturnum temporis cursum d. Spect. Petro Dati præstitis, donèc, & quousq; lætifero Dysuriæ, seù carnositatis morbo laborauit, & suæ vitæ periodum adimpleuit, & instante prò adiudicatione sequestri iàm executi supèr quibusdam fructibus, & bonis eiusdem q. Spect. Petri Dati, comparuit V. D. Angela Trenta vti hæres q. D. Octauij Buzzolini creditoris anterioris eiusdem D. Petri Dati vigore publici Instrumenti celebrati ab Eg. Ser. Pōpeo Morganti de anno 1640. die 5. mēsis Ianuarij, & institit sibi adiudicari tanquàm creditrici anteriori, & successiuè
73 præferri; Cùm Tertius comparens, vt valeat admitti ad causam, sufficiat, vt coloratè doceat de iuribus suis, vt latissimè dixit *Rot. post. Salgad. tract. labyrint. credit. decis. 89. per tot.* Qua propter auditis pluriès, atque pluriès hinc indè partibus cum eorum Procuratoribus, & Aduocatis, sententiaui ad fauorem dictæ V. D. Angelæ Trentæ tertię comparentis, præmissis tamen plurib. ad casus decisionem.

Fuit nanq; Primò consideratum, quòd maxima intèr DD. est altercatio, àn impēsæ funeris præferantur Creditoribus ante-
74 rioribus, habētibus expressam hypothecā, & quòd non præferantur ex ratione, Quià non sunt debitum defuncti, sed quasi debitum *l. si quis sepulchrum* 12. *§. fin. ff. de religios. & sumptib funer. Peregr. de*
75 *fideicomm. art.* 35. *num.* 4. Ideò non videtur æquum, vt præferantur vero debito, prò quo bona sunt expressè obligata, pròut sic dicit decisum *Præses de Franch. decis.* 51. *par.* 1. *per tot.* á qua non esse recedendum monet *Vicent. de Anna singulari* 250. *Boccac. ad constitut. Marchiæ vt minorum Glos.* 9. *nu.* 17. *Neguz. de pignorib. par.* 5. *memb.* 2. *num.* 28. *vers. decimo* 3. *fallit.* cum alijs latissimè cumulatis per *Gratian. discept. forens. lib.* 1. *cap.* 94. *à num.* 1. *&* 2. *Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 23. *nu.* 23. *cum. seqq.*
76 Tamen verior est opinio, vt funerariæ impensæ præferantur, etiàm creditoribus habentibus expressā ex *text in l penul ff. de religios. & sūpt. funer.* vbi impensā funeris faciēs Creditor, quòd nō dicatur Defuncti, 77
sed hæreditatis, de qua sēpèr illa est deducenda, pròut istam opinionem vti æquam, & magis Iuri consonam, fundat *Fachin lib.* 12. *controuers. Iur. cap.* 49. *Rolan. cons.* 14. *nu.* 23. *lib.* 1. *Tepat. lib.* 1. *var. sententiar. de funerabilibus cap.* 1. *in* 2. *Notabili lib.* 1. *Lodouic. decis. Perusin.* 78. *num.* 22. *par.* 1. *Diaz. practicar quæst. quæst.* 6. *num.* 11. & contrà dictam decisionem *Præsid. de Franch.* inuehit *Mastrill decis.* 10. *lib.* 1 *& pariter Caualcan. decis. Finizan.* 32. *Castill decis.* 103 *Maynard. decis.* 50. *lib.* 5. *Ricc. collect. decis.* 473. latè *Fontanell. de pact. nuptial. clausul.* 6. *Glos.* 2. *parte* 5. *nu.* 26. *Thesaur. lib.* 4. *quæst forens. quæst.* 24. vbi in fine contrà dictam decisionem *Præsid. de Farnch. Amat. decis. Ferrarien.* 8. *n* 3. *Surd. dec.* 112. vbi latissimè *Hodierna. Additionator* & *Ego* quoquè istam opinionem sequutus fui Ibdèm, *Adden. ad Gregor. decis.* 421. *num.* 14. *Vrsell. conclus.* 119. *num.* 33. *Paul. Staiban. Iun. resol. foren. cap.* 64. *per tot. tom.* 1.

Quibus sanè in Iure existentibus, difficultatum fuit etiàm per DD. àn *text. in l. si quis sepulchrum*, haberet locum in casú, 78
de quo agebatur Nimirùm, quòd liceè impēsæ funeris habeant priuilegium, nedùm tacitæ hypothecæ, verùm etiàm prælationis respectū aliorum Creditorum iuxtà dictum *tex in l. penult. ff. de relig. & sumpt. funer. l. fin. §. in computatione Cod. de Iur. deliberan. Surd. decis.* 255. extendatur ad medicamenta, & impensas factas in infirmitate Testatoris, & *Mastrill. decis.* 10. affirmatiuam concludit opinionem; sed eū infrascripta limitatione, scilicèt, vt procedat simplicitèr in impensis factis in vltima infirmitate tantùm, in qua decessit: Eò quià ipsæ debent gaudere eisdem priuilegijs, quibus gaudēt eæ, quæ impendūtur in 79
decedentis funere, *DD. omnes in l. in restituenda Cod. de petit. hæredit.* vbi *Bart. Bald. Paul. de Castr. Salyc, Alex. & Alij, Merlin. de pignorib. & hypoth. quæst.* 17. *n.* 24. *lib.* 4. *Gratian. discept. forens. cap.* 94. *num.* 13. *&* 14. *cum Alijs nouissimè congestis*

His per Stayban. Iun. cit. resolut. 64. num. 2. 3. & 4. cum seqq. Hodiern. d. addit. ad
80 *dec. Surd.* 112. *cum omnibus DD. suprà citatis* Cùm non minus humanæ Reipublicæ interfit homines conseruari, qui auia perfruuntur vitali, quàm mortuos sepeliri Idem *Gratian. vbi proximè n.* 15. Et cõsequẽ-
81 tèr, vt dixi, ea, quæ expenduntur in funere, præualeãt omnibus indistinctè Creditoribus, siuè tacitam, siuè expressam hypothecam habentibus, *Surd. magistraliter citata decis.* 255. *cum alijs suprà pleno calamo citatis*, Idem ergò est asserendum de
82 medicinalibus, quæ inseruierunt in vltimo morbo, *Rolan. cons.* 14. *per tot.*

Verùm hæc omnia transiuerunt intèr ambas partes absque quasi difficultate, sed difficultas in eo manebat, cum per D. Carolũ Laurentij fuerit reportatum vnum computum diuersorum medicamentorum per spatiũ 10. & pluriũ annorũ ipsi Spect. Petro Dato præstitorum causa morbi Dysuriæ, seù carnositatis, ex qua postea vitam cum morte commutauit, án pró omnibus expensis, seù medicinalibus toto tempore morbi præstitis, d. Carolus Laurentij esset præferendus, vel restringi tantùm ad illas impensas factas in vltima infirmitate á die decubitus, vel febris superuenientis.

In qua sanè quæstione difficultas ancipitem me reddit, cum hinc indè adessent rationes, & pró affirmatiua vrgebant infrascriptæ nimirùm, quód eum inprocessũ per d. Carolum Laurentij fuerit probatum, d. Spect. Petrum Datum non alio laborasse morbo, quàm Dysuriæ, seù Carnositatis, quæ fuit interitus causa, & quę sua mortifera tabe temperaturam adeò infecit, vt hac infectione mediante, exuperata omnium qualitatum resistentia, & actiuitate, ad mortem Ipsum impulit, ad-
83 eò vt vltima infirmitas dijudicãda esset; Cũ vltima illa censeatur, ex qua Ægrotantis mors prouenit, prout indicat illa decisio *Surd.* 255. *num.* 25. *vers. hac autem impẽsa restringitur ad eam infirmitatem, ex qua decessit, & quæ illi interitus causam prabuit*, prout in eisdem terminis *Gratian. citat. cap.* 94. *num.* 16. & magis in terminis *Carpan. ad Stat. Mediolan. cap.* 356. *num.* 10. Vndè fatendum erat, infirmitatem Dysuriæ, seù carnositatis mortem intulisse, & illius causam efficientem, & immediatam extitisse; Licèt infirmitas proptèr diuturnum annorum cursum interdúm aceritèr, interdùm lenitèr eundem D. Petrum vexasset, ex quo diuersæ infirmitatum species repe- 84
tiuntur; Nonnullæ sunt, quæ maxima celeritate, impetuq; organicũ corpus inuadunt, e iq; cum celeritate mortem afferunt, vt febris violenta &c. Nonnullæ veró sunt, quæ Ægrotãti mortẽ, seú interitũ afferunt sed lenitèr, afficiendo Primúm aliquam corporis partem, deindè paulatim excrescendo, & deniq; totum corpus vitale pestifera qualitate inficiunt, & Ægrotanti licèt tardè, nihilominùs mortem subministrant, vt testatur *Menoch. de præsump. præsump.* 44. *per tot. lib.* 6. Quod totum etiam oculaitèr ex serie cuiusdam epistolæ transmissæ per eundem Petrum Datum D. Carolo Lauẽtij cõstat, in qua ipsũ certiorat de varijs illius morbi vicissitudinibus, & notitiam indicat de medicamentorum vtilitate, quam ipse sentiebat &c. Cuius D. Petri assertionem videbatur, omnimodam remouere difficultatẽ, dum ipsa epi- 85
stola principium, & progressum sui morbi circumscripserit, loquens de propria experientia, quæ rerum omnium magistra existimatur, *Rolan. cons.* 25. *nu.* 19. *& cons.* 1. *num.* 41. *lib.* 4. *Alex. cons.* 76. *n.* 11. *lib.* 4. *Natt. cons.* 391. *n.* 7. *lib.* 2. Cui assertioni accedebat etiám depositio duorum Medicorũ valdè peritorũ attestantium d. Petrũ Datũ (propria experientia) objisse causa supradictæ infirmitatis, quæ diù illũ vexauit, & concludentèr dicunt, omnia medicamenta, vel saltèm maiorem illorum partem fuisse subministrata per d. D. Carolũ Laurentij causa supradictæ infirmitatis, quibus omnimoda præstanda veniebat fides, cum deposuerint nõ solùm de iudicio proprio, sed etiàm super eis, quæ ad phy- 86
sicam pertinebant, & vnicuiq; de sua arte est credendum, *Blanch. in sua prax. num.* 76. *&* 80. *fol* 133. *Alex. cons.* 174. *num.* 7. *lib.* 2. *Surd. cons.* 126. *num.* 17. *Thesaur. decis.* 41. *num.* 24. *Rot. apud Merlin. decis.* 465. *num.* 3. *cum seqq.*

Sequebatur ergò pró dicta opinione, quód esset valdè probatum, d. Spect. Pe-
trum

rum Datum ex ipso morbo Dysuriæ mortuum esse, & quod d. Carolus Laurentij prò medicamentis omnibus præstitis prò eiusdem cura, quibuscunq; Creditoribus, etiàm habentibus expressam, & etiàm ex
87 causa dotis præferri omninò deberet; Cùm appellatione funerum cōtineantur impensæ vltimæ infirmitatis, quamuis grauis, & longa fuerit, ;vt decisum refert contrà se *Fontanell. de pact. nuptial. clausul. 6 Glos. 2. par. 5. nu. 27.*; Vbi ait, *die 2. mensis*
88 *Maij.* 1614. fuisse declaratum, esse primo loco graduandas impensas vltimæ infirmitatis, quæ longa, & grauis fuerat, immò etiàm funerum, non obstante, quòd eius creditum esset anterius, & hypothecariū, quod etiàm tangit *Rolan. cons. 14. n. 25. & seqq. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. qu. 15. n. 13. vers. sed contraria. Guttierez lib. 2. practic. quastion. quæst. 72. num 5. circà med. Cancer. lib. 3. variar. resolut. tit. de inuentar. cap. 2. nu. 168.* cùm alijs per *Hodiern. & per* me *in Addit. ad Surd. decis. congestis 112. & 255. per tot.* Quà sumpta occasione, conclusio extendi videbatur ad multos casus.

89 Primò, vt contineantur etiàm illæ expensæ, quæ fiunt cadauere præsente, in luminibus, custodibus, ipsiusque vestibus; Tùm illæ, quæ fiunt in deferendo mortuum ad sepulturam, in pulsatione campanarum, in apertura sepulturæ, in cera, in pane, qui distribuitur Pauperibus, in missis, & sacris ceremonijs peragendis, in oblationibus, alijsque obsequijs pró animæ cōmendatione, *Guttierez allegat. quæst. 72. Gama decis. Lusitan. 308 Consta de portion. Rat. quæst. 73. Viuin. decis. 307. lib. 2. Borrell. cons. 8. Menoch. de arbitrar. cas. 173.*
90 *num. 8.* Quod vendicat sibi locum, etiãsi esset in præiudiciū Legatariorum, vt hæres possit expendere ad sui libitum, vt videre est penès *Hodiern. vbi suprà nu. 10.*
91 Paritèr cōnumerantur vestes lugubres, vestes Famulorum, & familiæ intèr personas, quæ hæc effugere nō possunt, *Simō. de Pret. dè interpetrat. vltim. volūt. lib. 3. solut. 4 n. 4. Sebastian. Medic. de sepult. in 2. par. quæst. 5. num. 18. Fontanell. citat. clausul. 6. num. 33. Mastrill. d. decis. 10. n. 11. par. 1. Surd.*
92 *citat. decis. 255. nu. 27. cum seqq.* Quemadmodùm etiàm lectum viduale, vt fundat, *Rouit. cons. 9. lib. 2.* Impensæ Inuentarij, & Testamenti, *Flores de Men. practicar. quæst. lib. 1. quæst. 6. num. 11. Anell. de Amat. cons. 88. num. 6. Viuiu. decis. 307. num. 1. lib. 2. Argel. de legitim. contradictor. quæst. 10 num. 184. art. 11. Amat. decis. March. 42. n. 6.* in punct. *Censal. ad Peregr. fol. 327. col. 1. ver. 3. obseruo.* impress. Ven.

Ità quòd dictas impensas valeat maritus, seù quilibet alter petere à Patre Vxo- 93
ris, vel retinere ex dote, quandó expendit in funus propriæ vxoris *Alex. Trentacinq. cons. 20. num 15. lib. 1. Seraphin. decis. 891. in fin. Fontanell. latè de pact. nupt. claus. 6. Glos. 2. par. 5. Gaspar. Thesaur. quæst. foren. quæst. 52. per tot.* qui loquitur de infirmitate incurabili.

Licèt conclusio prædicta limitationem 94
recipiat, si maritus ex vi Statuti aliquid ex dote lucraretur, quià túnc prò illa porttione lucrata, ad has expensas tenetur, *Const. de port. rat. quæst. 73. nu. 9. Ludouisius* 95
decis. 573. num. 9. vel si Vxor esset pauper, nàm tunc maritus in subsidium illam impensam sustinere tenetur, *Natt. cons. 547. num. 27.* vbi expendit *tex. in l. quod in vxorem Cod. de negoc. gest. l. in Patrem & l. quod si nulla dos ff. de Religios. & sūpt. funer. Const. de remed. subsidiar. remed. 83. num. 5. & 6.* vbi ait, hoc quoquè pro- 96
cedere in Successore in Maioratu, in fideicommisso, in fæudo, & in primogenitura, qui sustinent, hanc impensam in subsidium, quandò aliundè hæres prædefuncti non haberet, vt etiàm notat *Peregr. de fideicom. art. 40. & Mastrill. decis. 203. Cēsal. ad Peregr. d. art. 40. fol. 265.* impress. Venet. *col. 2. vers. in quadam patauina.*

Et quod impensa funeris detrahenda sit 97
integrè ab ipsa dote, fuit firmatum à *Rot. in illa Romana successionis Lunæ 24. Ianuarij 1650. coràm Eminentiss. Corrado* impress. *post Censal. ad Peregr. decis. 47. num. 2.* Vbi infinitæ DD. authoritates, & Rotæ decisiones cumulantur, & *sub num. 2.* firmat, quòd quantitas venit moderanda arbitrio Iudicis, *l. si quis sepulchrum §. sump-* 98
tus vbi *Glos. & DD. ff. de Religios. & sumptib. funer. Rot. decis. 399. num. 17. vers. cum in illarum admissione &c. part. 5. recen.*

recent. & ibid. explicatur quantitas feur.
99 156. & b. 55. quam Maritus, seù aliquis alius erogauerat in eam causam, attenta qualitate Personæ, & quantitate dotis, *Ioseph. Lodouic. decis. Perus. 79. num.* 15. *ver. dixi quod impensa, Garz. de expens. cap.* 8. *num.* 16. *vers qua, &* in terminis sic fuit firmatum in *Romana hæreditatis* 14. *Decembris* 1646. *coràm bon. mem. Arguelles impress. post Merlin. tract. de pignorib. decis.* 137. *à num.* 34. *vsq; ad* 38. vbi ex alio-
100 tum voto, & præsertim *Fontanell.* Ait, quòd expensæ infirmitatis, etiamsi infirmitas sit longa, grauis, & incurabilis, veniant præferendæ absque dubio Creditoribus omnibus habentibus expressam, & ad multos casus practicabiles in dies se extendit, vide, & aliam decisionē post eūdem *Merlin. de pignorib. decis.* 74. *nu.* 29.

Et vt redeamus ad casum, à quo discessi neq; prædictis obstare dicebatur, quòd licèt d. Spect. Petrus Dari per longam annorum seriem fuerit carnositatis morbo oppressus, nihilominus ipsum aliquos fecisse actus, qui indicabant præsumptionem sanitatis, & salutis, & consequentèr non poterat dici, quod sempèr idē morbus perseuerauerit ad inducendam continuationē ipsius morbi vsq; ad vltimum vitæ spiritū
101 Respondebant enim DD. informantes prò D. de Lautenrijs, quod licèr Infirmus non semper tenacitate morbi opprimatur, & aliquos actus sanitatem indicantes præstet, re vera tamē non recōualescit, quandò viscera sunt infecta, & quamquàm sanus exteriùs videatur, tamèn morbus interiùs serpit, & donec, & quousqué omnia viscera non sint tabida, semper excrescit, & deniquè mortem Ægroganti infelicem, & inexpectatam, sua intrinseca tenacitate parit, Itá in punct. *Praposit. in cap. dilecti extr. de sponsal. Corsett. singul.* 368.

His tamen non obstantibus, contrariā opinionem insectatus fui, nempè ad fauorem Ven. Angelæ Trenta tertiæ comparentis, & Creditricis anterioris d. Carolo Laurentij, motus ex infrascriptis sané fundamentis.
102 Primum enim æquiuocum est patens, dùm aliud est morbus, nempè causa infirmitatis, & aliud est infirmitas ipsa, seù mala valetudo contingens ex morbo, nempè effectus ipsiusmet morbi; Iste autem effectus licèt á sua causa reguletur, quæ quandò grauis, aut leuis, longa, & breuis, est infirmitas, *Barbos. axiomat.* 80. *nu.* 1. *cum Ibi allegat.* Licèt etiàm durer, ea durante, *l. semper §. negotiatores. ff. de Iur. immunit. Tyraq. tract. cessante causa par.* 1. *num.* 17. *Surd. cons.* 302 *nu.* 5. *Barbos. loc. proxim. citat. numer.* 2. Tamén est quid di- 103
stinctum, & separatum ab ea; Cùm plures etiàm inter se distincti effectus ab vna, eademq; morbi causa proueniant, si Medicis fides est adhibenda. V.G. redundantia frigidi humoris, efficit febres chronicas, hydropesim, podagram, & similia, quæ 104
podagra non impedit administrationem per *tex. in l. podagra* 3. *Cod. qui morbo se excus. lib.* 10. *& fuit dictum in Bononien. pecuniaria* 10. *Ianuarij* 1650. *coràm Eminentiss. Otthobono impress. post Salgad. decis.* 1. *num.* 10. Plenitudo sanguinis efficit 105
pleuritidē, Æpatis inflammationes, Apoplexiam, & similia: Bilis est causa febrium ardentium, phrenesis, ptisis, & similium, vt optimé ratiocinatur in proposito, *Andr. Argol. in tract. de dieb. chritic. & Ægrorum decubit. cap.* 10. *lib.* 1., & proindè plures, & inter se distinctæ infirmitates ab vno, eodemq; morbo originem habere dicuntur.

Ex quo sequitur, quód quandò Iura, & DD. priuilegium prælationis tribuunt expensis factis in curatione ægri, non illud extendunt ad omnes expensas factas in curatione morbi, ex quo idem Æger decessit, quiá isto casu omnes expensæ factæ in quacumq; infirmitate, quæ ortum habuisset á d. causa morbifica, essent priuilegiatæ; sed 106
illud solummodò restrinxerunt ad expensas vltimæ infirmitatis, factas in vltimo periodo, quo morbus ægrotum afflixit, & ad mortem vsq; redegit, & ratio prædictorum est; Quiá medicamenta præstantur 107
secundúm, quod infirmitas augetur, & diminuitur, quod Iuri communi est conforme, ad tradit per *Rolan. cons.* 79. *num.* 59. *lib.* 2. *Nell. de Tutel. cap.* 32. *&* 222. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 6. *glos.* 2. *par.* 3. *num.* 74. Cùm infirmitas recipiat ma- 108
gis, & minùs, ac tempore mutabilis sit,
Ideoq;

Ideoq; in ea non valet argumentum de preterito ad præsens, nám tempus edax rerum, omnia, quæ tempori subiciuntur, diuersa facit, ac mutat. *cap quandò tit. de elect. in 6. Rolan. consl. 67. num. 17. lib. 2. Surd. cons. 135. num. 55. Seraphin. decis. 175. num. 7. Mantic. decis. 169. num. 5.* Nouissimè *Scannarol. de visit. Carcerat. lib. 3. cap. 1. num. 15 16. & 17.*

109 Vndè claré dignoscitur, quod DD. non habuerunt respectum ad causam, sed ad effectum vltimi morbi, aliás sequeretur absurdum, quod expensæ factæ in pluribus infirmitatibus alicuius, qui vnico morbo laborauit, qui morbus de Iure vltimus dici potest, licét priorem non habuerit, teste *Alciat. in Coment. de verbor signif. Caluin in lexicon. Iur. in verb vltimus*, Essēt

110 priuilegiatæ in præiudiciū habētiū expræssam, & anteriorem hypothecam, quod absurdum minimé est ferendum, *l. nàm absurdum ff. de bon. libert. cùm concordantib.* Et sequeretur etiam correctio *tex. in l. qui potior ff. qui potior. in pign. habean.* Quæ omninò vitanda est, vt testantur *DD. relat. per Barbos. axiom. 60. per tot.*

Neque epistola Spect. Petri Dati refragatur; Quemadmodùm nec etiám depositiones Medicorum, vt suprá, ex quibus elici dicitur, vnicam fuisse mali causam earnositatis; Quiá respondetur, quòd non hoc ideò excludunt, quòd ex d. causa plures non fuerit passus infirmitates, quarum vltima fuit, & ex qua mortuus fuit in Castro Burgi ad Mozzan. vbi per menses, & annos antea fungebatur officio Commissarij; Vndè quandò deponunt de morbo, habent respectum ad causam, non ad effectum, nempè ad vltimam infirmitatem, & sic intrat conclusio ad fauorem D. Angelæ Trenta, quòd quotiescunq; contrariū

111 eius, quòd Testis deponit, potest stare cùm veritate causę, in qua testis fundat eius dictum, tunc talis testis nihil probat, ad tradit per *Bald. in l. conuenticula num. 5. C. de Episc. & Cler. Riminal. consl. 219. num. 18. lib. 2. Rot. Roman. par. 2. diuers. decis. 77. num. 8.*

Tantò magis quiá dict. Spect. Petrus Dati pluribus in locis fuit destinatus in Commissarium ab Excellentiss. Consilio, quod facere non potuisset, si infirmitate supposita, & continua laborasset; Cùm certum sit, quòd infirmis á Principe non 112 demandantur huiusmodi munera, & officia, seù Commissariatus, Cū cura Populorum, sed immò eis Curator detur, vt sunt formalia verba *tex. in l. itèm ff. de postulan.*

Fuit etiám consideratum, quòd per d. Carolum Laurentij non fuit probatus vltimus status morbi dicti Spect. Petri Dati, dùm non solùm quiá ipse erat absens à Ciuitate Lucana, & erat in officio in Oppido Burgi, verùm etiám afferebatur alterum computum taxatum ab illo Aromatario Castri Burgi, vbi d. Spect. D. Petrus Dati vitam cum morte commutauit; ex quo appatet, quòd non potuit verificari vltimus status, seù vltima infirmitas; Requisitum neccessarium à DD. in ista materia, immò d. Aromatarius Burgi apparuit, quòd fuit in parte satisfactus; Fuit pariter consideratum, quòd pró medicamētis nulla adest lex, vt ipsis tribuat prælationis priuilegium, sed tantùm ex exstensione DD. ex æquitate *tex. in l. si quis sepulchrum ff. de religios. & sumpt funer.* Vndè cùm text. loquatur de illis expensis factis immediaté post mortem Defuncti; Itá etiàm extensio DD. debet intelligi de illis medicamentis immediaté antè mortē. 113

Quarè &c. Itá fuit decisum vtraq; parte acerrimè Informante.

ARGVMENTVM.

Confiscatio, án & quandò in Fęudis ex pacto, & prouidentia per delictum Læsæ Maiestatis locum sibi vindicet, & àn in illis Fæuda præfata aperiantur Domino, vel Fratribus, seù alijs Agnatis transuersalibus.

SVMMARIVM.

E *Nunciantur Authores exagitātes hanc quæstionem, num. 1.*

Bona Fæudalia saltèm quoàd cōmoditatē, emphytheutica, ac etiàm subiecta fideicommisso, seù Maioratui, àn subiaceant confiscationi remissiuè, num. 2.

Emphytheusis noua, vel antiqua, àn veniat in confiscationem, num 3. Et quid de Iurepatronatus remissiuè, num. 4.

Ponitur decisio Sacra Rota Romana super prafata materia, num. 5. Et enarratur factum, num. 6.

Instrumentum inuestitura non abolitum, nec cancellatum, neq. in vlla sui parte vitium visibile continens, tribuit priuilegium immissionis ad instar l. fin. Cod. de edict. Diu. Adr. toll *num. 7.*

Immissio denegari nō potest vbi de legitimatione Personarum, & bonorum identitate non dubitatur num. 8.

Legitimus contradictor non fit ex asserta deuolutione bonorum ob delictum primi acquirentis in praiudicium comprahensorū, num 9.

Fratres dici possunt primi acquirentes, cum prò eis nominatim sit facta stipulatio, num. 10.

Vocati expressè in inuestitura nominibus proprijs, & aequalitèr contemplati, habēt Ius ab alijs omninò independens, cū censeantur aequè principalitèr contemplati, & ideò primus acquirens eis praiudicare nō potest, num. 11. & quomodò procedat, num. 12.

Negligentia Patris Nepotibus expressè vocatis praiudicare non potest, num. 13.

Faudum Domino aperitur ob delictum Lasa Maiestatis, num. 14.

Praiudicium licèt generetur filijs in Faudis ex pacto, & prouidentia od haredes extraneos non transitorijs ob crimen Lasa Maiestatis per Vassallum patratum, non tamen affertur detrimentum Fratribus, & alijs Agnatis transuersalibus, quin post mortem Delinquentis possint, & debeant, excluso Domino, ad illius successionem admitti, num. 15. & de ratione, num. 16. & quandò praiudicaretur alijs, num. 17.

Titulus solutionis ad effectum, de quo agitur, non prodest, vbi alij prò nominibus expressis sunt vocati, cum illis sit aequè principalitèr Ius quaesitum, & de ratione, num. 18.

Facultas si attribuatur disponēdi solummodò inter cōprahensos, potius arguitur denegata potestas illis quoq. praiudicādi, n. 19.

Verba Pariter teneanatur, & eorum quilibet teneatur &c. *quid importent, n. 20.*

Vocatio si sit successiua, vnus alteri, delinquēdo, vel alitèr, praiudicare non potest, num. 21.

Verba Donèc eorum, & cuiuslibet eorum linea durabit, quid operantur, *num. 22. & 23.*

Inuestitura alterata in praiudicium Ecclesia ex admissione plurium Personarum, quám in prioribus continentur, nullius est roboris, prasumitur tamèn cum prima conformis, num. 24.

Assertio Domini directi, quòd vltima inuestitura est ad normam antiqua, non mediocrem pralumptionem facit, num 25.

Obseruantia si durauerit per annos 40. quo tēpore inuestitura semper vti valida (etiàm mutatis Dominis directis) fuit obseruata, dat interpratationem multùm considerabilem in materia Faudali num. 26. Ampliatur, num. 27. & quid operetur num. 28. & 29.

§. VIGESIMVS NONVS.

QVÆSTIONEM istam satis 1
discussam, & exagitatam
conspexi apud *Caball. resol. 182. per tot.* præsertim á *nu. 15. & 16. cum seqq. Vermigliol. cons. 9. per tot. & cons. 438. Cyriac. contron. 341: Fulgin. de iur. emphyt. tit. de success in bon. emph. quast. 4. per tot.* & latissimé *Seraph. Massin. in sua tract. de confisc. quast. 33.*
num 1. 2. 3. *& seqq.* Vbi án bona Fæuda- 2
lia subiaceant confiscationi saltèm quoád commoditarem, & quid de bonis emphytheuticis, ac etiám de bonis subiectis fideicommisso, seú Maioratui laté apud ipsum, nouissimé *Franc. de Alphar. materiam exagitat in suo tract de offic. Fiscal. deq; Fiscal. priuileg. Glos. 20. á n. 254 cū seqq. vsq; ad nu.*
258. Vbi etiâm exagitar quæstionem, quid 3
dicendum in emphytheusi noua, vel antiqua, àn veniat in confiscationem, & pro-
sequitur vsq; ad *num. 266.* Vbi ân Ius pa- 4
tronatus veniat in confiscationem, & de multis alijs quæstionibus notatú dignis, vide apud eundem, & de vltima ista quæstione vide *Caball. resol. criminal. cas. 40.*

Lam-

Lambertin. de Iur. patron. t. *lib.* 2. *quæst. principal. par.* 2. *num.* 34. cum alijs per ipsum met *Alphar.* citatis á *d num* 266. vsq; ad *num.* 272. Et dum apud præfatos DD. materia laté exagitatur, né aliorum labores transcribere videar, sufficienter indicasse existimaui loca. in quibus studiosus Lector animum suum quiescere, casu eueniente, poterit.

5 Et quiá peruenit ad manus meas decisio *Sacr. Rot. Romana in Foroliuien seu nullius Castrorum Mercurij* 14. *Martij* 1657. *corám R. P. D. Albergato*, nullibi adhuc impressa, ad casum suprapositę quæstionis satis cóferens, Ideó hic imprimédá curaui.

DECISIO S. ROTÆ ROMANÆ.

Corám R. P. D. Albergato.

6 CVm Eminentiss. Card. Sacchettus, vti Abbas Ecclesiæ S. Hilarij de Galeata Castrorum Montis Veteris, & Sambuchetti Dominus directus, post diutinam litem, illa suæ mensæ á fisco relaxari obtinuisset, & Comites de Bentiuolis eadem Castra sibi deberi contenderent; Causa mihi cómissa de communi partium consensu, proposui dubium, An DD. de Bentiuolis danda esset immissio, quod ideó affirmatiué

7 resolutum fuit, quiá Instrumentum inuestituræ non abolitum, nec cancellatum, neque in vlla sui parte vitium visibile continens, in quo ipsi sunt vocati, tribuit priuilegium immissionis ad instar *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll* iuxta *Text. in cap.* 1. *§. inter fil. vers. defuncto si de feud. fuer. controuers. inter Dominum, & Agnat. Borgnin. decis.* 36. *num.* 452. *par.* 3. *Surd. cons.* 571. *sub num.* 4. *vers. & in feudo Capyc. Galeot. contr.* 14. *num.* 65. *lib.* 1. & plures relati per *Argel. de acquir. possess. quæst.* 4. *art.* 7. *num.* 188. *Rot decis.* 204. *num* 8. *&* 9 *par.* 6. *rec. & in Curien. feudi* 27. *Aprilis* 1648. *§ assumpta itaque corá bon. mem. Bichio, in Rauennaten. Bonorum Emphyteoticorum* 27. *Iunij* 1653. *§. fin. coram R. P. D. meo Cerro, & in Mantuana feudi* 29. *Nouembris* 1655. *§.* 1. *corám Reuerendiss. meo Verospio*; Et sine difficultate in præsenti, vbi de legitimatione personarum, & bonorum identitate, non dubitatur, & compræhensio DD. de Bentiuolis est euidens, dum ipsi sunt filij Comitis Alexandri, qui nominatim continetur in Inuestitura pro se, filijs, & descendentibus concepta, quibus concurrentibus, immissio denegari non potest, *Rota in Farfen. bonorum* 9. *Decembris* 1644. *§. & propterea corám Eminentiss. D. meo Card. Corrado*, & passim in alijs. 8

Nec existimarunt DD Eminentiss. Abbatem factum esse legitimum cótradictorem, ex asserta deuolutione secuta ob delictum Com. Francisci, quasi quod iste tá quá Primus acquisitor potuerit de huiusmodi bonis non secús, ac de patrimonialibus in præiudicium cópręhensorum quomodolibet disponere, ex adductis in *Casenaten. Emphyteusis* 23. *Ianuarij in principio, &* 6. *Iunij* 1651. *§. Quibus tamen corám me.* 9

Nám quomodocúq; sit, án fratres Com. Francisci dici possint Primi acquirentes, ex quo pró eis nominatim etiám est facta stipulatio, vt voluerunt *Iacobin de S. Georgio in Inuestitura feudali in verbo dictiq; Vassalli n* 58. *vers.* 3. *limitabis, Io. Thom. de Marin. de Gener. & qualit. feudor. tit. de feud. ex pacto, & prouid. non sub num.* 17. *Rot. coram Card. Caualer decis.* 219. *num.* 8. *Reuerendiss. Eugubin. decis. for. Ecclesiast.* 72. *num.* 6. *lib.* 2. cum alijs per *Modern. Fulginanten. de iur. emphyt. tit. de contractib. emphyt. quæst.* 24. *num.* 27. *vers. quiá dicitur.* 10

Tollitur difficultas, quiá ex inuestitura, & literis Card. Aldobrandini, de quibus infrá, constat Comites Alexandrum, & Georgium fuisse nominibus proprijs expressé vocatos, & æqualitér contemplatos, & ipsi propterea habent Ius ab alijs omninó independens, quiá nominati nomine proprio, censentur æqué principalitér contemplati, & ideó cessat omnis quęstio de Primó acquirente, qui alijs nomine proprio vocatis præiudicare non potest, vt in specie declarant *Isernia in tit. si Vasalus feud. priuetur nu.* 4. *& in tit de alien. feudor. Patern. num.* 1 t. *vers. secús si nominasset,* 11

naſſet, vbi adden. Marin. de gener. fæudor,
ſect. 2. tit. 2. num. 90. Loffred. conſ. 52.
num. 1. Giurb. de ſucceſſ. fæud. prælud. 5.
num. 44. Cephal. conſ. 517. num. 40. Io.
Andr. in Addit. ad ſpecul. tit. de fæud. §.
vlt verſ. 1. Decian. cons 389. num. 2. verſ.
quandò enim filij, Clar. in §. emphit. quæſt.
16. verſ. bene verum eſt. Laderch. conſ. 1.
ſub num. 6. verſ. & quæ vera eſt. Caſtrenſ.
conſ. 244. ſub num. 3 poſt med. verſ. & hoc
expreſsè determinat, & verſ. non eſt ergo
lib. 2. vbi quod non admittitur ad hunc ef-
12 fectum, An quis ſit primus inueſtitus, ſed
ſolùm án illi, quibus vult præiudicare ſint
expræſsè compræhenſi in Inueſtitura, vel
non, Berous conſ. 77. ſub num. 42. lib. 1.
Curt. Iun. de fæud. in 5. part. princ. num.
4. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. cap. 28. nu.
27. Valaſch. de iur. emphyt. quæſt. 49. num.
11. Gratian. diſcept. 345 num. 5. & 7.
vers. quod procedit etiàm, Merlin. de legi-
tim. lib. 2. tit. 1. quæſt. 5. num. 19. Zuc-
car. decis. ciuil. Lucens. 25. n. 2. & 8. Mo-
dern. Carpen. qui loquitur in ſpecie de fra-
tre per nomen proprium vocato cons. 158.
13 num. 1. & seqq. Et in ſimilibus terminis
quod negligentia Patris nepotibus expreſ-
sè vocatis præiudicare non poſſit, Rot. in
Romana Dotis 18. Iunij 1649. §. & ceſſat
difficultas coràm R. P. D. meo Cerro, quam
ſequitur Peruſina reintegrationis 24. Maij
1652. §. non obſtant ponderationes coràm
bon. mem. Peutingerio, & DD. Comites
Alexandrum, & Georgium fuiſſe conté-
platos principalitér, patet ex Epiſtola ip-
ſius Card. Aldobrandini, in qua aſſeritur,
Queſti Signori ſono miei amoreuoli, & i
Bentiuogli in particolare, & infrà mi farà
piacere di conſentire à nome mio, come Com-
mendatario à queſta vendita, e di concedere
à Bentiuogli la noua Inueſtitura, vt in Sum-
mar. D. Card. num. 1.

14 Non obſtat, quod ſaltèm ex natura, &
qualitate delicti Læſæ Maieſtatis à Com.
Francisco, commiſſi fæudum Domino fue-
rit apertum, vt pluribus probat Schrader.
de fæud. par. 9. cap. 8. num. 18. Quià vl-
tra quod eadem ratio prohibitiua præiudi-
15 cij, æqué militat in crimine Læſæ Maieſta-
tis, ac in alijs, cum ſtet á parte rei indepen-
tèr à voluntate delinquentis; Reſponſum
fuit, quod quicquid ſit de præiudicio, quod
ex crimine Læſæ Maieſtatis per Vaſſallum
patrato filijs illius, ac alijs deſcendentibus
generatur, certum eſt, quod in fæudis ex
pacto, & prouidentia (vt in præſenti) ad
hæredes extraneos non tranſitorijs per ta-
le delictum non affertur detrimentum fra-
tribus, & alijs agnatis tranſuerſalibus,
quin poſt mortem delinquentis poſſint,
& debeant excluſo Domino ad fæudi ſuc-
ceſſionem admitti, iuxta diſtinctionem.
Bald. in l. placuit 42. sub num. 1. vers. con-
ſidera, aut Fellonia Cod. de liber. cauſ. Iſer.
in d. tit. ſi Vaſſallus fæudo priuetur num. 7.
verſ. eo hoc videtur verius, & in d. tit. quæ
ſit prima cauſa benef. amitten. num. 49.
in fin. & num. 50. & ibi Afflict. §. denique
nu. 4. Frece. diuerſor. fæud. lib. 3. Autorit.
29. ſub num. 1. Marin. de gener. fæud. par.
2. tit. 2. num 88. Vulter de fæud. cap. 11.
num. 147. Crauett. conſ. 49. num. 13. verſ.
2. in quæſt Vrſill. ad Afflict. decis. 28. num
21. Curt. Iun. de fæud. in 5 par. num. 5.
Menoch. conſ. 304. num. 34. & 35. lib. 4.
& cons. 534. n. 11. & 12. lib. 6. vbi quod
hoc caſu melior eſt conditio Agnatorum, 16
quàm filij, & conſ. 815. num. 34. & ſeqq.
lib. 9. Loffred. cons. 1. num. 43. Artman.
Piſtor. quæſt. Iur. lib. 2. quæſt. 15. num. 32.
& ſeqq. Mart. vot. Piſan. 97. num. 15.
vbi ex alijs inquit ita fuiſſe iudicatum per
Regiam Cameram Neapolis, quod com-
probat Modern. Hiſpa de ſucceſſ. fæud par.
1. quæſt. 7. art. 2. num. 8. & ſeqq. & n. 15.
Et præiudicium aliorum in terminis di- 17
uerſis procedit, quandò ſcilicét qui con-
demnatus eſſet quià in primum caput leg.
Iuliæ. Maieſtatis incidiſſet, vt firmat Al-
ciat. lib. 5. reſpons. 132. num. 42. verſ. idē
quoque Farinac. de delict. & pænis quæſt.
25. num. 92. Roland. à Vall. conſ. 68. num.
8. verſ. & ſimilitèr, & nu. 9. lib. 4. Gaill.
de pac. publ. lib. 2. cap. 13. num. 16.

Hic titulus onerosus, & quod Caſtra 18
pecunijs Comitis Franciſci empta fuerint
ad effectum, de quo agitur, ſuffragari non
poteſt, nam hoc non probatur, & proba-
tum non releuaret, quià titulus ſolutionis
non prodeſt, vbi alijs prò nominibus ex-
preſſis ſunt vocati, cum illis ſit æquè prin-
cipalitèr ius quæſitum, vt ſuprá dictum eſt,
& quià

& quià consideran. est pró quibus empta, & respectiuè concessa fuerint, non cuius ære acquisita, ex quo contrahentium intẽtio præponderat præsumptioni ex solutione pecuniarum resultante, & non attenditur, cuius est pecunia, sed personæ, in quam Dominus consensit, vt in specie ponderat *Geleot. contr. 28. num. 17. lib. 1. Capyc. Latr. decis. 168. nu. 45. lib. 2.* Intentio autém Commendatarij recipien. omnes in Vassallos patet ex supradictis. Et cum in compensationem huius oneris fue-
19 rit Com. Francisco attributa facultas disponendi solummodó inter compræhensos, hinc potiús arguitur denegata potestas illis quoquómodo præiudicandi, *Fontanell. de pact. nupt. clasul. 4. glos. 9. par. 1. num. 12. fol. mihi 130. tom. 1. Rot. in Viterbien. Castrorum decis. 366. sub num. 2. vers. & & prædicta voluntas par. 4. rec. & in Romana Census, seù Salutant 27. Iunij 1653. §. non obstat, quod primò requirenti coràm bon. mem. Bichio.*

Neque applicatur obiecta distinctio, hanc conclusionem procedere, quandó plures simul, secús quãdò successiuè sũt vocati, vt in præsenti casu, quo stipulatio per Com. Franciscum interposita, intelligen. dicitur in sensu simultaneæ acquisitionis exclusiuo; Quiá successiua vocatio Com. Alexandri, & Georgij excluditur ex eo, quod Instrumentum loquitur etiám principali nomine ipsorum *Alexandri, & Georgij, & prò eorum filijs &c.* Vlterius fundamentum DD. de Bentiuolis non consistit in tempore vocationis, sed in eo, quod Comes Alexander eorum Pater æquè principaliter, proposito nomine, & insolidum vocatus fuit, vt constat ex supradictis, &
20 ex datis Sum. Eminentiss. D. Card. *n. 2. ibi Pariterq; teneantur dd. Illustriss. Conductores, & eorum quilibet teneatur &c. petere, & accipere cum effectu &c.* quæ verba cum ratione oneris insolidum iniuncti demonstrent, eos in Inuestitura fuisse in solidum vocatos, & post *Ruin. cons. 159. sub num. 10. vers. sicuti ergo onus lib. 1. Rot. coràm Card. Coual. d. decis. 219. num. 6. Reuerendiss. Eugub. d. decis. 72. num. 9. lib.*
21 *1. Anton. Amat. resol. 84. num. 22. par. 2.* Etiám si successiua esset vocatio, vnus alteri delinquendo, vel aliter præiudicare non potuit, *Roland. à Vall. cons. 1. num. 54. vers. vel si Inuestitura dicat lib. 3. & cons. 15. num. 3. vers. quià ex istis verbis lib. 4. Farin. d. quæst. 25. num. 93.* & præter ibi adductos *Paschal. de Virib. patr. potest par. 4. cap. 5. sub num. 31. vers. secus quandò Schrader. de feud. par. 9. cap. 1. num. 7.*

Maximè cum prædictis fratribus facta 22
fuerit concessio, *donec eorum, & cuiuslibet eorum linea durabit,* quæ verba (licèt regularitèr fæudi concessio pluribus facta intelligatur pró virili) operantur, vt vno sine filiis præmortuo, eius portio cæteris accrescat, nec ad Dominum deuoluatur *Menoch. cons. 682. nu. 8. Mandos. ad Rom. cons. 315. in verb. feudo, Mant. de tac. lib. 2. tit. 34. numer. 28. Ouid. de Amic. de iur. emphyt. quæst. 66. nu. 18 Grat. discept. 707. num. 8. & 9. Ant. Amat. d. resol. 84. num. 25. lib. 2. Rot. coràm Pen. decis. 699. num. 4. & in rec. decis. 435. num. 4. & 5. par. 1.* vbi quod non est propriè ius accrescendi, sed est potiùs quædam successio ex pacto, vel Inuestitura, *& decis. 373. nu 11. & seqq. par. 4. tom. 2.* Et Dominus directus non potest bona prætendere, nisi deficientibus Inuestitorum lineis, 23
qui casus non potest dici euenisse, nisi post mortem omnium, *Ruin. cons. 43. sub num. 11. vers. in Contractibus. lib. 1. Hond. cons. 54. num. 26. lib. 1. Menoch. cons. 1063. num. 4. lib. 11.* de cõmuni, & magis vera *Grat. discept. 272. num. 14. & seqq. Corbul. de caut. priuat. ob lineam finitam nu. 89. Rot. coràm Seraph. decis. 161. num. 1. & in Rom. fideicom. de Soricijs 22. Maij 1643. §. præterea, & seqq. coràm Reuerendiss. D. Compostella.*

Nec releuat deniqué, quod Inuestitura 24
DD. de Bentiuolis tamquám alterata in præiudicium Ecclesiæ, ex admissione plurium personarum, quám in prioribus continerentur, nullius sit roboris; Non solùm quià ad euitan. nullitatem actus præsumitur cum Prima Inuestitura conformis *Thesaur. decis. 227. num. 14. Bero. cons. 77. num. 28.* Sed etiám quià talis apparet ex eo, quod huiusmodi Castra ab antiquissimo tempore fuerunt solita concedi pluquám duabus personis, vt ex Breui felic.

rec.

rec. Leonis X. vsque de anno 1518. in Pri-
25 mò Sum. eorumdem DD. de Benriuolis. Cōcurrētibus præsertim alijs facti circumstantiis, assertione nempè Domini directi, quod hæc vltima inuestitura erat ad normā antiquæ, ex qua non mediocris præsump-
26 tio deducitur, vt tradit *Menoch. cons. 745. num. 10.* obseruantia subsecura, quæ per annos 40. & vltrà durauit, quo tempore Inuestitura semper vti valida (etiám mutatis Dominis directis) fuit obseruata; hinc namque optima insurgit interpretatio in materia fæudali multùm considerabilis *Brun. cons. feud. 127. vers. quod si quartam assumamus lib. 2. Menoch. 331. num. 21. vers. & in claris terminis, Rot. corā. Buratt. decis. 206. num. 27. & in Sarsinaten. fan-*
27 *di 22. Iunij 1645 §. demum obseruantia coràm Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano*; & tandem approbatione huiusmodi Inuestituræ facta per Eminentiss. Card. Sacchettum, eam in Camera contrà Fiscū producendo, *Felin. in cap. cum Venerabilis*
28 *6. num. 22. de except. Rot. decis. 663. sub num. 23. vert. & ista Breuia par. 1. recent.*

Quæ omnia operantur, vt inuestitura dicatur interim habere implicitum statum validitatis, vt effectum immissionis producere possit, *Rot. decis. 623. num. 9. par. 4. rec. tom. 3.* & in istis terminis *in Fanen.*
29 *seu Senogallien. bonorum super immissione 14. Martij 1646. §. cætera autem coràm Reuerendiss. Meltio*; Vel saltèm adeò turbidam reddunt nullitatis exceptionem, vt tanquám altiorem indaginem requirens, petitam immissionem retardare non valeat, *Gaspar. Ant. Thesaur. quæst. forens. 11. num. 6. lib. 2. Ronit. cons. 1. num. 44. lib. 1. Rot. d. decis. 204. n. 7. p. 7. rec. & in d. Fanen. seu Senogall. vbi sup. & in Mediolanen. prætensæ deuolutionis 11. Februarij 1650. §. Etenim certum est vers. vnde quemadmodum coràm eod Reuerendiss. Meltio.*

Et ita vtraque
&c.
***

AR-

ARGVMENTVM.

Princeps àn intersit condere Statuta, quibus prohibeatur in Forenses alienatio bonorum immobilium in suo Territorio existentium, & quomodò intelligenda veniant Talia Statuta, & àn eadem sint odiosa primariò, & secundariò fauorabilia, latè discutitur.

SVMMARIVM.



Erba Statuti, etiamsi generalia, & ampla semper intelligi debēt, nè sint iniqua, odiosa, & protinùs iniusta, num. 1.

Statuta prohibentia liberis hominibus de proprijs bonis testari, & inter viuos quoquomodò disponere, sunt odiosa, & pœnalia, strictèq; interpretanda, n. 2.

Princeps, àn possit tollere Vassallis liberam suorum bonorum dispositionem tàm in vita, quàm in morte, num. 3. Et quid in Statutis, seù constitutionibus prohibentibus acquisitionem bonorum in aliquo Dominio &c. remissiuè, num. 4.

Ponitur Decisio Rotæ Lucanæ supradictæ materiæ coràm Authore emanata, num. 5. Explicatur factum, num. 6.

Instrumentum clausulis, & cauthelis optimè roboratum, facit probationem probatam, claram, & manifestam, num. 7.

Mandatum de associando semper concedendum est habenti clausulam constituti, *siuè Præcarij In instrumento insertam, num. 8. Assignatur ratio, num. 9. Et àn constituens valeat se opponere constitutario, num. 10.*

Statutum auferens Ciuibus liberam facultatem disponendi de rebus proprijs ad eorum libitum, & forensibus ipsamet bona acquirendi, est contrà tex. in l. in re mandata Cod. mandat. *& in* l. dudum de contrahend. empt. *num. 11. Quod Statutum, àn dicatur principalitèr odium cōtinere, & secundariò publicam vtilitatem, vel è contrà, & àn admittat latissimam extensionem, etiamsi esset pœnale, vel tantùm operetur, quantùm specialitèr, & verbis expressis disponit, num. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. & 22.*

Sta-

Statutum quandò tendit principalitèr contrà priuatam vtilitatem, licèt secũdariò publicæ vtilitati faueat, instrumentum iuramẽto firmatur, non obstante Statuto prohibitiuo, num. 23. Et de ratione, num. 24.

Quandò agitur actione Personali, quæ habet annexam hypothecam vna cum Clausula constituti, *Actio dicitur mixta, quæ non tollitur per generalem Statuti dispositionem, nec comprahenditur, ex doctrina* Bald. *num. 25.*

Alienatio perfecta à ciue in forensem dicitur casus mixtus, ratione cuius mixtura substituetur, num. 26. Ampliatur, num. 27.

Statutum prohibens alienationem, àn prohibeat hypothecam, etiamsi generalem, num. 28. 29. 30. Et àn habeat locum in alienatione à Lasco in Clericum forensem facta, num. 35.

Genitiuus. Mobilium, & Immobilium, *Ostẽdit quoddam Ius in re, nu. 31. Et qualis sit differentia intèr Ius in re, & Ius ad rem, num. 32.*

Pignorans, vel hypothecans non alienat, nec Ius in alium transfert, dum pignus remanet in bonis Debitoris, num. 33.

Hypotheca specialis non habet vim transferẽdi dominium, sed solam, & nudam possessionem, seù detentionem. num. 34.

Statutum, de quo agitur, quam semper habuit interpratationem, num. 36. Datur ratio, num. 37.

Consuetudo iudicandi inducta videtur, etiã si semel fuisset supèr Statuti intelligentia iudicatum, num. 38. & 39.

Consuetudo, & Stylus iudicandi inducitur per binas indicaturas, num. 40. Tex. in l. fin. Cod. de reb. alien. non alienan. *Quandò habeat locum, num. 41.*

Hypotheca improprijssimè dicitur alienatio, & ideò non potest supèr proprietate d. Statuti verborum contineri, num. 42.

Prohibita alienatione, intelligitur prohibitus omnis actus, per quem sequitur alienatio, limitatur in Statutis, num. 43.

Prohibita alienatione, seù venditione, non censetur propriè prohibita hypotheca, vel obligatio, num. 44.

Verba vniuersalitèr prolata extenduntur ad improprijssimam alienationem, & sic ad hypothecam tàm specialem, quàm generalem, numer. 45.

Statutum prædictum interdicit tantùm alienationem, quæ transfert dominium, & non eam, quæ non transfert dominium, num. 46.

Alienatio tunc propriè fieri dicitur, quandò quis abdicat à se rem aliquam, in alium transferendo, num. 47. Et quandò propriè dicitur alienatio, num. 48.

Dictio, Alius, *Iuncta dictioni* Quocunq; modo, *Implicat titulos, ac modos similes, eiusdemq; qualitatis, & naturæ, ac priùs sunt expessi, num. 49.*

Verbum, Alienatio, *Vti genericum, quandò est positũ intèr suas species, ab illis semper restringitur, & iuxta illarum sonum de sola alienatione dominij trãslatiua restringitur. num. 50.*

Verba vniuersalia, siuè generalia, licèt videantur omnia comprahendere, non possunt tamẽ per species specificatas ampliari, quàm sint, sed benè restringi, num. 51. Affertur exemplum verbi Quoquomodò *seù* Aliquomodo, *num. 52.*

Prohibitio alienationis facta à Statuto Iuris Communis correctorio, & restringibili, vti valdè odiosa, & exorbitans, dato, quod sit verbis vniuersalibus, & geminatis cõcepta, semper venit restringenda, num. 53. Et quarè, n. 54. Et quid dicendum in Statuto fauorabili, num. 55.

Hypotheca siuè generalis, siuè specialis constituta super bonis æquiualentibus iuxta obligationem, ità, vt cessset spes luitionis, censetur propriè alienatio à Statuto prohibita, num. 56.

Fides testium controuerti nequit, si eorum dictum in quantitate, & valore fructuum, qui percipi possunt, & percipiuntur, fundent, num. 57.

Cessante spe luitionis, contractus à principio dicitur infectus, num. 58.

Associatio petita in executionem stipulatæ conuentionis, quomodò procedat in prædicto Statuto prohibitiuo alienationis in forenses, nu. 59. 60. 61. 62. 63. 64. & 65.

Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, num. 66.

Contrà Instrumentũ productũ parte petente, ac eidẽ parti copia tradita, potiùs deducĩ omnes exceptiones resultãtes ex eo, n. 67.

Omissum in prima instantia, potest suppleri in appellatione, num. 68.

Pactum in prima instantia declaratum, licitum est denuò declarare, & deducere ad elidendam replicationem, num. 69.

Declaratio facta prò exercendo pacto resultans ex Instrumenti ventre, nihil noui operatur, & quandocunque fieri potest, num. 70.

Iudex potest pronunciare super remedio, quod competit Actori ex his, quæ deduxit, licèt aliud Actor ipse petierit, nu. 71. *Et quid sufficit producere, num.* 72.

In causis summarijs, & vbi proceditur sola facti veritate inspecta, non attenditur quod petit Actor, sed quid apparet illi deberi, num 73. *A qua conclusione repellitur* Paris, Ruyn. & Surd. *In alijs terminis loquentes, num* 74.

Procurator constitutus cum Iuramento in rē propriam, & sic irreuocabilis, àn operetur translationem dominij pleno Iure, num. 75. *&* 76.

Contrahentes semper censentur contraxisse iuxta leges, vbi contrahunt, & cum ipsis se conformare, num. 77.

*Dominium semper manet penès debitorem, & creditor dicitur solū Procurator debitoris in repignori data seù obligata, nu*78.

Clausula Pleno, Iure, *seu* Naturali domino *In mandatis apposita quid importet, num.* 79. *&* 80.

Dominium aliud est proprietatis, aliud hypotheca, & aliud vsusfructus, num. 81.

Clausula, constituti, *Instrumento adiecta, quā vim habeat, num.* 82. 83. 84. *&* 85.

Menochius *ad propositum vti sibi ipsi contrarius, nullā fidem meretur, num.* 86.

Nulla constituitur differentia, àn verba prohibitiua Statuti dirigantur in Alienātem, siuè Acquirentem, num 87.

Statutum prohibens acquisitionem Iurium & Actionum, non censetur prohibere acquisitionem Iurium prò Persona subdita, & habili, & prò consequenda æstimatione, nu. 88. *Ampliatur, nu.* 89.

Reijcitur Surd. decis. 30. *num.* 90.

Datia quandò soluenda sit in executionem publici instrumenti clausula constituti, *muniti, num.* 91.

Verbum, Accipere, *importat apprahensionem, seù translationem dominij, vel possessionis, num.* 92.

Statutum prohibens alienationem, & translationem possessionis in forensem, quomodo sit intelligendum, num. 93.

Dispositio qualibet regulatur à sui ratione; & declaratur restrictiuè, & ampliatiuè, sicut ratio exposcit, num. 94.

Petitio quid sit, num. 95.

Verba sequētia Statuti prohibētis & petitionē, & protestationē prò nāciscenda possessione, cum agatur in pænalibus, àn possint extendi, vt comprahendant iudiciū præambulum ad apprahensionem possessionis, vel quomodò, num. 96.

Rubrica regulat, & declarat totum Nigrum. num. 97.

Translatio bonorum in forenses, quandò intelligatur in cōcreto, & quandò in abstracto, num. 98.

Obseruantia vti interpræatatiua legis, siuè Statuti, est attendenda nu. 99. *Et quid aliud requirat, num,* 100. 101. 103. *Declaratur, num* 102.

Exceptiones requirentes altiorem indaginē in Iudicio assoctationis, ad merita, seù in alio iudicio reseruantur, num. 104. *Ampliatur num.* 105.

Absolutio à Iuramento est necessaria, ne dum ad effectum agendi, sed etiàm ad effectum excipiendi, num. 106.

Multa causa animum Iudicis mouentes possunt absoluere partes ab expensis, n. 107.

Ponitur confirmatio præsēt. decisionis, n. 108.

§. TRIGESIMVS.



SATIS in Iure compertum est, quòd verba Statutorum, etsi generalia, & ampla, sēper intelligi debeāt, nè sint iniqua, odiosa, & prorsùs iniusta, ad 1
tradit. per *Mascard. de Statut. conclus.* 2. *num.* 168. *& concl* 4. *num.* 201. *Giurb. ad consuetud. Messan. cap.* 2. *Glos.* 1. *num.* 2. *& seqq. Rot. apud Seraphin. decis.* 678. *n.* 5.
Quapropter Statuta prohibentia liberis hominibus de proprijs bonis testari, & inter viuos quoquomodò disponere, sunt odiosa, & pænalia, stricteq; intelligenda, 2
proüt

prouť per *Ancharan. cons. 350. incipien. antè determinationem, num. 1. & per tot. Dec. l. 1. num. 5. Cod. de secund. nupt. Roland. de lucr. dot. quaest. 105. num. 2. Menoch. cons. 1020. num. 6. & cons. 1060. num. 96. Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 6.*
3 *Glos. 6. nu. 6. vers. quià odiosum*; Ideòq; Nonnulli volunt Principem non posse tollere Vassallis liberam suorum bonorum dispositionem tàm in vita, quàm in morte, inter quos, *Bald. in l. humanitatis num. 25. Cod. de impuber. l. ex facto §. nàm si furioso, & ibi Castren. num. 6. ff. de vulgar.* Latissimè. *Surd. cons. 462. nu. 12. & 25.*

4 Verùm, àn praefata procedant in Statutis, seù constitutionibus prohibentibus forensibus acquisitionem bonorum in aliquo Dominio, & deferentibus bona, ac pretium ipso Iure Fisco, illa dicantur aedita tantùm pro interesse Fisci, vel in illis versari dicatur fauor, ac vtilitas publica secundariò, ex quo exindè Ciues remanere dicuntur locupletiores, videndus *Cephal. cons. 53. num. 7. lib. 1. & cons. 161. num. 6. lib. 2. Carpan. ad Stat. Mediolan. tom. 2. in cap. collegijs nouarum constitutionum in princ. num. 8. & seqq.* Nouissimè *Io. Mar. Vermigliol. cons. 361. num. 3. cum seqq.*

5 Et quià ad praedicta multùm confert decisio coràm me emanata de anno 1656. 19. Octobris, tèpore quo Auditoratus munere fungebar in Alma Rota Lucana, postmodùmque confirmata sub die X. Nouembris eiusdè anni; Ideò hic illam subnectere non incongruum existimaui.

DECISIO ROTÆ

LVCANÆ.

Coràm Authoremet Andrea Censalio.

Iouis 19. Octobris 1656.

6 DOm. Octauius Frediani de anno 1653. se constituit debitorem de notabili sũma Excell. Quintilio Farsetti de Massa Carrariae, ac promisit, & se obligauit ad dicti debiti satisfactionem in certum tempus, & pró reddendo magis cautum ipsum Creditorẽ, vltrà generalem omniũ suorum bonorum obligationem ad fauorem ipsius, & suorũ haeredum pró solutione praefata, tàm Capitalis, quàm Interesse, hypotecauit, ac obligauit vnum Praedium positum in Communi Fornoli Lucensis Districtus *Luogo detto alla Colombara*, cum clausula *constituti*, ac etiam in casu non solutionis d. possessionem vendendi, prout latiùs in Instrumento rogato per Egr. S. Bernardinum de Barberiis die 30. Iulii 1653. Cũq; dictus Octauius solutiones, seù solutionem praefatam distulerit, fuit de praeteoti Anno motum Iudicium coràm Perill. D. Iudice primarum Instantiarum, praeuia Citatione ad dicendum quarè, ac petita associatio super praedio, vt supra specialitèr obligato, ad effectum se cum eius fructibus satisfaciendi de credito ascendente ad scuta 2919. 3. monetae Lucensis. Qui D. Iudex instructo Processu, pronuntiauit praefatam associationem esse concedendã iuxtà petitionem factam soper bonis, de quibus agitur, *ad effectum vendendi in personam subditam infrà annum*, quo elapso, associationem praefatam nullam declarauit, prout latiùs in Sententia cui &c. à qua pronuncia interposito Recursu ad Rotam, Hodie fuit dubitatum, an d. Sententia esset infirmanda, vel confirmanda; & duo ex DD. infirmandam esse dixerunt; Ego autem dubio procùl confirmandam existimaui, infrascriptis sanè fundamentis.

Primò enim certum est, quód D. Farsettus Actor egit contrà Magn. Octauium Frediani vigore publici Instrumenti cum clausulis, & cautelis optimè roborati, quod facit probationem probatam, claram & manifestam *l. ad probationem Cod. de probat. l. pecunia Cod. de solut. Bald. in l. interest in vlt. not. num. 2. Cod. de solut. Bartol. in l. 1. num. 8. ff. noui oper. nunciat. Decius cons. 423. num. 9. & 10. Decian. cons. 66. num. 58. lib. 3. Rota apud Mantic. decis. 26. num. 1. & decis. 166. nu. 12. & apud Gregor. XV. decis. 157. num. 13. & decis. 180. num. 1. & decis. 60. ac decis. 135. nu. 1. par. 6. recentior. cum alijs passim*, Ac ipsius vigore, & clausula *Constituti* in eo apposita, Associationem petijt, ipsique concessa ad effectum vendendi vt supra; &
Meritò, quià Mandatum de associando 8

semper concedendum venit ei, qui clausulam *constituti, sine precarij* in Instrumento insertam habet, *Afflict. decis. 326. Magoni. decis. Lucens. 87. num. 17. Cavlerius decis. Genua 122. num. 7. Rota apud Censal. decisionibus 253. num. 10. & decis. 98. num. 4. par. 9. & decis. 340. num. 1. & decis. 65. num. 1. part. 6 recent.*
9 Non quia ipsa transferat dominium, aut possessionē sed quia præbet facultatem capiendi fructus Rei ad effectum sibi satisfaciendi cū ipsis de credito, de quo agitur, prò vt in terminis fuit dictum in *Romana census 26. Iunij 1647. §. 1. & 2. coram R. P. D. meo Bicchio.*
10 Quapropter d. M. Octauius Cōstituens nequè valebat se opponere d. D. Quintilio Constitutario. *Rota decis. 232. num. 2. par. 2. recentior. cum alijs per Ridolphin. in sua praxi iudiciaria par. 2. cap. 5. num. 34. & 35.*

Quibus de plano se itá habentibus, se offert opposita resistentia Statuti, *in cap. 74. libri 2. Statuter. vniuers.* vbi sancitur, *Forensos bona immobilia in Territorio, seu Statu Lucensi acquirere non posse, imò neque iura, & actiones Mobilium vel immobiliū contrà Ciuem Lucensem, vel alium de Territorio Lucen. emere, vel alio quocunque titulo, siuè modo acquirere voluntariè inter viuos, vel per vltimam voluntatem, seu in Iudicio contentioso. & si aliquis contrafecerit, tàm vendēs, cedens vel alienans, quàm emens, seu acquirens, siuè Cessionarius, vel is, in quem alienatio facta foret, puniatur in libris 100. & nihilominus talis venditio, seu cessio, siuè acquisitio ipso iure sint nulla, & nullius valoris, ac roboris,* Prout latiùs in d. Statuto cui, &c. Ideóque cum dictus D. Quintilius Farsettus sit forensis, ipsi omninò præfatam sanctionem obstare, fortitèr insistebant DD. Informantes prò d. M. Octauio Frediani.

Verùm ad hoc, vt videatur quantùm hæc mea, seu nostra Sententia validis fulciatur fundamentis, Antequam ad Iuris nodos, & obiectorum æneruationem, & adhucusque semper seruatam præfati Statuti interpretationem accedam, ne sycophantias decantare cognoscar, præmittendam putaui illam sanè quæstionem, an
11 præfatum Statutum *in d. cap. 74. lib. 2.* veniat auferens Ciuibus liberam facultatem à Iure á concessam disponendi de rebus proprijs ad eorum libitū *l. in re mandata, C. mādati* & forēsibus, facultatē ipsamet bona acquirendi contrá tex. *in l. dudum de contrah. empt.* dicatur principalitér odiū continere, & secundarió publicam vtilitatem, vel é contrario.
12 In qua quæstione maxima existit DD. Controuersia; nempè, quod præfatum Statutum, tanquàm ob publicam vtilitatē principalitèr Inductū, ea scilicét intētione, vt Ciues possidentes Immobilia, ad onera grauari possent, & eorum exactio facilior redderetur, fauorabile omninò dicatur, ad notata per *Ripam in l. filius familias § diui ff. de legatis 1. num. 79. 180. & 102. & responso 2. num. 11. Castrens. cons. 342. col. 2. Alex cons. 116. num. 7. & 8. lib. 6. & lib. 5. cons. 41. nu. 11. Riminald. Iun. cons. 28. num. 13. lib. 1. Fauure. in sua cons. post tract. de inuentario num. 27. Cephal. cons. 53. num. 8. & cons. 246. num. 38. Honded. cons. 6. num. 31. lib. 2. Surd. cons. 276. n. 9. lib. 2 & cons. 353. num. 54. lib. 4. Ramon. cons. 509. num. 11. 12. & 13. Albacons. 218. num. 5. & 8. Cornens cons. 78. num. 3. & 4. Mazzolus cons. 59. num. 5. in fin. & nu. 6. lib. 1. Caleaneus cons. 126. num. 4. Petra de fideicom. quæst. 5. num. 69.*
13 Et hoc ideò in illius interpretatione latam, imò latissimam extentionem faciendam, firmant *Decius cons. 661. num. 2. Socin Iun. cons. 29. num. 6. in p. Bursatt. cons. 281. nu. 43. in 3. Roman. cons. 210.* Quod procedere etiam dicunt dato, quod Statutum pænam contineret, iuxta *glosam, & DD. in l. si constante ff. solut. matrim. Alex. in l. 1. num. 59 ff de officio eius, cui mandata est iurisdictio, Riminald Iun. cons. 354. num. 16.* Et assignant rationem; nam quoties militat fauor Reipublicæ, æquè fit extensio Statuti odiosi, sicut fauorabilis *Marsil cons. 85. num 15.* & in totum dicatur fauorabile, *Abbas in cap. non dubium num 3. de sententia excom. Rota*
14 *Romana decis. 240. num. 11. & decis. 475. nu. 6. par. 1 in nouiss. Crauett. cons. 118. num. 10.* Maxime accedentibus verbis vniuersalibus, puta *Quocunque titulo, vel modo*; Quiá tunc compræhendit, etiám si

sint

sint dissimilia, uel maiora, nec patitur re-
strictionem vllam, siué limitationem *Iason*
cons. 147. *num.* 3. *lib.* 4. *Cretas. cons.* 49.
num 8. *Crauett. cons.* 194. *num.* 2. *Alex.*
cons. 155. *num.* 3. *lib.* 2. *Perregrinus de fi-*
deicomm. art. 14. *num.* 4. *Corneus. cons.*
147. *num.* 6. *vol.* 4. *Ruyn. cons.* 98. *num.*
11. *vol.* 2.

15 Tamen indubitata, & roborata est opi-
nio, quòd præfatum Statutum dicatur
principalitèr odiosum, ac odium contine-
re, quàmuis secundarió publicam vtilita-
tem concernere videatur, ad tradita per
Ripam de iure naturali gent. & ciuili respõs.
4. *num.* 4. *Cephal. cons.* 13. *num.* 4. *&*
cons. ibi *num.* 6. *& cons.* 576. *num.* 23. *Ful-*
gosius. cons. 215. *nu.* 3. *Corneus cons.* 111.
num. 4. *lib.* 3. *Cuman. cons.* 85. *num.*
primo & cons. 215. *numer.* 3. *Socin. Sen.*
cons. 81. *numer.* 13. *vol.* 3. *Berous. cons.*
173. *num.* 35. *&* 36. *lib.* 1. *Menoch. cons.*
165. *num.* 5. *Honded. cons.* 13. *num.* 16.
17. *&* 22. *lib.* 2. *Decian. cons. seu responsa*
71. *num.* 1. *lib.* 5. Qui testatur de com-
muni; *Bertazzol. cons. ciuili* 55. *num.* 10.
Claudius ad Bertazz. d. cons. 399. *ver. sanè*
est illud certum, Caballus cons. 149. *num.* 2.
& 3. *lib.* 1. *Surd. cons.* 48. *num.* 9. *& cons.*
461. *num.* 19. *vers. nec mouetur, Angelus*
cons. 2. *in fin. Peregrin. cons.* 19. *num.* 10.
11. *&* 12. *vol.* 3. *Ruynus cons.* 24. *num.*
6. *lib.* 3. *Riminal. Sen. cons.* 244. *num.* 4.
Barbatia cons. 43. *num.* 9. *lib.* 1. *Riminald.*
Iun. cons. 501. *num.* 66. *&* 640. *num.* 6.
Ladercb. cons. 37. *num.* 10. *&* 11. *& cons.*
64. *num.* 2. *Honded. cons.* 8. *num.* 50. 53.
& 58. *lib.* 1. *Eugen. cons.* 9. *num.* 39. *&*
40. *Turrets. cons.* 7. *num.* 22. *&* 23. *lib.* 1.
Thobias Nonius cons. 10. *num.* 18. *Card.*
Alban. cons. 20. *num.* 20. *Tyraquell de*
retract. lignager. in præfat. num. 58. *&* 60.
Gratian. discept. forens. cap. 245. *num.* 40.
43. *lib.* 2. *Surd. decis.* 9. *nu.* 16. *vers. non*
etiam, Amatus decis. Ferrarien. 65. *num.* 5.
Rot. Rom. decis. 64. *num.* 4. *par.* 2. *diuers.*
Lucen. Rota apud Cornazza. in terminis præ-
16 *fati Statuti decis.* 10. *num.* 14. nouissimè
D. Lelius Altogradus in eisdem terminis
cons. 3. *num.* 38. *&* 39. *lib.* 1. qui infini-
tos allegat. *D. Hieronymus Palma cons.* 63.
num. 43. *Rediuaschus cons.* 1. *à num.* 1. *in*
seqq. vbi latè hæc omnia cõprobat, & fun-
dat plenè demorem, alia Statuta esse odio-
sa, Licèt secundario fauorabilia dicat.
Ideóque strictè Intelligenda vt sub *num.*
19. Proindeque vti odiosum, & pœnale ali-
quam extensionem non patitur; Imò dato
Statutum mentionatum esset fauorabile,
nihilominús, cum sit Iuris correctorium,
& tollat liberam facultatem, quam quili-
bet habet disponendi de rebus suis iuxtá
text. *in d. l. in re mandata Cod. mandati.*
In quo disponitur, quòd vnusquisque est
moderator, & arbiter rerum suarum, ac
etiam contrá textum *in l. dudum. Cod. de*
contrah. empt. vbi cuilibet, etiam forensi,
& extero res qualibet vendi potest, tam-
quàm contrá ius Ciuile, Canonicum, &
Diuinũ ad tradita per *Barbatiam d. cons.* 17
43. *col* 9. *& seq.* omninó restringendum,
in puncto *Soccin. cons.* 81. *num.* 13. *vol.* 3.
Cephal. cons. 15. *num.* 4. *Claud. ad Bertaz-*
zolum cit. cons. 399. *vers. & in hac re;* Ac
etiam nullo modo extendendum ad casus
impropríos, & non expressos *Alex. cons.*
207. *num* 18. *lib.* 6. *Riminald. Iun. cons.*
501. *nu.* 78. *Honded. cons.* 13. *n.* 21. *lib.* 2.
Castrens. cons. 89. *num.* 1. *lib.* 2. *Maluasia*
cons. 93. *num.* 53. in terminis *Altogradus*
citato cons. 3. *num.* 39. *in fine lib.* 1. cum
alijs fusissimè citatis per *D. Hieronymum* 18
Palmam cons. 63. *num.* 45. *Ioseph Ludoui-*
cus decis. Peruſ. 85. *num.* 11. *lib.* 2. *Cor-*
nazzam decis. Rota nostra 10. *num.* 14. 15.
& 21. Ita quòd tantúm operari debet,
quantum specialitèr, & verbis expressis
disponit, & nõ plus *Alex. cons.* 172. *col.* 2.
num. 5. Nec extensionem aliquam patitur
etiam ex maioritate rationis, secundũ cõ-
munem DD. opinionẽ, de qua testatur *Ia-* 19
son cons. 164. *num.* 1. *lib.* 4. *Natta cons.*
52. *num.* 8. *Caball. cons.* 16. *num.* 21. qui
sub num. 22. fundat, quòd tale Statutum
semper intelligendum, & interpretandum
sit, nè à Sapientibus possit redargui; ne-
què repræhendi *l. saluius Aristo ff. delega-*
tis præstandis, l. Claudius felix ff qui potio-
res in pignore habeantur, Roland. cons. 72. 20
num. 43. *lib.* 3. *Cephal. cons.* 765. *num.* 35.
Rosa decis. 708. *num.* 5. *par.* 1. *diuersor.*
& in dubio semper est retinendus ille in-
tellectus, per quem reuertimur ad Ius cõ-

mune

muno *Glos. in cap. Statutum verbo numerandum de præbendis in 6. Felin. in cap. ad accessissent num. 5. de constitutionib. Surd. decis. 272. num. 34. Rota Rom. apud Clem.*
21 *Merlinum decis. 564 num. 14. & 15.* Vnde, dictum est tanquàm auferens contrà Ius naturale liberam facultatem de rebus suis disponendi, nil refert vtilitas illa Ciuium, & incolarũ, itá vt possit dici publica principaliter, sed tantùm secundariò ad doctrinam *Bartoli l. 1. §. huius studij in 2. oppositione ff. de iust. & iure, Cephal. cons. 13. num. 4. & cons. 161. num. 6. & 7.* idẽ *Bartol in l. 1. in 4. opposit. vers. exemplũ ff. solut. matrim. Caballus int. cons. 16. nu. 26. lib. 1.* Ideoque ex his emanat prouida
22 conclusio, quòd quandò in Statutis Ratio publicæ vtilitatis nõ est specialitér expressa, tunc primariò semper Statutum dicatur odiosum, licét secundariò fauorem publicum cõcernat, & ita debet intelligi opinio omnium DD. prò contrarià adductorũ, vt in puncto fundat *Alba cons. 218. num. 5. cum alijs, Natta cons. 52. num 9.* idem *Caball. cons. 16. num. 27. Cornaz zanus decis. 10. num. 14. & 15.* plené *Altogradus cons. 3. num. 39. in fine lib. 1. Thomas in sua decade tract. 2. cap. 34. n. 928.*
23 Et ex his inferebatur, quòd quandò Statutum tendit principalitér contrà priuatam vtilitatem, licét secundariò publicæ vtilitati faueat, Instrumentum Iuramẽto firmatur, non obstante Statuto prohibitiuo, *Vasquius de success. cred. par. 1. lib. 3. §. 26. limitat. 32. num. 28. vers. Stat ergò, Couarrun. in præludijs super rubrica de pactis lib. 6. par. 2. §. 1. num. 5. Fachineus controuersiarum Iuris lib. 3. cap. 83.*
24 *ver. respõdeo in fine,* & Ratio est quià Statutum præfatum non extenditur ad casum, & dispositionem Iuratam ex defectu potestatis, *Rota apud Seraphin. decis. 746. num. 6. & coràm Penia decis. 741. num. 12.* in puncto *Beccius cons. 100. num. 11. Gratian. discept. for. cap. 490. num. 6. & seqq. & num. 16.* & fuit latissimé firmatum *in illa Regien. bonor. 23. Februarij 1646. coràm Eminentiss. Cardinali Cerredo §. Alter autem defectus in impress. post. Censalium ad Peregrin. decis. 24. à num. 33.* vbi laté.
25 Secundariò infertur, quòd quandò agitur actione personali, quæ habet annexã hypothecam vná cùm clausula *constituti*, prout fuit actum in casu nostro, actio prætata dicitur mixta, & consequentér per generalem Statuti dispositionem non tollitur, nec comprehenditur, ex doctrinâ *Bald. in autentica eo decursum Cod. de donationibus ante nupt. Bartol. & DD. in l. certi conditio §. quoniam Nummes ff. si certum petatur, Aretinus in l. si itá scriptum in principio ff. de liberis, & posthum. Alexã. cons. 24. num. 44. & cons. 116. num. 9. vol. 1. Socin. Senior. cons. 246. num. 3. vers. 3. confirmo lib. 2. Gabriel. cons. 5. num. 35. & cons. 8. num. 14. & 16. lib. 2.* in puncto *D. Laltus Altogradus cons. 31. num. 30. vbi sub num. 31.* Firmat, quòd quandò 26
alienatio perficitur á Ciue in forensẽ, dicitur casus mixtus ratione cuius mixturæ sustinetur alienatio etiàm facta in forẽsẽ, in puncto *Crotus in l. til fum. §. Deuenũ 78. ff. de legatis 1. Iason cons. 112. n. 4. vnde per sociũ lib. 4. Platus d. cõs. 19. n. 12.* per Tex. *in l. si his qui duos ff. de liber. legat.* vbi *Bartol. & Alex. Peregrin. cons. 120. n. 6. lib. 5. Carpan. ad Statut. Mediolan. noua constit. in cap. Collegijs num. 60.* idem *Altogradus cons. 7. num. 38. lib. 1. Turrettus cons. 17. lib. 1. Thom. tract. 2. d. cap. 34. num. 875.*
Maximé quandò inclusio mixti, est odiosa, & exorbitans á Iure communi, quià tunc etiam ex identitate rationis extensio minimé perficitur, vt in terminis fundat, 27
Merlinus Pignatell. controuers. forens. tom. 1. cap. 47. à num. 8. & 9. mirificé idem *D. Altogradus cons. 18. nu. 61. 62. & 63. lib. 1. Brunorus à sole in compend. variar. resolut. in verbo mixta pagin. mihi 137.* & ita in terminis fuit firmatum per *Rotam in Mutinen. dotis 15. Nouembris 1641. coràm bo. m. Cardinale Panzirolo impressa post Merlin. de pignorib. decis. 51 à n. 7. & 8.*
Quibus tantùm prò mei animi alacritate præmissis prò vera nostri Statuti intelligentia, aliam quæstionem ad terminationem causæ perutilem, & necessariam percutere existimaui, nempè, án prohibita alienatione, dicatur prohibita etiam Hypotheca licét generalis; in qua sanè quæstione adsunt prò, & contrá, nonnulli magni nominis DD. Alij enim esserentes 28

(At-

(Attento præfato Statuto) benè hypothecam, licét generalem cõpræhendi, ex quo præsefert acquisitionem iurium super re immobili Felin. in cap. final. de accusat. num. 4. & in puncto super eodem Statuto consuluerunt Mazzolus cons. 59. per tot: Phanuscius in suo cons. impresso post tract. de inuentario, & dixit Iason. inl. fin. num. 82. vers. tamen quantum Cod. de iure emphiteutico per text. expressum in l. finali C. de Reb. alien. non alienan. Ripa in l. obligatione generali num. 4. ff. de pignorib. Thomas. tract. 2. cap 24. de incapacibus num. 767. Rota Roman. decis. 74. post Cenc. de cens. num. 1. & 2.

29 Alij autem distinctionis fœdere ipsam resoluere conantur, scilicét, quód aút agitur de hypotheca generali, aút de speciali; si de generali, cuius acquisitio cũm sit ius ad rem, & eam debiliùs afficiat, non compræhenditur sub præfata dispositione Statutaria, latissimè Altogradus d. cons. 3 nu.
30 2. 26. 27. 33. 34. & 40. in fine Aút veró agitur de hypotheca speciali, & tunc cùm constituat ius in re, & quidèm intrinsecum, sub alienationis verbo omninó comprehenditur, in terminis Sperell. decis. fori Ecclesiast. 74. num. 1. & 2 par. 1. & magis, & fortiùs operatur, quám hypotheca generalis, Surd. cons. 331. num. 26. Mantica de tacitis lib. 1. tit. 2. sub. nu. 12 Fontanella de pactis nuptialibus claus. 7. Glos. 2. par. 9. num. 30. Neguzant. de pignoribus part. 2. princip. num. 3. vers. & ratio est Gaitus de credito cap. 4. quæst. 5. num 207. & 208. Merlin de pignor. lib. 1. titul. 2. quæst. 11. num. 10. Ac ideó compræhendatur sub illis verbis Statuti, scilicèt, Iura
31 & actiones mobiliũ, & immobiliũ, Cũ ille geniciuus Mobilium, & immobilium Ostendat quoddam ius in re ad tex. in l. 2. §. in locũ ff. de Religios. & sumptib funerum, Bald. cons. 205. lib. 3. num. 2. vers. 2. præmisso, in princip. D. Altogradus d. cons. 3. num. 26. Qui constituit differentaim inter Ius
32 rei, Ius in re, & Ius ad rem; Itá vt Ius in re specialem hypothecam præseferat, & sub Statuto compræhendatur, Ius veró ad rèm, generalem tantùm, & sic non compræhenditur tamquàm longé debilius ex glos. in l si is qui in rem in princip. ff. de furtis, Rhodoan de rebus Eccles. non alienand. pag. 9. num. 16. Berous. in cap. Nulli de reb. Ecclesiæ non alienad. num. 10. & num. 13. in fine, Neguzant. de pignorib. 2. membro 2. 33
partis num. 28. in fine, vbi dicit, quód pignorans, vel hypothecans nõ alienat, nec ius in alium transfert, dum pignus remanet in bonis dèbitoris, l. pignus Cod de pignorat. actione, Neguz. Iun. in sua sylua responsor. quæst. 412, num. 14. idem Altograd. ibidem num. 27.

Licèt sit benè verum, quód Statutum præfatum minimé etiam vindicet sibi locum in hypotheca speciali, ex quo hypo- 34
theca specialis non habet vim transferendi dominiũ, sed solam, & nudam possessionem, seù detentionem; vt plenè fundat, D. Hieronymus Palma cons. 63. à num. 57: & seqq. In terminis Claudius ad Bertazzol. cons. 399. vers. 2. idem arbitror. Plotus cõs. 19 num. 20. vers. 6.

Pró vt minimé dictum Statutum habet 35
locũ, quãdó alienatió à Laico in Clericũ forensem fuit facta, in puncto Abbas in cap. à nobis num. 5 de Sent excommunic. in 6. Ioan. Andreas in cap. fin. num. 1. vers. vidi dubitari de immunit. Eccles. lib 6. Felin. in cap. Ecclesia Sancta Maria de constitut. vbi etiàm Decius num. 247. Geminian. in d. cap. fin. de immunit. Ecclesiæ num. 4. in 6. Iason in L. filius familias §. Diui in 1. lectura num. 72. & in 2. num. 107. vbi etiàm Crotus num. 80. & Loaz num 157. & Soccin Iun. num. 166. vers. circà 2. & Ripa num. 81. vers 2. conclus. ff de legatis 1. Alexand. cons. 211. num. 3. lib 2. Riminald. Iun. cons. 15. num. 85. & seqq. Honded. cons. 3. num. 22. vbi infinitos allegat. Surd. cons. 2. num. 34. lib. 1. Boerius decis. 75: Viuius opinione 755. num. 2. & seqq. Quibus omnibus reportatis nouissime sic firmat Vermigliol. cons. Criminali 96. n. 7.

Attamen, vt meam proferre videar sẽtentiam, vera, & communis est opinio in terminis præfati Statuti contrà Mazzolum, & Phanuccium, vt Forensis possessionem bonorum per hypothecariam auocare possit, ad effectum, vt ex eorum fructibus possit sibi de dicto eius Credito satisfieri, ex eo quòd licèt forensibus interdicta sit acquisitio bonorum stabilium in-

Ter-

Territorio Lucensi, vt cautum legitur in dicto Statuto *sub cap. 74. lib. 2.* Tamen tale Statutum eam semper habuit interprætationē, vt non intelligatur Vetare forensibus, quò minùs possint per hypothecariam, aut saluianum interdictum auocare sibi possessionem bonorum immobiliū, ad effectum ea detinendi iure pignoris, & hypothecæ, donec, & quousque ex fructibus de eorum Credito sibi satisfiant, prout voluerunt *Iason. in l. fin. num. 82. Cod. de iure emphitheutico, Plotus cons. 19. num. 20. Riminald. Iun. conf. 765. num. 4. & seq. Bursatt. cons. 37. per tot. lib. 2. Turrett. eodem cons. 17. lib 2.* & in specie dictum consilium *Mazzol. & sequacium* reprobat *Claudius ad Bertazzol. d. cons. 399. lit. A.* Vbi ostendit *Mazzol.* scripsisse contrà communem, & nouissimè omnibus rationibus, & Argumentis ipsius, respondet *D. Lælius Altogradus d. cons. 3. à nu. 5. vsq. ad 13. cum seqq. Rota Lucana per Cernazzan. decis. 10. Ludouicus Sacca cos. 231. nu. 8. lib. 2. Riminald. Iun. cons. 765. numer. 14. Aretinus cons. 75. numer. 2. Dilect. de arte testanā tit. 8. cent. 5. num. 4. Carroccius decis. 117. num. 9. Clarus in §. emphiteusis quæst. 18. Mantica de tacitis, & ambiguis lib. 22. tit. 28. num. 51. Gama decis. 28. per tot. & decis. 107. num. 2. Heringius tract. de fideiussor. cap. 1. num. 117. Asinius de execut. rei iudicatæ cap. 1. num. 5. Giurba ad consuetudines messanas Glos. 4. part. 1. num. 19. vers. contrarium*, & fuit in præcisis terminis dictū *in vna Romana Saluiani 17. Aprilis 1643. coràm R.P. D. Cerro §. non obstat* impressa

37 post *Merlin. de pignor. decis. 57. à num. 2. 3. 4. 5. 6. 7.* vbi quòd non datur immissio in ipsa re, vt tangatur eius substantia, sed ad effectum dumtaxat percipiendi fructus, ex quorum perceptione non incurritur contrauentio &c. & quòdd. Sta-

38 tutum *in cap. 74. lib. 2. Statut.* ità semper fuerit interpretatum in ista Rota, vt non intelligatur vetare forensibus, quò minùs per hypothecariam, aut Saluianum, siuè &c. possint auocare sibi possessionem Immobilium, ad effectum ea retinendi iure pignoris, & hypothecæ, donec, & quousque ex fructibus sibi de eorum Creditu satisfiant, vltrà *Cornazzan. citat. decis. 10.* plures refert *Thomas. tract. 2. tit forenses incapac. cap. 22. num.* 808. Qui pluriès sic testatur obtinuisse tàm in Curia Mercatorum, quàm in Rota, *& fuit decisum de anno 1601. per istam Rotam in causa D. Guardi Florentini contra Spp. de Bottinis manu Egr. S. Saladini de Saladinis* vbi latè, ac nuperrimè ità fuit obtentum iàm in prima, quàm in secunda Instantia prò illis de Trausreo contra hæredes Capitanei Lenzi de Fiano manu Egr. Ser. Itaut hic articulus non videatur ampliùs in controuersiam posse reuocari, eoquè magis, quia non semel, sed pluries ita fuit decisum, nec apparet contrarium vnquam obseruatum fuisse, quo fit, vt præferenda sit opinio, quæ in praxi recepta fuit. *Carat. commun. opin. lib. 1. tit. 4. inspect. 2. num. 74. & infra*, & sic videbatur fuisse inductam consuetudinem iudicandi, etiamsi semel fuisset super d. Statuti intelligentia iudica- 39
tum, ex doctrina *Baldi cons. 275. num. 3. & 4. vers. præterea lib. 1.* & ideò multò magis, ex quo pluriès, vt testatur *Præses de Franchis decis. 470. num. 4.* vbi *Add. Re-* 40
gens Capyc. Latro decis. 30. lib. 1. nu. 20. Mastrill. decis. 1. num. 20. Horatius persius cons. ciuili 10. sub num. 12. D. Altogradus qui sic in terminis testatur *d. cons. 3. num. 5. 6. 7. & 8. & fuit firmatum per istam Rot. in Lucana Emphyteusis 29. Martij 1656. coràm me §. vnde per DD. meos ad finem.*

Nequè quicquam prædictis obstat text. 41
in d. l. fin. Cod. de reb. alienis non alienan. Quià attenta censura dicti text. admodum impropriè alienationis nomine bonorum, hypothecā venire fatentur *Dyn. Bald Albericus, & Salycet.* Ideòque dispositionem illius text. procedere in Statutis fauorabilibus, & latè interpetrandis, non autē in nostro Statuto, quod suprà fuit fundatum, esse odiosum, dum dirigit verba in forenses, ac prohibet eos emere, & acquirere *Riminald. cons. 244. lib. 2.* 42
num. 5. & sic non potest extendi ad hypothecā, de qua Statutū nullā facit mētionē, & hypotecha impropriissimè dicitur alienatio, & ideò nō potest supèr proprietate verborum d. Statuti continen *Aretin.*

cons

conſ. 125. num. 3. Bald. Caſtrens. & Alij
in d. l. fin. C. de reb. alien. nõ alien. & licèt pro-
hibita alienatione, intelligatur prohibitus
omnis actus, per quem ſequitur alienario,
limitatur cameo in Statutis d. concluſio,
vt in terminis fuodat Ancheranus Iun.
quaſt. famil. 27. in fine lib. 1. Fusar. de ſub-
ſtit. quaſt. 694. num. 2. Et ſic oon videtur
prohibita pignoris acceptio, Additio ad
glos. in d. l. vlt. in verbo vel hypothecam
Neguzant. de pignor. memb. 3. 2. part. nu.
70. & 73. Gabriel commun. opin. concl. 7.
44 num. 11. tit. de praesump. D. Altograd. d.
conſ. 3. nu. 4. & ex text. in l. ſi pupillorum
§. ſi prator ff. de rebus cor. vbi prohibita
alieoatiooe, ſeú venditione, non cenſetur
propriè prohibita hypotheca, vel obliga-
tio Rebuff. in l. alienationis vers. itaque re-
gula ff. de verbor. ſignif. pròut in puncto
deducitur per Rotam decis. 294. num. 9.
parte 1. recent. Rota decis. 211. num. 6. par.
5. recentior. Vbi quód nec etiám appella-
tione permutationis, & donationis, eadem
Rota poſt Merlin. de pignor. deciſ. 57. à n.
1. ad 7.

Nequè paritèr obſtat, quòd præfatum
Statutum non loquitur de ſimplici aliena-
tione, ſed per verba vniuerſalia prohiben-
tia quamlibet alinationis ſpeciem ibi (Eme-
re, vel aliquo quocunque titulo, ſiuè modo
45 acquirere) Talia enim verba vniuerſalitèr
prolata extenduntur ad impropriã, immò
improprijſſimam alienationem, & ſic ad
hypothecam, ne dum ſpecialem, ſed eti-
àm generalem Natta conſ. 474. num. 23.
& 24. Tyraquell. de retract. lignager. §. 1.
glos. 7. num. 30. Mazzol. d. conſ. 59. cum
alijs per Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1.
quaſt. 42. num. 35. & 36.

46 Fuit enim reſponſum, quòd ſi verè per-
cipiatur natura verborum d. Statuti, ip-
ſum tantúm interdicere videtur alienatio-
nem illam, per quam transfertur domini-
um, non autem illam, per quam domini-
um non transfertur, vt egregiè declarat
Cephalus conſ. 53. num. 13. 17. 18. & 19.
Claudius ad Bertazzol. cons. 399. verſ. 2.
idem arbitror. Carpan. ad Statut. Mediola-
ni in cap. collegijs num. 29. Cornozzan. de-
cis. 10. num. 11. verſ. item, & debet intelli-
gi, & num. 21. D. Lalius Altogradus d. cõs.
3. num. 35. & alienatio tunc propriè fieri
dicitur, quandò quis abdicat à ſe rem 47
aliquam, in alium traosferendo, vt obſer-
uat Socin. Iun. cons. 212. num. 7. & 15.
vol. 1. & cons. 97. num. 54. cum ſeqq. &
num. 59. vol. 2 & cons. 163. num. 18. eo-
dem vol. & probat text. in l. ex hoc edicto
9. §. alienare ff. de alienat. iudicij mutand.
cauſ. fact. Magonius decis. Florent. 93. nu.
9. per text. in l. alienationis verbum ff. de
verbor. ſignif. & prius decis. 92. num. 6.
Tyraquell. de retract. cõuentionali § 2. gloſ.
1. & vnica num. 7. & 9. Vbi quod tunc 48
alienatio propriè dicitur, quaodò Domi-
nium plenè, & irreuocabilitèr eſt alieoa-
tum Salgad. laberynt. Creditor. par. 3. cap.
3. num. 79. & eſt doctrina Baldi in l. vo-
luntas Cod. de fideicomm. Angel. in l. Beni-
gnus ff. de legatis; & ſic d. Statutum de ve-
ra dominij translatione, non autem de ea,
per quam nuda poſſeſſio auocatur, intelli-
gendum ſit Ambroſius de Opizo in repet. l.
filius familias §. diui num. 60. ff. de legatis
1. & ibi Federic. Zuarez. num. 750. Qui
teſtatur de communi; Maximé cum præ-
fatum Statutum antecedenrèr expreſſerit
titulum, & modum habilem ad translatio-
nem dominij, dum per antea prohibuerat
emptionem, & venditionem, per quam
dominium trasfertur §. vendita, & § ſeq.
inſtit. de rerum diuiſione, ac deindé ſubiũ-
xerit illa verba, Vel alio quocunq: titulo, ſiuè
modo, dicta enim verba veniunt intelligen-
da de titulo, ſiuè modo ſimili, non obſtã-
te vniuerſalitate verborum; Nam licét d. 49
dictio Alius, ſit iuncta dictioni vniuerſali
Quocunque modo, Nihilominùs implicet
titulos, ac modos ſimiles, eiuſdemq; qua-
litatis, & naturæ, ac prius ſunt expreſſi, in
puncto Oldradus conſ. 297. num. 5. Calde-
rinus conſ. 2. in fine tit. de arbitris, Felin.
in cap. ſedes verſ. Clauſula generalis de re-
ſcriptis, Iason. in l. quicunque num. 3. Cod.
qui admitti, vbi Decius punctualitèr num.
1. verſ. sed etiàm, Socein. Sen. cons. 287.
num. 2. vers. item ex eo, & verſ. nec in ma-
toria, & cons. 104 lib. 3. Roman. cons. 42. n.
5. verſ. vel aliom, Gherardus Mazzolus ex
aduerſo citatus idem firmat conſ. 18. n. 22.
& indiuiduò dicti Statuti in illis verbis,
Quocunque titulo, ſiuè modo, Ruin. conſ. 116.

num. 18. *lib.* 2. *Cephal. conſ.* 13. *n.* 11. 12.
13. *&* 14. Itáquod *Alienationis* verbum
vti genericum, quandó eſt poſitum inter
ſuas ſpecies, ab illis ſemper reſtringatur,
& iuxtà illarum ſonum de ſola alienatione
dominij translatiua intelligatur, *Crinellus*
decis. dolana 122. *num.* 48. *verſ. adde quod*
quandò Genus ponitur inter suas ſpecies, ab
illis ſemper reſtringitur, iuxta text. *in l. finali*
§. dulcia ff. de tritic. vino, & oleo legat. vbi
gloſ. verbo ex collatione, Corneus conſ. 96.
num. 3. *verſ. & maximè vol.* 1. *Soccin. Iun.*
conſ. 111. *num.* 14. *&* 15. *vol* 1. *Surdus.*
conſ. 77. *num.* 24. *Burſatt. conſ.* 243. *num.*
11. *lib.* 3. *Bimius conſ.* 122. *antè num.* 9.
& num. 32. *&* 33. *lib.* 2. *Cephal. conſ.* 549.
51 *num.* 114. *lib.* 4. *vbi num.* 116. Ait, quòd
licèt verba vniuerſalia, ſiué generalia vi-
deantur apta, omnia compræhendere, nõ
poſſunt tamen per ſpecies ſpecificatas
ampliari, quàm ſint, ſed bené reſtringi, vt
poſt multos, quos allegat, fundat nouiſſimé
D. Franciſ. Rhedanaſcus cõs. 44. *lib.* 1. *n.* 18.
52 Qui meminit de verbo *Quoquomodo, ſeu*
aliquo modo, & ſimilibus, quæ licèt genera-
lia, eſſe intelligenda ſecũdũ præmiſsã for-
mam, Itá vt dictum verbum, *alienare*, li-
cèt verbis vniuerſalibus conceptum in no-
ſtro Statuto poſitum, reſtringatur á verbo
præcedenti, *vẽdere*, quód ſicuti actum in-
ter viuos, & dominij translationem impor-
tat; Itá etiàm facit, vt ſequens verbum
Alienare, de eodem actu intelligatur, idẽ
Franciſcus Rhedanaſcus Cateruat. cumulã-
do á ſimili DD. citato *conſ.* 44. *num.* 7.
materiam proſequitur.
53 Quæ omnia multò magis procedunt
in Statuto iuris communis correctorio, &
reſtringibili, quiá tunc prohibitio alienatio-
nis, vti valdé odioſa, & exorbitans, dato
ſit verbis vniuerſalibus, & geminatis con-
cepta, ſemper venit reſtringenda itá *Ruyn.*
citat. cons. 116. *sub num.* 17. *lib.* 2. *Surd.*
d. conſ. 77. *ſub nu* 25. *Odd. de prohib. alie-*
nation. quaſt. 17. *num.* 65. *Oſaſchus deciſ.*
50. *num* 11. *Marta voto* 222. *num.* 30.
Monach. deciſ. Florent. 40. *num.* 30. *Fon-*
tanella de pactis nuptialib. tom. 1. *clauſ.* 4.
gloſ. 24. *num.* 88. latiſſimé *Altogradus d.*
conſ. 3 *num.* 39. vbi dicit, quòd ſumus in
Statuto principalitèr odioſo, & ſtrictè in-
telligendo, *Gaball. conſ.* 149. *num.* 2. *lib* 1.
& conſ. 16. *num.* 26. *lib* 2. *Eugen. conſ.*
9. *num.* 39. *&* 40. *Cornazzan. dicta deciſ.*
10. *num.* 14. *Barbatia conſ.* 43. *col.* 9. *&*
ſeq. Franciscus Rhedanaſcus d. conſ 44. *num.*
25. *Gerius Spino conſ.* 93. *ſub num.* 22. *Soc-*
cin. conſ. 81. *num.* 13. *vol.* 3. cum alijs ci-
tatis in principio *deciſionis §. tamen indu-*
bitata, &c. ex Ratione, cum nullum ſit 54
tám vniuerſale verbũ quamtumuis Gemi-
natum, quòd non recipiat reſtrictionem ex
conſideratione debitarum circunſtantia-
rum, *Oldradus cons.* 147. *num.* 7. *& conſ.*
268. *num.* 1. *Neuizzan. conſ.* 60. *num.* 12.
vidend. Burſatt. cons. 157. *num.* 28. *cum*
ſeqq. lib. 2. latiſſimè *Fuſarius de ſubſtitut.*
quaſt. 712. *num.* 19. *&* 45. *Oddus de pro-*
hibit. alienat. quaſt. 17. *artic. vltim. num.*
122. *Menochius conſ.* 1081. *num.* 12. *lib.*
11. *Franciſ. Rhedanaſch. conſ.* 44. *nu.* 10.
Immó dato, quód eſſemus in Statuto fa- 55
uorabili, prout veré non ſumus, dúm eſt
iuris communis correctoriũ, & tollit libe-
ram facultatem, quam quis habet, diſpo-
nendi de rebus ſuis, vt ſupra fuit dictum,
nullo modo extendendum venit ad caſus
improprios, & non expreſſos *Alex. cons.*
207. *num.* 18. *lib.* 6. *Riminald. Iun. conſ.*
501. *num.* 78. *Honded. cons.* 13. *num.* 21.
lib. 2.
Minimé etiám obſtare viſum fuit illud, 56
quòd dicebatur; Nimirùm, vt ſi conſtitua-
tur hypotheca, ſiué generalis, ſiuè ſpecia-
lis ſuper bonis æquiualentibus ſummæ de-
bitæ, pró qua fuit contracta obligatio, itá
vt ceſſet ſpes luitionis; tunc enim talis hy-
pothecatio cenſetur propriè alienatio á
Statuto prohibita, cùm forenſis ea vti pro-
pria retineat, ad tradita in puncto per ſcri-
bentes *in l. fin. C. de rebus alien. nõ alienand.*
Albericus num. 2. *ibidem, Salycet. num.* 2.
Bald in cap. 1. *§. aut ſi libellario num.* 45.
tit. quib. mod. feud amitt. Bart. in l. qui ha-
bebat. 99. *num.* 2. *ff de legat.* 3. & ibi *Alex.*
in addit. lit. B. Baldus conſ. 218. *nu.* 2. *lib.*
1. *Phanucc. in dicto Reſponſo poſt tract. de*
inuent. Merlin. de pig. d. lib. 2. *tit.* 1. *quaſt.*
42. *nu.* 37. *& lib.* 2. *tit.* 4. *quaſt.* 105. *num.*
4. *Cornazzan. deciſ. Lucan.* 10. *num.* 18.
Altogradus d. conſ. 3 *num* 11. 12. *&* 13.
ac 34. *Sperell deciſ. fori Eccleſiaſt.* 74 *num.*
12, 13.

12. 13. & 14. *par.* 1. Cumqué ex depositionibus testium in præsenti iudicio examinatorum appareat, bona, super quibus fuit petita associatio, esse communis valoris,& pretij *scut.* 2000. & nõ plus, prò vt secundus Testis *super* 1. *artic. in processu*
57 *fol.* 5. *tertius fol.* 18. qui Testes cum eorum dictum in quantitate, & valore fructuum, qui percepi possunt, & percipiuntur, fundent, proút secundus eodem *process. fol.* 7. *super* 7. *art. tertius fol.* 19. *à terg. quartus fol.* 25. *à terg.* eorum fides hàud controuerti valeat, *Viuius decis.* 70. *num.* 3. *lib.* 1. *Rota Romana decis.* 100 *num.* 1. *par.* 4. *recent. Buratt. decis.* 797. *num.* 3. *& apud Merlin. decis.* 159. *num.* 6. *& decis.* 538. *num.* 8. *apud Canalerium decis* 361. *&* 2. *Riccius decis. Cur. Archiepisc. Neap.* 7. *num.* 1. *par.* 4. per text. *in l. si quis* 16 *Cod. rescid. vendit, l. si fund* 92. *ff. de legat.* 1. *Zuccarus decis* 29. *num.* 1. Nequé præfata bona esse sufficientia, quòd cum fructibus eorũ, possis solui non solùm pars Capitalis, sed nequé posse satisfieri annuum interesse d. Crediti, saltem prò medietate, vt dicunt secundus Testis *super* 6. *art. &* 8. *Tertius fol.* 20 *Quartus fol.* 28 *sextus fol.* 36. *à terg.*
58 Sequitur ergò quòd dùm cessat spes lutionis,Contractus ipse ab initio fuit infectus, ex quo per huiusmodi hypothecam prò tanta summa fuit inducta vera alienatio contrà formam dicti Statuti prohibentis acquisitionem, seu Dominij translationẽ in forenses, in puncto *Rota in Romana fideicomissi* 15. *Aprilis* 1652. *coràm R. P. D. Cerro §. conclusio autem.*
59 Fuit itaqué Responsum, motiuum non obstare, attenta declaratione pendente iudicio facta per D. Farsetum Actorem, se velle associationem ad effectum vendendi in Personam subditam, iuxta pactum expræssum in Instrumento appositum, quo attento etiám si bona, super quibus petebatur Associatio, essent obligata prò tanta summa, prò qua cessaret spes luitionis, & per consequens induceretur vera acquisitio, ac etiám verà alienatio, Nihilominús cùm petita associatio peteretur in executionem stipulatæ conuentionis, non ad effectũ,vt d.D. Farsettus eadẽ bona penès se irreuocabilitèr retineret, sed tãtũmodò ad effectum eadem vendendi, & pretium exindè retrahendúm consequendi in satisfactionem sui Crediti, huiusmodi acquisitio, tanquám momentanea non attenditur vti destinata in personam subditam, & sic effectus acquisitionis consideratur, in puncto *Salyc. in l. ea lege sub num.* 19. *Cod. de conditionib. ob causam, Felin. in cap. in præsentia num.* 51. *de probat. Geminian cõs:* 40. *num.* 1. *Cuman. cons.* 52. *num.* 1. *& cõs.* 169. *num.* 1. *Fulgosius cons* 103. *in princip Caleaneus cons.* 126. *nu* 5. *Decius cons.* 559. *num.* 2. *&* 3 *Curtius Iuni cons.* 105. *num.* 5. *Alba cons.* 218. *num.* 14. *Petrus Gaballus* 60
cons. decisione 16. *numer.* 17. *lib.* 2. & ideò petita Associatio dicto D. Farsetto minimé valebat denegari, adhoc vt ipsa possessione adepta, posset in personã subditam, & capacem alienare, vt probant *Thomas. dicto cap.* 22. *num.* 824. *&* 883. *Plotus cons.* 19. *num.* 53. *& num.* 81. *Opizo in l. filius familias* 5. *diuisnum* 62. *in quinta limitatione ff. de legat.* 1. *Merlin. de pignor. d. quæst.* 42. *num.* 55. *& melius num.* 64. *Cornazzan. decis. Lucan.* 10. *num.* 13. vbi 61
subdit rationem, quià prohibitos rem acquirere, non est prohibitus, neque incapax æstimationis, & pretij *Altogradus totiès citato cons.* 3. *num.* 44. *& seqq.* qui in terminis, & indistinctè præfati Statuti fũdat,nõ obstante prohibitione, posse forẽses acquirere bona, & iura super ipsis, eorumq; detentionem nancisci, non ad effectum retinendi, sed vendendi subdito, & pretium consequendi, ita *DD. omnes in l. filius familias* §. *si quod alieni ff. de legat.* 1. *Alex. cons.* 88. *num* 1. *lib.* 2. *Decius cons.* 559. *num.* 4. *Curtius Sen. cons.* 27. *num.* 40. *&* 41. *Ruin. cons.* 139. *num.* 24. *lib.* 5. *Clarus* de communi testatur §. *fin. quæst.* 82. *num.* 5. *Simon de Pretis de interpretatione vltim volun. lib* 9. *tit.* 9. *Plotus d. cons.* 19. *num.* 63. *&* 81. *Menoch. de præsumption. lib.* 4. *præsumpt.* 120. *num.* 6. *cum seqq. Claudius ad Bertazzolum cons.* 399. *vers.* vbi hæc formalia profert verba, *Stante præfato Statuto alienationes prohibente in forenses, tenere obligationem, quãdò Creditor non intendit acquirere bona immobilia ad finem ea tenendi, sed vendendi, & alienandi subditis, & capacibus; nam tunc talis acqui-*

sitie uti momentanea, de qua Statutum non videtur intelligere, prohibita non dicitur, prout in terminis sic ratiocinatur *in vers. secundo itē arbitror, & vers. licèt ex Statuto*, in puncto *Lælius Altogradus d. cons. 3. num. 46. Hieronymus Palma cons. 63. n. 62. vers. nam respondetur, Cornaz decis. 10. n.*
62 *13.* Qui testatur de communi, ita, quod præfatum Statutum vindicet sibi locum, siue respiciat personam Alienantis, siue Acquirentis, *Alex. in l. idem Iulianus §. cōstat ff. de legat. 1. num. 14.* Inquiens quòd ista est veritas, & cōmunis opinio, & quòd Statutū præfatum non resistit quoad acquisitionem pretij *Gloss. in cap. 1. de religiosis domibus in 6.* Ea ratione, quiá prohibitus rē acquirere, est semper capax pre-
63 tij, & æstimationis ipsius Rei, ex Doctrina *Bartol. in l. idem Iulianus §. fin. num. 3. in l. filius familias § si quid alicui ff. de legat. 1. Marsilius singulari 132.* late *Marcam-brunus cons. 90. à num. 26. cum seqq.* Quapropter Conclusio solida remanet, quòd acquisitio facta ad effectum in subditum transferendi, tanquám momentanea, non subiacet dispositioni Statuti prohibētis alienationem in forensem *Thomat. d. cap. 24. num. 891.* qui testatur de communi, *Plotus d. cons. 19. num. 64. & DD. omnes supra*
64 *citat* & in terminis Associationis *Marcā brunus ab Anguillis d. cons 90. num. 126.*
65 *vsq; ad finem qui notabilia infert*, & quòd forensis non obstante Statuto valeat retinere Rem stabilem per annum, & posteá vendere Subdito, & sibi pretium retinere, In puncto *Alex. cons. 120. num. 4. lib. 1. Ioann. Baptista Ciarlin. contr. num. 1. capite 78 num. 33. & 35.*

Neque obstat si dicatur, quod D. Farsettus non potuerit variare petitionem, & associationem petere ad effectum vendendi in personā subditam in calculo ferendæ sententiæ.

Nam fuit responsum, quòd in facto non subsistit, dùm in fine citationis transmissæ D. Octauio Frediani ad dicendum quaré &c. subiunguntur infrascripta verba (*Et aliorum pactorum exequntiuorum in allegato Instrum. Positorum, & prò tunc ad videndū*
66 *dictum Instrumentum produci*) Vndè negari non potest in d. citatione expresse contineri prædictam facultatem vendendi resultantem ex illis verbis (*& aliorum pactorum*) sed etiàm vigore tacitæ relationis factæ ad præfatum Instrumentum, vigore cuius fuit actum, & in quo pactum, quod fuit declaratum, stat expresse extensum; Vndè intrat regula, quod relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus *Rot. decis. 432. n. 6. parte 4. tom. 2. recentior.*, & est ac si de singulis partibus, & capitibus contentis in Relato facta fuisset specialis mentio, ad tradita per *Gratian. discept. foren. c. 571. n. 43. & 44. Buratt. dec. 61. num. 6.*

Quod eò fortiùs mihi vim fecit, ex quo, 67
in secunda compatitione primæ instantiæ parte petente, præfatum Instrumentum fuit productum, ac eidem parti copia tradita; Vndè poterat deducere omnes exceptiones, si quas habebat, contrà omnia ea, quæ ex ipso Instrumento resultabant, ad tradita in puncto per *Rot. in Romana Vineæ 24. Martij 1651. coràm R. P. D. meo Cerro §. quià præter.* Maximè quiá d. declaratio ad effectum vendendi, quandó nō esset facta, proùt fuit facta, ipsa potuisset fieri in secunda instantia; Cum omissum in prima 68
instantia, possit suppleri in appellatione per Text. *in l. per hanc Cod. de appellation.*
Ideòque cū exceptio præfata hodiè tan- 69
tùm à D. Octauio fuerit in Rota proposita, licitum fuit dd. D. Farsetto Actori, d. Instrumenti pactum anteá in prima instātia declaratum, denuó declarare, & deducere, ac prò illius executione instare ad elidendam eiusdem D. Octauij replicationem, vt firmanit *Rota post Pacificum de Saluiano dec. 186. num. 10. & 11. & apud Caualerium dec. 173. n. 2.* cum alijs per *Addent. ad Gregor. dec. 272. in fine vers. sicuti etiàm*, & per *Addent. ad Burat. decis. 231. n. 9.* & in terminis ita fuit dictum in *Romana pecuniaria 27. Maij 1651. coram R. P. D. Celso §. nec obstare.* Itaqué d. declaratio cum fuerit facta prò exercendo pactum resultans ex ventre Instrumenti, ipsa nihil 70
noui operatur, sed quandocumqué fieri poterat, vt in terminis tradit *Menoch. cons. 763. n. 20.* immò per Rot. denuó decerni valebat, proùt feré in istis terminis *Soc. Iun. cons. 67. nu. 15. vers. 3. idem lib. 3.* cum

alijs

aliis per d. *Rot. in alleg Rom. pecuniaria 27. Maij 1651. §. verum Domini cor. R. P. D. Celso.*
71 Immò ad comprobationem prædi-
ctorum addebatur solida conclusio, quod
Iudex potest pronunciare super remedio,
quod competit Actori ex his, quæ dedu-
xit, licèt aliud Actor ipse petierit, vt firmãt
*DD. allegati per Barzium dec: 48. num. 8.
& seqq., & decis. 70. num. 36.* vbi post
72 multos quos allegat *sub num. 38. & 39.*,
refert, quod sufficit producere Instrumen-
tum, ex quo resultat intentio Agentis, *Rota
decis. 176. num 2. apud Ludouis. Burat. dec.
368. num. 5. Magon. dec. Lucan. 57. nu. 7.
Cornazan. dec. 158. num. 2. Paulus Staiba-
nus Iun. resol. for. decisar. resol. 35. nu. 59.*
73 *Merlin. Pignatell. lib. 1. controuers. c. 34.
num. 8. & 9.* vbi quod in causis summarijs,
& vbi proceditur sola facti veritate inspe-
cta, (proùt hic seruatur, attenta sanctione
statutaria *cap. 14. lib. 1. Statutor.*) non at-
tenditur, quod petit Actor, sed quod appa-
reat illi deberi, *Rot. Rom. decis. 270. num.
6. apud Ludouis.* & omnium optimus in
terminis Casus, de quo agitur: *Io. Francis.
de Castillo dec. Siciliæ 57. tomo 1. Latè Idẽ
Merlinus Pignatellus controuersia* 80. *num.*
8. 9. 10. *& seqq. Centur. 2.*
74 Cuì cõclusioni vltimo loco adductæ nõ
òbstant *Cons. Parisij 131. lib. 1. Ruyn. cons.
19. num. 9. lib. 4. Surd. cons. 283. num. 4*
allegati per DD. informantes; Nàm ipsi
non loquuntur in clausula *sola facti verita-
te inspecta*, apposita à Statuto, sed in clau-
sula libelli *petit sibi Ius, & Iustitiam mini-
strari* quæ sunt longè diuersa, iuxtá vul-
gata.

Nequè secũdò obstat motiuũ, quod de-
ducebatur ex *cap. 120. vers. quamuis ven-
ditor lib. 1. Statutorum*, vbi disponitur, quod
*Actor non possit à via, & remedio intentato
discedere, & ad aliud remedium confugere.*

Quià fuit responsum, quód motiuum,
non applicatur, dúm fuit ostensum per de-
clarationem factam, tàm in prima, quàm
in secunda instantia non fuisse recessum á
remedio Associationis primo loco inten-
tato, sed semper fuit idem iudicium pro-
sequutum super Præf. associat. adeó vt va-
riatio nulla valeat considerari respectu re-
medij, seù modi agendi, sed solúm respe-
ctu modi satisfaciendi de suo credito, pro-
ut in d. citat. transmissa; sicq; Statutum al-
legat. supponit diuersos modos agendi,
& diuersas citationes in diuersis Iudicijs
propositas, quæ valdè differunt inter se, &
ex diuersis nõ fit illatio vulgata regula &c.
& sic patet ad sensum.

Proùt neq; obstare visum fuit, quod di- 75
cebatur d. D. Farlettũ Actorẽ per clausulas
appositas in Instrumento, de quo agitur,
fuisse cum iuramento constitutum Procu-
ratorem in rem propriam, & sic irreuoca-
bilem, quod operatur translationem do-
minij pleno Iure contrà expressam d. Sta-
tuti sanctionem, ad tradita per *Gratian. dis-
cept. foren. c. 342. num. 10., & 11. Me-
noch. cons. 361. num. 38. Barbos. de clausu-
lis claus. 32. num. 1. Bald. cons. 349. lib. 2.
Soccin. Sen. cons. 9. num 34. lib. 1.*

Quia fuit responsum, quod licèt præfa- 76
tæ clausulæ appositæ in d. Instrumento a-
liquandò possint importare dominij trans-
lationem, tamen semper debeant intelligi
secũdum subiectam materiam contractus,
in quo apponuntur, vt fuit firmatum *in vna
Bononien. dotis 16. Nouemb. 1643. coràm R.
P. D. meo Bichio* impressa post *Merlin. de* 77
pignor. decis. 74. num. 7. 8. & 9. & Con-
trahentes semper censentur contraxisse
iuxta leges, vbi contrahunt existentes, &
cum ipsis se conformare, *D. Altogradus cõs.
95. num. 27. & 28. tomo 2.* qui plures al-
legat, & fuit dictũ in *Firmana Codicillorũ
13. Nouemb. 1645. coràm Reuerendiss. Ghis-
lerio §. vlterius fol. 96.*

Vnde cùm contractus præfatus de obli-
gatione personali, etiàm cũ simplici, seú
speciali hypotheca bonorum fuerit cæle-
bratus, vigore præfatæ clausulæ constitu-
tionis procuratoris in rem propriam, non
potuit acquirere vim translationis domi-
nij, sed iuxta illius formam, debet regula-
ri; Cum dominium semper maneat penés 78
debitorem, & dicitur solúm creditor pro-
curator debitoris in re pignoris data, seú
obligata, *Gratian. discept. forens. cap. 777.
num. 13. cum seqq. & num. 17. & 18.*

Immò in fortioribus terminis dato,
quod in d. mandato adesset clausula *Ple-
no Iure, seu naturali dominio*, verificatur
tantúm

tantùm in simplici dominio hypothecæ videlicet possessionis simplicis, ad effectũ percipiendi fructus prò satisfactione crediti, vt in simili fundat *Rota in Romana officij* 31. *Ianuarij* 1628. *coràm Pirouano* quæ est *decisio* 140. *num.* 7. 8. *par.* 5. *recent.*

80 & quòd clausula *Pleno Iure*, plerunquè non significet plenitudinem omnimodam respectu proprietatis, & dominij, sed restringatur secundùm subiectam materiam ad solam possessionem, & perceptionem fructuum, tradunt *Ruyn. cons.* 137. *num.* 8. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 21. *num.* 26. & dixit *Rota in Meleuitana feudi* 10. *Maij* 1632.

81 *coràm bon. mem. Merlino in recent. decis.* 129. *nu.* 18. *& decis.* 210. *num.* 55. *&* 56. *par.* 6. *recentior.* Nam dominium aliud est proprietatis, aliud verò hypothecæ, & vsufructus, vt magistralitèr distinguendo docet *Bald. in l. proprietatis num.* 1. *Cod. de probation* quem refert, & sequitur *Rota d. decis.* 140. *num.* 7. *par.* 5. *recent.*, & in terminis ita fuit dictum *in Romana subhastationis de Alexijs* 15. *Maij* 1648. *coràm R P.D. meo Cerro* § *quià præter quòd.*

82 Prout dicitur etiàm de clausula *Constituti* in eodem Instrumento apposita, quæ operatur translationem possessionis modo, & forma, & iuxta pacta, ipsa bona vendendi in d. Instrumento apposita, proùt in nostris terminis præcisis fundat *Marcabrunus ab Anguillis d. cons.* 90. *num.* 216. *cum seqq.* quem prò omnibus sufficiat allegasse punctualitèr loquẽtem in terminis d. Statuti; Vltra quam quòd clau-

83 sula *Constituti* illius est naturæ, vt assumat naturam contractus, cui adijcitur *Rota decis.* 9 *num.* 21. *par.* 7. *recent.* latissimè *Ferentilla ad Buratt. decis.* 937. *num.* 17. *& seqq* & ab eo regulatur *Caualerius decis.* 5. *num.* 6. & intelligitur sempèr secundùm subiectam materiam *Rota decis.* 261. *num.* 3. *par.* 7. *recent.* in puncto etiàm *Petrus Ridolphinus in sua praxi iudiciaria par.* 2. *cap.* 5. *num.* 45.

84 Nequè obstant Authoritates in obiecto adductæ, nempè *Bald cons.* 349. *lib.* 2. quià loquitur expressè in titulo donationis inter viuos, qui est titulus clarus ad transferendum dominium; *Soccin. Iun cons.* 9. *num.* 34. *lib.* 1. loquitur in assignatione facta ex causa dotis restituendæ, & ideò non mirũ, si operatur translationẽ dominij; *Menoch. cons.* 361. *num.* 28. loquitur in contractu venditionis bonorum cum clausula *Ad habendum*, in quo etiàm erat extensa clausula *Ponens*, quæ absque dubio importabant dominij translationem; *Gratian. verò cap.* 342. *num.* 10. *&* 11. *& Barbosa de clau. d. clau.* 32. ; *Gratian.* enim non allegat, nisi *Menoch. citat cons.* 361. *num.* 38. qui vt dictum est, loquitur in diuersis terminis; *Barbosa* autèm non allegat ad probandã suam propositionem, nisi *Menoch. loco cit.* Vndè eadem Responsio militat.

Ac propterea licèt D. Farlettus Actor fuerit procurator constitutus ad affectum consequendi pretium, quod erat peruenturum ad manus suas, extrahendum ex vẽditione bonorum; Non hoc ideò fuit translatum dominium, sed solùm facultas retinendi pretiũ pro sui crediti extinctione.

Vltra quã quòd quando d. clausula esset translatiua dominij, translatio est temporanea, ac per modicum temporis spatium; nempè ad effectum vendendi, & sicuti momentanea non est habenda in consideratione, neq; excludatur per Statutum, vt vltra allegaros supra §. *fuit. itaque responsum* fundat. *Cuman. cons* 52. *num.* 1. *& cons.* 169. *num.* 1. *Opizo in d.l filius familias* §. *diui num* 62 *in* 5. *limitatione ff de legatis* 1. *Merlin. de pignor lib.* 2. *tit.* 1. *quest.* 42. *nu.* 64. 85

Ad *Menochium verò cons.* 550. *nu.* 12.

Respondetur primò; quòd idem *Menochius cõs.* 427. *n* 17 *vers. respondetur secũdò*, sibimet parùm cõstãs, contrarium expressè firmauit, nempè forensi non prohiberi assecutionem pretij. ac estimationis bonorum, quorum acquisitio per Statutum denegatur, & propterea, vtpotè sibi contrarius in casu de quo agitur, nullam fidem meretur; *Bece. con* 108. *nu.* 25. *Cephal. cons.* 310. *num.* 10. *Surdus cons.* 133. *num.* 90. 86

Secundò respondetur supet dicto *Menochij* non posse fieri aliquod fundamentum, nedùm quià illius opinio fundatur in quodam Responso *Alciati* 479 quod in specie fuit reprobatum à *Mantica de cõiect. vltim. voluntat. lib.* 9. *tit.* 9. *num.* 9 Itá vt nulla constituatur differentia, án verba prohibitiua 87

tiua

tiua Statuti dirigantur in alienantem, siuè acquirentem ex doctrina *Bald. conf.* 349. *col.* 2. *verf. solutio lib.* 1. *& conf* 310. *col.* 1. *lib.* 3 *Tyraquell. de retract. Lignag.* §. 1 *glof.* 9. *num.* 172. *verf. si ergo*. Tùm etiàm quià licèt Statutum prohibeat acquisitionem iurium, & Actionum, non per hoc censetur prohibere acquisitionem iurium prò persona subdita, & habili, ac prò cósequendà æstimatione dd. bonorum, vt in pun-
89 cto d. Statuti, occurrunt motiuo *Cornazzan. d. decif.* 10. *num.* 3. & quòd tàm bona, quàm iura, & actiones super eisdem bonis acquirere valeat Forensis, non obstante d. Statuto, ad effectū tantùm vendendi, vt plenè firmat *Altogradus* sæpè citato *conf* 3. *nu.* 46. *lib.* 1.

90 Neq; paritèr obstāt tradita per *Surd. dec.* 30: *num.* 5. 6. *&* 35 *ad fin.* Quià *Surd.* loquitur *in speciali Statuto Mantua expressis verbis prohibente*, in casu de quo agiebatur, nullam deberi ęstimationem, *Plotus d. conf.* 19 *num.* 31. *in fine*, qui dicit, quòd tūc casus dicitur extra aleā controuersię.

91 Et ne aliquid intactū remaneat, non obstat defectus datię allegatus: Siquidèm Responsio percipitur ex decisione per nos emanata *in causa Lucana Manutentionis* 21. *Iunij* 1656. *coràm me inter Sp. Io. Bapsista Marchiò ex vna, & Sp. Benedictum Santinium ex altera* §. *Haudquè*, vbi firmatur, quòd quandò agitur de executione, & in executionem publici Instrumenti ex clausula *Constituti*, nullo modo soluitur datia, nisi post immissionē, vel bonorū adiudicationē à Iudice factā, vt latè ibidē, & fundat *Lepidus decif.* 122. *verf. nec obiectio*, & sic non sunt mutanda ea, quæ certā habuerunt interpretationem iuxta vulgar.

Vide homicidium, accusatio.
Viro fide digno qui credit, & cui verisimilitèr credi debebatur, à dolo, & culpa est excusandus vot. 11. nu. 23. fol. 59.
Et quandò dicatur iustificata credulitas nu. 24. fol. eodem.
Vno permisso alij non sunt prohibiti, sed remanent in dispositione iuris, & illi non censetur derogatum vot. 6. nu. 27. fol. 30.
VotumRotæCriminalis in casu isto rei furatæ, nempe Reum fuisse indebitè vexatum vot. 8. nu. 34. fol. 44.
Vide Rota, Reum.
Vulnere de læthali socij, & de occiso tenetur, qui eum lethalitèr vulnerauit, & etiàm contrà illum admenauit vot. 17. nu. 65 fol. 96.
Vulneratus decessisse, dicitur ex sua culpa, & malo regimine, si nociua comederit vot. 5. n. 18. fol. 25.
Vulnerans aliquem in rixa pęna pecuniaria punitur, proùt si hoc fecerit calore iracundiæ vot. 12. nu. 4. fol. 63.
Vulnus quandò illatum dicatur dolo, & ex proposito vot. 12. nu. 7. fol. 64.
Vide culpa, dolus.
Vsus licitus, & necessariùs quandò dicatur ad effectum incidendi in aliquã pęnam vot. 5. n. 1. f. 23.
Ampliatur nu. 2. fol. 23. & nu. 4 fol. 24.
Affertur exemplum nu. 3. fol. 23.
Vulpellus cons. 51. per totum, & cons. 82 nu. 12. & cons. 88. nu. 6. de admenatione, etiàm quod offensio non sequatur, expenditur vot. 17 n. 7. f. 92.
Ità milliès in statu vrbini fuit indicatum nu. 8. ibidèm.

F I N I S.

VOTVM PRIMVM.

SVMMARIVM.



EVS ob dubitata indicia prò habenda veritate tortus, & nulla facta protestatione prò parte Fisci ante tormentorum illationē, non dicitur confessus, neq; conuictus. num. 1.

Indicium indubitatum quale sit num. 2.

Rota considerato processū, indicijs, & præsumptionibus Reorum, nulleque dubitationis loco relicto, & cùm nō potuerit persuaderi ad credendum contrarium, censuit rapinam non fuisse commissam. num. 3.

Præsumptiones, & indicia, de quibus agitur, àn sint proxima, vel remota, grauia, vel leuia, necessaria, vel credibilia, remissiuè: num. 4.

Reus grauissimus indicijs, præsumptionibus, & coniecturis euidentibus, & violentibus grauatus, potest condemnari in pœnam extraordinariam. num. 5. Et si fuerit electa via tormentorum prò habenda confessione ex Rei ore, quid agendum; datur cōgrua distinctio cum rationibus, & declarationibus n. 6. 7. 8. 9. 10., & 11.

Reùs vltrà horam tortus, dicitur immoderatè tortus nu. 12.

Attestatio Guazzini *nunquam vidisse Indices egredi horam torturæ cum sex horis vigiliæ nu. 13.*

Marsilius *inuentor vigiliæ dixit tormentum torturæ, & vigiliæ æquiparari posse vltimo tormentorum gradui n. 14. Ad quod tormenti genus in quibus casibus deueniri soleat nu. 15.*

Tormentorum substentatio facta per Socium, altero pratēso Socio suffragari debet n. 16.

Tortura illata mandatario prodest mandanti, & eius innocentiam arguit, si illam substineat num. 17.

Reus ad mensuram indiciorum tortus, & negatiuam substinens hodiè praxis inoleuit, quòd relaxetur sub fideiussoribus de se personalitèr præsentando nouis superuenientibus indicijs num. 18.

Reus semèl ad mensuram indiciorum tortus, & non confessus, àn possit ex superuenientia nouorùm indiciorum iterùm torqueri, & quandò num. 19., & 20.

Dictum socij criminis de per se solùm, & absquè adminiculis non facit indicium ad torturam, etiàm in criminibus exceptis, & in quibus Reus potest de consocijs torqueri. num. 21. Ampliatur num 22.

Assassinij crimen est de exceptis, attrocissimum, grauissimum, crudele, inhumanum, execrabile, & horrendum, num. 23.

Solùm dictum, seù depositio Mandatarij, seù Assassini, non facit indicium ad torturam contrà Mandantem, nisi aliqua concurrant adminicula, num. 24.

Socius criminis examinatus vt Reus in se, & Testis quoàd alios, si confiteatur delictum, & Socios nominet, quid agendum contrà ipsum, num. 25., & 26.

Reus in tormento delictum confitens per tres vices, & ductus ad ratificandum per easdem tres vices negans, est absoluendus, vel tutiùs relaxandus sub fideiussione de se repræsentando &c. num 27., & 32.

Impium est Reum vltrà tertiam vicem torquere, computata prima, num. 28. Et quid obseruetur in Vrbe, num. 29., & 30. Ad quæ ponitur casus, qui Marsilio *contigit in Ciuitate Mediolani num. 31.*

Protestatio. Citrá præiudicium Iurium Fisco acquisitorum &c. *facta in actu inferenda tortura, quid operetur num. 33. 34. 35., & 36.*

Ad bonos Iudices spectat prouidere, nè Prouincia abundet hominibus suspectis, etiàm cum dubitari possit, quòd Reus acritèr potiùs torqueri voluit, quàm mori, num. 37. Et hoc casu quid fieri possset n. 38.



ARGVMENTVM.

Clauaten. Rapinæ ad ſtratam.



DVM Alexander Bottus die 30. Ianuatij circá primam noctis horam Sigeſtri comitatus verſùs pergeret, fuit à Duobus ſclopis armatis detentus, eiq; inuito furatæ fuerunt duplæ decem, & octo, de qua rapina ſtructo per Illuſtriſſimum Capitaneum Clauari proceſsu, indiciati remanſerunt Dominicus Ghirardellus, & Benedictus Cadamartori, contrà quos ſequentia iudicia è proceſsù informatiuo emerſerunt; & Primò fuerunt conuicti, quod eodem ſerò commiſſæ rapinæ circà primam noctis horam fuerint in Caupona Baptiſtæ Siuori, propè quam rapina commiſſa fuit, quód tamèn tám Ghirardellus, quàm Cadamartori in eorum reſpeſpectiuè conſtituto negauerant; prout paritèr negauerunt, ſe obuiam habuiſſe Leonardum Caſabiancam, & Socios, dùm Sigeſtum verſús pergeret circá ſecundam noctis horam eiuſdem diei commiſſæ rapinę; fuerunt recogniti á derubato; viſiq; fuerunt tranſire armati per locum, in quo rapina commiſſa fuit; & demúm in eorum coſtitutis inter ſe varij, & contrarij reperti fuerunt; ex quibus omnibus præſumptionibus, & indicijs contrà eos reſultantibus, Illuſtriſſimus Capitaneus Clauari vtens brachio Regio, & authoritate extraordinaria ſibi conceſſa à Sereniſſimo Senatu contrá exules, & fures, denegatis defenſionibus decreuit, dictum Ghirardellum, & Cadamartorem eſſe ſubijciendos per horam tormento funis, & quatenùs in illo negatiuam ſubſtinerent, eſſe ſupponendos per ſex horas tormẽto vigiliç; Quo ſic exequuto Dominicus Ghirardellus tàm in tormento funis, quám vigiliæ negatiuam ſubſtinuit; Benedictus verò Cadamartori cùm in tortura, & in primis duabus horis vigiliæ negatiuam paritèr ſubſtinuiſſet, in tertia tandém faſſus fuit delictum, ſed die ſequenti ductus ad ratificandum ea, quæ in tormento faſſus Fuerat, negauit confeſſata, & ſe metù tormentorum faſſum fuiſſe pronunciauit; Quaproptèr iterúm tormento vigiliæ ſuppoſitus, denuò delictum confeſſus fuit: At dùm die ſequenti ratificatio confeſſionis ab ipſo expoſtularetur, denuó eam impugnauit; & ſic tertia vice conſtitutus, cùm delicti veritatem dicere recuſaret, fuit ad locum tormentorum adductus, ibiq; veſtibus proprijs denudatus, & illis Curiæ iudutus, ſpoliatus, ligatus, & funi applicatus, tertia vice rapinam à ſe, & Ghirardello commiſſam fuiſſe affirmauit; Sed die ſequenti ea, quæ dixerat in loco tormentorum, nequaquàm vera eſſe declarauit, & fuiſſe ab eo ex torta metù tormentorum proteſtatus fuit. Quibus ità peractis, aſſignatiſquè prædictis Reis defenſionibus, & illis completis, Illuſtriſſimus Capitaneus Benedictum Cadamartorem confeſſum in pœnam perpetui remigij, & Dominicum Ghirardellum, qui tormenta ſubſtinuit, in decem ãnos remigij condemnauit, & voto Rotę tranſmiſſo, Ghirardellum exilio, Cadamartorem verò Relegatione puniendos cenſuimus.

Et vt Deciſionis fundamenta profeteramus, ex quibus dignoſci queat, àn ad Iuris adamuſſim pœnæ irrogatæ fuerint, illud primó Nobis ſuppoſuimus, prædictos Ghirardellum, & Cadamartorem de prætenſa rapina non eſſe neq; conuictos, neq; confeſſos, quód optimé etiam animaduertit Illuſtriſſimus Capitaneus, dùm eoſdem acritèr torquendos cenſuit prò habenda veritate dictæ prætenſæ rapinæ, eoſdem in tormento de delicto interrogando, & ſine vlla proteſtatione ab initio antè tormentorũ illationem prò parte Fiſci facta; Verùm nedùm confeſſi, neq; conuicti, ſed neque vllo indubitato indicio erant grauati; Cùm nullum ex ſuprà enarratis indicijs á DD. inter indubitata connumerentur ad tradit. per *Farinac. quaſt. 36. num. 39. & alios per eum citatos*; Indicium enim indubitatum illud eſt, quod arctat mentem Iudicis, vt omninò credat, delictum á Reo fuiſſe commiſſum, itá vt non poſſit in contrarium inclinare, Teſte *Farinac. d. quaſt. 36 n. 36.* & de Reo confeſſo, & conuicto *quaſt. 86. num. 67. Guaz. ad defenſ. Reor. defenſ. 33. cap. 15. num. 1. Giurb. conſ. 71. num. 3. Vermigliol. conſ. 99. num.*

99. *num.* 9. *Cap* 96. *Latr. decis.* 163. *par.* 2. *Rouit. decis* 63. *num.* 2. *& seq.* At lecto,
3 & considerato processu Rotæ transmisso, ponderatisq; indicijs, & præsūptionibus cōtrà prætensos Reos resultantibus, nunquàm itá firmitér d. Rota existimauit, rapinā ab eis fuisse commissam, vt nullus dubitationis locus relictus fuerit, & non potuit persuaderi ad credendum contrarium, vt dixit *Bald. cons.* 249. *lib.* 1. quam sequuti sunt plures relati per *Caball. cas.* 288. *num.* 10.

His itá suppositis Temerarium esset affirmare, prædictos Ghitardellum, & Cadamartorem, non esse indicijs, & præ-
4 sumptionibus grauatos, quæ án proxima, vel remota, grauia, vel leuia, & necessaria, vel credibilia sint, in præsentiarum discutere nō liber, sed potiùs remittere omnes ad *Farinac. quæst.* 36. vbi magistralitèr omnia indiciorum, & præsumptionum genera, & species declarando, vniuscuiusq; suprà enarratorum nomen, & robur edocebit; Ponamus tamen, prædictos Reos
5 grauissimis indicijs, & præsumptionibus, & coniecturis euidentibus, & violentibus grauatos fuisse; Illustrissimus Cap. cùm forsán itá pro fiscum iuribus Fisci existimauerit, omissa sententia condemnationis in pœnam extraordinariam, quam eligere poterat *iuxt. doctr Iul. Clar. commnnitèr receptam quæst.* 21. *num.* 29. *Guaz. ad defens. Reor. defens.* 30. *cap.* 41. *num.* 1.
6 Elegit viam tormentorum pró habenda confessione delicti ex ore Reorum, quo casú Reo in tormentis negatiuam substinente, controuertitur inter DD. án Reus iste possit post tormenta, & negatiuam, aliqua pœna extraordinaria puniri, & ommissis disputationibus, Rota libentér transiuit cum distinctione, quam tradit *Farinac. de indit. & tort. quæst.* 40. *num.* 13.
7 Quód videlicet vel Reus tortus erat cōuictus plenis probationibus, qui licèt de Iure non fuisset torquendus, nihilominús proptèr Iudicis imperitiam fuit tortus, & negatiuam substinuit, & hoc casú non obstante tormento, & negatiua, poterit in aliquam pœnā extraordinariam Triremiū perpetuarum, vel ad tempus condemnari; Vel Reus non erat conuictus plenis probationibus, sed tantummodò grauatus indicijs vrgentibus, & etiám indubitatis, vel præsumptionibus, & coniecturis euidentibus, & violentibus, & hoc casú vel Reus fuit tortus ad mensuram indiciorum, vel non; si fuit tortus iuxtá indicia, & negatiuam substinuit, non potest vlla pœna corporali affici, itá firmat *Farinac. loc. supr. citat.* Eam inconuincibilem rationē adducens pró comprobatione huius sententiæ, quiá si iste Reus non fuisset 8
tortus, & delictum fuisset capitale, vtiq; non poterat ante tormenta ei illata, nisi in pœnam extraordinariam Triremium perpetuarum, vel ad tempus condemnari; Si itaque fuit durissimé tortus, iniquum videtur, quod Tortura in nihilo ei debeat suffragari, sed quód eadem pœna debeat affici, & subiungit *Farinac.* quód 9
nunquám vidit á iustis, seù sapientibus Iudicibus (licèt aliàs forsán fuerit seruatū ab ignaris, seú iniquis) Reos grauatos indicijs, etsi indubitatis, persistentes in tortura, condemnari in aliam pænam, quam exilij, & hoc idem firmat *cons.* 175. *numi* 6. 19. *& seq.* & hanc distinctionem *Farinac.* sequuntur *Guaz. ad defens. reor. defens.* 30. *cap.* 40. *num.* 2. *vers. sed Modern. Roman.* eandemq; tenet *Caball. cas.* 93. *num.* 29. *& cas.* 288. *num.* 21. *& seq. Carthar. de interrogan. Reis lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 133. *Angel. Sctaloy. in sua prax. torquen. Reos cap.* 4. *num.* 26. *vbi alios adducit*, Et magna puro animaduersione dignum, quiá tàm *Farinac.* quám *Guaz. & Alij in loc. supr. citat.* loquuntur non so- 10
lùm in casú, quandó contrá Reum militabant grauissima indicia, præsumptiones, & coniecturæ violentes, ac euidentes; Sed etiám indicia indubitata, quæ magis animum, & mentem Iudicis compellunt ad credendum, delictum fuisse perpetratum á Reo, & nihilominús voluerunt, eum non posse aliqua pæna corporali affici.

Quód verò tormenta Ghirardello illata fuerint adæquata, & sufficientia ad pur- 11
gandum omnia indicia contrà eum ex processú resultantia, indubitatum visum fuit, quiá cùm hoc sit Iudicibus arbitrarium, vt docet *Farinac. quæst.* 37. *nu.* 192. vbi ad hoc multas DD. authoritates adducit;

Tortura enim illata per ſpatium vnius ho-
ræ dicitur quartus gradus torturæ, cùm
12 Reus non poſſit vltrà horam torqueri, ali-
às enim diceretur immoderatè tortus
Maur. Burg de mod. proced. ex abrupt quæſt.
42. *num.* 20. *Guaz. defens* 30. *cap.* 22. vbi
13 dicit, quòd nunquam vidit Iudices egredi
horam torturæ cum ſex horis vigiliæ, in
14 quo tormento *Marſilius*, qui fuit illius in-
uentor, dixit non vidiſſe quemquam tám
ferocé, qui illi potuit reſiſtere; poſsit enim
æquiparari quinto, & vltimo gradui tor-
mentorum á *Farinac. quæſt.* 38. *num.* 49.
15 recenſito, ad quod tormenti genus dicit
nunquàm Iudices deuenire ſolere, niſi in
caſibus atrociſſimis, vt puta hæreſis, Læ-
ſæ Maieſtatis, æuerſionis ſtatus, aùt ſimi-
lis proditionis, ingentis aſſaſſinij, enormiſ-
ſimi homicidij alicuius Sacræ perſonæ, vt
puta Cardinalis, vel alterius Magni Prin-
cipis;

Et ſi veritatem amamus, quis affirmare
audebit, dictâ horâ torturæ, & ſex horas
vigiliæ non fuiſſe adæquatas, & ſufficien-
tes ad tollendas omnes præſumptiones, &
coniecturas, atq; etiam indicia contrà
Ghirardellū ex proceſſu reſultantia: Et ſic
nedúm adæquata fuiſſe tormenta indicijs,
16 ſed etiàm exceſſiua, & immoderata; Et
tormentorum ſubſtentatio facta per Ghi-
rardellum, debuit Cadamartori prætenſo
Socio ſuffragari *Farinac. cons.* 130. *num.*
14. *& cons.* 36. *num.* 25. *&* 32. *& cons.*
101. *num.* 1. *& seq. Giurb. cons.* 87. *num.*
17 4. *vers. & deto criminis Socio*; Sicùt vide-
mus, quód tortura illata mandatario, pro-
deſt mandanti, & eius innocentiam arguit,
ſi illam ſubſtineat, *Farinac. cons.* 130. *nu.*
14. *Giurb. d. cons.* 87. *num.* 4. *Vermigliol.*
cons. 35. *num.* 4. *& cons.* 97. *num.* 10.
18 His ità in Iure firmatis, Reus, qui ad
menſuram indiciorum tortus negatiuam
ſubſtinuit, vel debet abſolui ex hactenùs
deductis, vel liberè dimitti; ſed hodiè pra-
xis inoleuit, quòd relaxetur ſub fideiuſſo-
ribus de ſe perſonalitér præſentando, no-
uis ſuperuenientibus indicijs, vt teſtatur
Carrer. in prax. criminal. §. *circà septimum*
num. 23. *Clar. quæſt.* 62. *sub num.* 2. *&*
quæſt. 64. *sub n.* 33. *&* 38. *& ibi Bayard. nu.*
128. *Caball. cas.* 93. *num.* 23. vbi de con-
ſuetudine totius Italiæ teſtatur; *Maur.*
Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 24.
& quæſt. 100. *num.* 4. *Guaz. defens.* 30.
cap. 40. *num.* 11. *& seqq. Farinac. quæſt.*
4. *num.* 26. *Carthar. de interrog. Reis lib.*
4. *cap.* 1 *nu.* 133. *& seqq. de Franch. decis.*
276. *in fin. & decis.* 653. *in pincip. Angel.*
Scialoy in prax. torquen. Reos cap. 4. *num.*
26. *vbi* plures alios adducit.

Neque ab opinione Præfata retraxit
Mag. Rotā ſuperueniens indicium ortum
ex confeſſione Cadamartoris, quiá prætér
quám quód, & ipſe Cadamartor non
poteſt dici confeſsus, vt inferius demon-
ſtrabo, ſuppoſita etiám confeſſione firma,
& conſtanti iſtius Cortei, adhuc non po-
teſt Ghirardellus vel denuò torqueri, vel
aliqua pœna extraordinaria cohiceri; Si- 19
quidem trita eſt, & ab omnibus recepta
paſſim concluſio, quód ad hoc, vt
Reus ſemel ad menſuram indiciorum tor-
tus, & non confeſſus, poſſit ex ſuperueniē-
tia nouorum indiciorum iterùm torqueri,
neceſſe eſt, quód indicia, quæ ſuperueniūt,
ſint fortiora, & euidentiora prioribus, &
diuerſi generis in ſpecie, & ſubſtantia, *l.*
vnius §. *Reus*, ibi, *euidentioribus argumen-*
tis oppreſſus ff. de quæſt. Clar. quæſt. 64. *n.*
45. *vers. & vltimo videndum eſt, Carrer.*
in pract. crimin. de indic. & tortur. vers.
circà ſextum num. 1. *&* 4. *Gomeſ. variar.*
resol lib. 3. *cap.* 13. *poſt nu.* 26. *Guaz. ad*
defens. Reor. defens. 2. *cap.* 7. *num* 18. *&*
defens. 30. *cap.* 23. *nu.* 7. *Maur. Burg de*
mod. proced. ex abrupt. centur. 1. *cap.* 24.
nu. 2. *Canalcan. de brach. Reg par.* 3. *nu.*
135. *Fachin. lib.* 1. *controuerſ. cap.* 33. *de*
Ball. in tract. de quæſt. quæſt. 17. *num.* 3.
& 9. *Ambroſin. de mod. forman. proceſſ.*
informat. lib. 4. *cap.* 4. *num.* 3. *Cabal. cas.*
93. *sub num.* 44. *Farinac* qui infinitos de-
more congerit *quæſt.* 38. *num.* 72. 76.
vbi inuehit contra Aſſeſſores, qui ho- 20
noris auidi, quæſtionem repetunt ſine ſu-
peruenientia nouorū indiciorum, & dicit ab
hac practica non eſſe recedendū, eamq;
etiàm in atrociſſimis eſſe ſeruandam, *&*
conſ. 19. *num.* 12. *& conſ.* 130. *nu.* 24.

Cui autem dubium, quod dictum Socij
etiàm ratificatum, non ſit indicium ſuffi-
ciens ad inferendum Socio nominato ho-

ram torturæ, & sex horas vigiliæ, proùt fuisse sufficientia omnia alia indicia contrà Ghirardellum, arbitratus fuit Illustriss. D. Cap. Clauari; Cum recepta passim, & improbata à Nemine sit Iuris conclusio,
21 quòd dictum Socij criminis de per se solùm, & absque adminiculis non faciat indicium ad torturam, etiám quòd simus in criminibus exceptis, & in quibus Reus possit de consocijs interrogari, vt cæteris ommissis, docet *Farinac. quæst. 43. num. 145. & seqq.* qui *num.* 150. Ampliat, hoc
22 procedere etiám in crimine Læsæ Maiestatis, ex cuius lectura facilè apparere potest, quòd hæc est communis, immò communissima conclusio, & quòd ab ea non est recedendum, vt dixit *Peguer. decis. crimin. 5. num. 32.*

Et vt huius conclusionis veritas ad sen-
23 sum pateat, non nè assassinij crimen est atrocissimum, & de exceptis; Cum illud nè dum atrocissimum, & grauissimum, sed etiám crudele, & inhumanum, execrabile, & horrendum nuncupetur, proùt dicit *tex. in cap. prò humani de homicid. in 6. in §. cùm igitùr* in illis verbis, *Horrenda inhumanitate, detestādaq; sæuitia mortem sitiunt aliorum, & in §. sacri in fin.* Ibi, *scelus tàm execrabile, crimini Læsæ Maiestatis æquiparatur*, vt dicit *Gramm. vot. 9. num. 12.* Et tamen solum dictum, siuè
24 sola depositio Mandatarij, seù Assassini, nòn facit indicium ad torturam contrà Mandantem, nisi aliqua concurrant adminicula, vt optimè de more dicit *Farinac. quæst. 44. per tot.* & alijs ommissis, firmat *Ioseph. Ricc. in suo tract. de public. Iudic. in gener. quæst. 20. per tot.*

Temerarium enim esset affirmare, quòd cum dicto huius Socij aliqua alia indicia concurrant; Cum omnia præcedentia fuerint per Ghiradellum sublata, mediante hora torturæ, & sex horis vigiliæ per eum passis, proptèr quas dictum istius Socij remaneat nudū, & omnibus adminiculis destitutum.

Verùm, quandò etiám admitteretur, quòd dictum Socij criminis de per se solū faceret indicium ad torturam, debebit nè hæc tàm rigorosa inferri per spatiū vnius horæ, & amplius coniunctis cum ea sex horis vigiliæ? Sanè nullū probū, & expertū Iudicē hoc facturū arbitrati fuimus, & qui hoc faceret, Carnificis potiùs quā Iudicis rigorosi nomē mereretur; Nequaquám ergò dici poterit, hoc solùm superueniens indicium ex nominatione Socij criminis esse grauiùs, & fortiùs, & euidentiùs omnibus alijs contrà Ghirardellum, antè hanc nominationem ex processū resultantibus, quæ non nisi tám rigorosis tormentis purgari potuisse, Illustriss. D. Cap. Clauari existimauit.

Sed alio etiam insanabili vitio laborat nominatio Cadamartoris in tormentis facta de persona Ghirardelli; Siquidèm recepta est Criminalistarū sententia, quòd 25
si Socius criminis examinatus, vt Reus in se, & testis quoád alios, confiteatur delictum, & Socios nominet; Ad hoc, vt ex tali nominatione indicium oriatur, necessè est, non solùm quòd suam confessionem extrà tormenta ratificet, sed requiritur, quòd specialitèr ipse confitens denuò torqueatur ad purgandam infamiam, & ad probandum, ac indicium faciendum contrà nominatos per ipsum, & quòd in tormentis nominationem cōfirmet, ità apertis verbis dicit *Clar. in pract. crimin. quæst. 45. sub num. 13.* quem refert, & sequitur *Farinac. quæst. 43. num. 137. vers. immo tortura debet adhiberi specialitèr, Caball. cas. 33. num. 11. & cas. 200. num. 128. Farinac. cons. 38. num. 10. & cons. 136. nu. 28. & 50. Vermigliol. cons. 20. num. 13.* vbi quòd debet cōfrontari in tortura cum 26
confecio nominato, *& cons. 267. num. 8. & cons. 270 num 17. Peguer. decis. crim. 5. num. 36.* Quaproptèr cùm Cadamartori non fuerit illata tortura prò tollenda macula correitatis prò habenda cōfirmatione nominationis Ghirardelli in Socium criminis, proùt fieri debebat, nullum fuit ortum indicium, nedùm ad torturam sufficiens; Sed nequè ad inquirendum contrà ab eo nominatum; Postremò illud non esse prætereundum, dictum fuit sine maxima animaduersione, quòd videlicèt Nos nō versamur in terminis quæstionis à DD. exagitatæ, an dictū Socij faciat indicium ad torturam contrà nominatum, quià omnes, qui hanc quæstionem disputant,

tant, ſupponunt nominationem Correi
firmam, conſtantem, & ratificatam; At
Nos verſamur in confeſſione Rei, qui tri-
bus vicibus delictum faſſus in tormentis,
totidèm ad ratificandum ductus, ſemper
eius confeſſionem reuocauit, & vltimo lo-
co in negatiua perſeuerauit; Quo casù infi-
ciari nequit, quin hæc nominatio non di-
catur vacillans, ipſeq; Correus varius, ti-
tubans, & quòd peiùs eſt, periurus appel-
lari poteſt: Quaproptèr cùm tot defecti-
bus laboret, ſatis ſuperq; notũ eſt, etiã cui-
libet, qui legalẽ iuriſprudentiã è limine ſa-
lutauerit, eiuſdictum etiá nullã fidẽ mereri.

Supereſt modò, vt videamus, qua pæna
veniat peniendus Benedictus Cadamartor,
qui cùm primò die horâ torturæ, & duas
vigiliæ ſubſtinuiſſet; in tertia hora delictũ
faſſus fuit; Verùm die ſequenti ductus ad
ratificandam, confeſſionem in tormentis
factam reuocauit, & delictum negauit;
Quaproptér ſecundà, & tertià vice iterùm
tormentis ſuppoſitus, denuò faſſus fuit;
Sed cúm ſequentibus diebus ratificatio cõ-
feſſionum ab eo expoſtularetur, ſecundò,
& tertiò negauit, & confeſſionem ra-
tificare recuſauit, & in negatiua perſtitit,
hanc quæſtionem ponit *Farinac. quaſt.*
38. *num.* 96. & dicit, quòd huiuſmodi
27 Reus, qui in tormẽto delictũ confitetur, &
ductus ad ratificandum illud negat, Poteſt
vſq; ad tertiã vicem tormentis ſupponi, &
ſi tertia vice ſuã cõfeſſionẽ in tormentis
emanatã ratificare recuſet, erit abſoluen-
dus ex hactenùs deductis, vel tutiùs relaxã-
28 dus ſub fideiuſſione de ſe repræsẽtãdo &c.
Quia impium eſt iſto casú Reum vltra
tertiam vicem torquere, computata prima
Grammat. cons. 45. *nu.* 42. *&* 43. *Flamin.*
29 *Cartar. de interrogan. Reis lib.* 4. *cap.* 1.
Farinac. d. quaſt. 38. *num.* 54. vbi *sub nu.*
106. Teſtatur rarò in Vrbe excedi duas
vices, ſequitur *Martin. del Ryo disquiſit.*
magicar. lib. 5. *sect.* 9. *Scanarol. de viſit.*
carcerat. lib. 2. *cap.* 3. *num.* 3. *Maur. Burg.*
de mod. proced. ex abrupt. quaſt. 42. *num.*
10. *& seque. Caualcan. de Brach. Reg. par.* 3.
nu. 26 *Ambroſin. de mod. forman proces.*
30 *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 7. vbi *Parrus in ſcholijs*
num. 7. Ampliat procedere, etiamſi quæ-
cunque indicia vrgentiſſima præcederent

Guaz. ad defenſ. Reor. defenſ. 30. *cap.* 24.
num. 1. *& Farinac. d. quaſt.* 38. *num.* 96.
refert d. *Marſil. in l. repeti n.* 11. *in verſi.*
& Ego recordor ff. de quaſt. Qui dicit ha- 31
buiſſe prè manibus in Ciuitate Mediolani
quendã Ribaldum, qui in tortura fateba-
tur, & ductus ad bancum Iuris omnia ne-
gabat, & interrogatus quarè ſic faciebat,
deridendo interrogantem, reſpondebat,
quià meliús eſt milliès torqueri in brachijs,
quàm ſemel in gula, & iſte Ribaldus ſe-
cundùm *Marſil.* Sed ſagax Iudicio *Fari-*
nacij, Fuit abſolutus, de quo paritèr me-
minit *Guazzin. d. defenſ.* 30. *cap.* 24. *nu.*
5. *vers. & eſſet iſte Reus quidam magnus*
Ribaldus; Eandemque praxim relaxandi 32
Reum, qui tertiá vice tortus peſiſtit in ne-
gatiua ſub fideiuſſione de ſe præſentando
totiés quotiés &c. confirmat *Cartar. in ſua*
prax interrogan. Re. lib. 5. *cap.* 1. *nu.* 160.
& Ambroſin. de mod. formã. proceſſ. inform.
lib. 4. *cap.* 5. *num.* 17.

Neque viſa fuit ſuffragari Iuribus Fiſci 33
proteſtatio facta per Illuſtriſs. D. Cap. in
actù torturæ repetitæ contrà d. Cadamar-
torem prò habenda ab eo ratificatione cõ-
feſſator. quod videlicèt tortora inferreba-
tur *citrà praiudicium Iurium Fiſco acquiſito-*
rum, & quomodolibèt competentium, &
præcipuè ex eiſdem confeſſionibus, & ra-
tificationibus iàm factis, ex quibus rema-
nebat conuictus; Sed tantùm prò habenda
vlteriori veritate iuxtá cautelam tradi-
tam á DD. & præcipué á *Farinac. quaſt.*
21. *num.* 151. *& quaſt.* 40. *nu.* 16. *Char-*
tar. de exequut. senten. cap. 2. *num.* 62.
Bayard. ad Clar. quaſt. 64. *n.* 122. *& quaſt.*
68. *num.* 116. *Maur. Burg. quaſt.* 100. 34
num. 57.; Quo casù non purgantur neq;
indicia, neqoè probationes contrá Reum
exiſtentes, etiàm quòd ille in tortura per-
ſiſtat in negatiua, ad tradit. per *Guaz. de-*
fenſ. 30. *cap.* 9. *num.* 12.

Siquidẽ cùm d. Reus per D. Capitan. 35
nõ obſtanto d. proteſtatione, fuerit interro-
gatus ſuper delicto, & facto principali, d.
proteſtatio ſeruit de vento, vt dicit *Guaz.*
d. cap. 9. *num.* 4. *verſ. etſi eſſet interroga-*
tus ſuper delicto, Farinac. d. quaſt. 40. *nu.* 36
10. *&* 20. *Gaball caſ.* 17. *nu.* 8. Et ſi Reus
torturam ſubſtineat, purgat omnia con-
trà

trà eum resultantia *Grammat. decis. 96. post num. 1. Chartar. de execut. sent. cap. 2. num. 70. Bertazol. cons. 53. num. 25. & cons. 119. num. 26. lib. 1.*

Verùm quoniàm spectat ad bonos Iudices prouidere, nè Prouincia abundet hominibus suspectis, etiàm cùm dubitari possit, quòd Reus itá acritèr tortus, voluerit euitare pænam mortis,& potiùs pati itá acritèr torqueri, vt dicit *Guaz. defens. 30. cap. 4. num. 2. vers. sed Modernus Ro-*
38 *manus*; Ideò hoc casù etiàm posse d. Reū condemnari in aliquam pænam exilij, arbitratur *tàm Farinac. d. quæst. 40. num. 13. quàm Caball. d. cas. 288. num. 28.* Quæ pæna exilij ei irrogatur, non quià indicia, & probationes contrà eum militantes nō fuerint per torturam elisa, & purgata; Sed vt superiùs fuit dictum, ad purgandā Prouinciam suspectis hominibus; Ideò Ghitardellum per decennium exilij à Dominio Serenis. Reipublicæ; Cadamartorem verò in pænam 20. annorum relegationis in Regno Corsicæ esse demnandos, Rota, pronunciauit.

VOTVM SECVNDVM.

SVMMARIVM.



Mandati verba sunt per Fiscum probanda ad dignoscendum, àn mandatum importent, num. 1. Ampliatur, num. 2.

Qui exhortatur, non mandat, qui monet, non commendat, qui persuadet, non mandat, num. 3.

Qui mandat, plus delinquit, quàm consulens, iuxta Bald. *num. 4.*

Mandatum àn verè adsit, Testes diligentèr interrogentur de verbis à mandante prolatis, num. 5.

Mandatum contrahitur quocunq; modo, & quibuscunq; verbis, num. 6. Limitatur multiplicitèr remissiuè. num. 7.

Frustrà de qualitate disputatur, vbi deficit substantia delicti, num. 8.

Verba, se non porterai rispetto &c. ti farò bastonare. *sunt cōditionalia, & nō sequuta conditione, mandatum euanescit, & proindè est, ac si non interuenisset, nu. 9.*

Fiscus fundans se in mandato conditionali, debet probare conditionis euentum, n. 10.

Nulla intercedente mora post prolationem verborum conditionalium, & verberationem, àn possit argui mandatum, nu. 11.

Mandatum probatur indicijs, & præsumptionibus, num. 12.

Corpus delicti in mandato est probatio tractatus, qui est discussio quadam, & indago, & alloquium inter aliquos de aliquid agendo, num. 13. Ampliatur, num. 14. & 16.

Cessante probatione tractatus, cessat corpus delicti prætensi mandati num. 15.

Inimicitia, ex qua mandatum præsumi potest, non debet esse leuis, sed vindictæ proportionata, num. 17.

Cessante delinquendi causa, cessant quæcunq; indicia non solùm ex defectù totalis causa, sed etiàm causa proportionata, num. 18.

Prætensus Mandatarius cum sit inimicus offensi, cessat omnis præsumptio mandati, num. 19.

Seruus, Famulus, Filius, Consanguineus, vel Amicus, offendens inimicum, vel eum, qui iniuriam intulit suo Domino &c. àn præsumatur hoc fecisse de mandato eiusdē, num. 20. Ampliatur, num. 21.

In mandato per Fiscum, non probato conditionis adimplemento, illud habetur, perindè ac si datum non fuisset, num. 22.

Fama originem trahens ab offensis, nullum facit indicium, num. 23. Ampliatur, num. 24.

Ratificatio mandato æquiparatur, num. 25. Declaratur, num. 26.

Testis singularis, & vnicus nihil probat, num. 27.

Depositio Offensi, Fratris, Patris, & Vxoris eiusdem, àn repellatur: num. 28.

Ignorantia in Domino præsumitur eorum, quæ geruntur à famulo. num. 29.

Testis vnicus, & singularis à Fisco examinatus, plenè contrà ipsum probat, nu. 30.

Ad inducendum mandatum, seù illud præsumendum, necessariò tria copulatiuè probari debent, idest inimicitia, colloquium, seù tractatum, & delictum immediatè sequutum, num. 31.

Sublatis generalibus indicijs, & præsumptionibus à Fisco contrà Mandantem allatis

prè

prò arguendo mandato, sequitur necessaria absolutio prætensi mandatarij ratione correlationis, num. 32. Et de ratione, nu. 33.

ARGVMENTVM.

Ianuen. prætensi mandati ad bastonandum.



BSOLVENDAM censuit Mag. Rota Criminalis Genuæ Mariam Benedictā Riuarolam á prętenso mandato dato Iacobo Curleto ad percutiendum baculo Franciscum Basicum, quià nullibi in processū apparebat de ver-
1 bis dicti prætensi mandati, & nihilominùs satis compertum apud Criminalistas est, mandati verba esse per Fiscum probanda ad dignoscendum, án illa mandatum importent, necné, iuxta notata in *l. 1. ff. mādat. Franc. Marc. decis. 423. num. 10. &*
2 *23. par. 1.* Qui loquitur in terminis delicti commissiá famulo ex prætenso mandato Domini, *Bursatt. cons. 20. num. 5. Bertazol. cons. 356. num. 41. Decian. tom. 2. cap. 34. num. 25. Bayard. ad Clar. §. fin. quæst. 89. num. 5.* Potest enim esse, quòd quis protulerit verba exhortatiua, vel monitoria, vel commendatoria, & tamèn qui
3 exhortatur, non mandat, qui monet, non commendat, qui persuadet, non mandat, *l. ob hæc verba ff. de his, qui notan. infam.* Quià ista sunt diuersa, vt ibi habetur per *Glos. Angel. & Bal. & per Bart. in l. non*
4 *solùm § si mandata ff de iniur.* Nàm ille, qui mandat, dicitur plus delinquere, quám ex consilio secúndùm *Bald. in l. 1. Cod. de seru fugit.* Hinc rectè admonet *Farinacc. quæst. 134. num. 21.* quòd ad dignoscen-
5 dum, àn verè adsit mandatum necnè, testes diligentèr interrogentur de verbis à Mandante prolatis.

Et quàmuis contrarium videantur firma-
6 te idem *Farinac. loc. citat num. 1.* vt scilicèt mandatum contrahatur quocunq; mo-
7 do, & quibuscunque verbis; Nihilominùs hanc regulam multiplicitèr limitat, vt *nu. 14. & seqq.*, quas limitationes in medium afferre opus non est; cùm nulla appareant fuisse prolata verba á Mag. Maria Benedicta, & consequentèr frustrá de qualitate 8
disputatur, vbi deficit substantia delicti, iuxtá vulgata.

Neque suffragari visum fuit intentioni Fisci depositio. Iustinæ Falconæ, Hieronymæ Viscardæ, & Benedicti Sanguineti testium prò Fisco examinator. qui in eorum respectiué depositionibus affirmarūt, Mag. Mariam Benedictam post plura iniuriosa verba prolata contrà dictum Franciscum Basicum, æidem dixisse, *Se non porterai rispetto al mio Prete, ti farò bastonare,* quibus 9
verbis dictus Franciscus humilitèr respondit, *che gli l'haueria portato,* vt deponit dicta Iustina testis Fiscalis in dicto suo examine: Siquidèm inficiari nequit, quin dicta verba sint conditionalia, vt quatenùs ex illis mandatum induceretur, illud certò certiùs paritèr esset cōditionatum, proindéque nil ponit in esse, & non sequuta cōditione, mandatum euanescit, & proindè est, ac si non interuenisset *l. pecuniam ff. si cert. petat. l. necessario ff. de peric. & cōmod. rei vendit. & in terminis tradit Farinac. d. quæst. 134. nu. 32. Vermigliol. cons. 132. nu. 20. & 21.* Hincq; benè dixit *Farinac. loc. cit. n. 33.* quòd Fiscus fundans se in man- 10
dato cōditionali, debet probare cōditionis euentū, & idem repetit *cons. 104. nu. 10. ex Natt. cons. 388. nu. 5. Surd. cons. 365. nu. 13.*

Quapropter cúm nulla intercesserit 11
mora post prolationem dd. verborum cōditionalium, & verberationem Francisci, qui statim post dicessum scalarum domus dictæ Mag. Mariæ Benedictæ fuit à Curleto Baculo percussus, nec per Fiscum fuerit probatum, quòd irreuerentèr dictus Franciscus segesserit ergá dictū Reuerendum; neutiquàm potest argui contrà Mag. Mariam Benedictam, quòd dicta vapulatio fuerit in executionem dd. verborum ab ipsa prolatorum:

Verùm quoniám indicijs, & præsump- 12
tionibus mandatum probari dicit *Farinac. d. quæst. 134. num. 11.* Nihilominùs non itá latè est accipienda hæc conclusio, vt suam non recipiat limitationem: Siquidè in delicto mandati, prout in quolibet alio constare debet de corpore delicti, quòd 13
delicti corpus in mandato est probatio

tractatus, qui est discussio quædam, & indago, & alloquium inter aliquos de aliquid agendo *Soccin. Iun. cons. 3. num. 25. ad med. vers. nàm. tractatus dicitur lib. 3.*
14 Adeò vt probatio tractatus sit necessaria tamquàm corpus delicti *Decian. cons. 67. n. 5. lib. 3. Vermigliol. cons. 31. n. 1. & 2. & cõs. 83. n. 1.* Quiá aliàs cessante hac probatio-
15 ne, cessat corpus delicti prætensi mandati, *Eugen. cons. 76. num. 37. lib. 1. Farinac. quæst. 96. num. 77.* vbi ex veriori, & magis recepta, quòd debeat de tractatú huiusmodi constare certé, & liquidè, & non præsumptiuè.
16 Quæ conclusio procedit etiám, quándò agitur de probando mandato ex præsumptionibus, & coniecturis, quià, & hoc casu requiritur iustificatio non solùm alicuius actus inferentis tractatum in genere, sed immò quòd cõcurrant aliqua indicia specialia ipsius tractatus, vt elegantèr admonet *Vermigliol. cons. 70. nu. 3.* Quæ indicia specialia tantùm abest, quòd in processu formato, & Rotæ transmisso adessent contrà Mag. Mariam Benedictã, quin potiús, si benè perpendantur, generalia, quæ per Fiscum contrà ipsam adducebantur, nullius sunt roboris, ac momenti.

Et vt ab inimicitia exordium faciamus, quænàm inimicitiæ causa considerari potest inter Mag. Mariam Benedictam, & Franciscum Basicum, si processus, & facti series attendatur: Nonnè sero antecedenti R. Io. Baptista Adamus præceptor filij dictæ Mariæ Benedictæ, & Iacobus Curletus eius Colonus in rixa, quam habuerunt cum dicto Francisco, eiusq; Patre, & Fratre, superiores euaserunt; Ita vt Io. Baptista Basicus Frater dicti Francisci saxo fuerit in facie percussus, & Iacobus eorum Pater in crure; Non nè dicta rixa fuit inopinata, & facta solùm inter dictos rixantes, nec aliquo modo fuit nominata, vel contemplata persona dictæ Magnificæ Mariæ Benedictæ? Quo igitùr pacto potuit ipsa ad animum reuocare dictam rixã, in qua Præceptor eius filij, eiusq; colonus superiores euaserunt, nec eiusdem nomen
17 vnquàm exauditum? Et tamèn inimicitia, ex qua mandatum præsumi potest, non debet esse leuis, sed vindictæ proportionata *Farinac. cons. 102. num. 42. & cons. 130. num. 10. Vermigliol. cons. 33. num. 17. & 18. & cons. 35. num. 20. & cons. 83. nu. 3.* Siquidém cessare dicitur delinquendi causa, & cessare etiàm quæcunq; 18
indicia, non solúm ex defectù totalis causæ, sed etiám causæ proportionatæ, *Vulpell. cons. 99. num. 2. Blanc. de indic. num. 130. Farinac. cons. 22. nu. 31. & cons. 147. nu. 5. & 33. & cons. 192. num. 2. Vermigliol. cons. 29. num. 13.* At quis in muliere nobili integris, & incorruptis moribus imbuta, vt deponunt testes ad eius defensam examinati, tám prauum ànimum arguere potest, vt voluerit afflictionem addere afflictis, & post percussiones saxorum, illam baculorum superaddere, nulla neque etiàm rationali causa suadentete, sané huiusmodi factũ magis efferato homini, quã piæ, & Christianæ mulieri conueniret.

Et quatenùs etiám aliqua amaritudinis nota ex dicta rixa procedens contrá dictã Mag. Mariam Benedictã resultaret (quòd tamèn absolutè negatur) adhuc cum ex informatiuo processũ appareat, Iacobum Curletum prætensum mandatarium esse 19
inimicum dicti Francisci, vt deponit Benedictus Sanguinetus testis Fiscalis, ibi, *Atteso, che detto Giacomo resta inimico di detto Francesco Basico*, Cessat omnis prçsumptio mandati contrà Mag. Mariam Benedictam, *Foller. in prax. criminal. in verb. recipiantur defensiones num. 2. in fin. versic. item poterit Fran. Marc. decis. 423. num. 27. par. 1. Eugen. cons. 27. num. 32. & seqq. lib. 1. Farinac. cons. 55. num. 22. & cons. 102. num. 18. & cons. 147. num. 28.* Et in omnem casum dato etiàm, quòd Magnifica Maria Benedicta aliquo modo possit dici offensa, & inimica proptér rixam sero antecedenti sequutam inter Basicos, & Curletum, & Reuerendum Adamum Præceptorem eius filij, non constito tamèn de aliqua secreta loquutione, vel tractatu facto inter dictã Mag. Mariam Benedictam, & dictum Curletum, & Adamum, ac delicto statim sequuto, præsentis processus Rotæ transmissi casus reducitur ad terminos quæstionis à DD. exagitatæ, & præcipuè á *Farinac quæst. 134. num. 67. & seqq.* àn scilicèt Seruus, Fa- 20

 mulus,

mulus, filius, Consanguineus, vel Amicus
offendens inimicum, vel eum, qui iniuriã
intulit suo Domino, Patri, vel amico,
præsumatur hoc fecisse de mandato Do-
mini, Patris, vel amici, & communi DD.
calculo constituitur regula negatiua, vide-
licèt, quòd mãdatũ in his nõ præsumatur,
vt firmat *Farinac. loc. supr. cit.* vbi hanc
regulam pluribus authoritatibus, & ratio-
nibus comprobat, & sub *num.* 72. testa-
tur, hanc opinionem esse veriorem, &
magis communitér receptam, *Vermigliol.
cons.* 120. *num.* 6. *& seqq.* vbi laté etiám
hanc opinionem defendit. *Decian. in tract.
crimin. lib. 6. cap. 34 num.* 23. *Eugen. cõl.*
60. *num.* 45. *Honded. cons.* 96. *num.* 13.
& 39. lib. 2. & cons. 97. num. 11. & seqq.

21 Quæ conclusio indubitantèr procedit,
quandò, vt in casù nostro, famulus offen-
dens eum, qui iniuriam intulit Domino,
erat inimicus offendenti, quiá tunc non
præsumitur offendisse de mandato Domi-
ni, stante inimicitia inter eos, vt supra fuit
firmatum, & dixit, *Farinac. d. quæst.* 134.
num. 72. *Vermigliol. cons.* 66. *num.* 4.

Et si veritatem amamus, quis dixerit
Curletum, vti mandatarium Mag. Mariæ
Benedictæ, esse puniendum, si ex proces-
sú informatiuo apparet, ipsum eodem
mané Pauló antè commissum delictum,
fuisse accersitum ad domum ipsius Mag.
Mariæ Benedictæ non de eius mandato,
& voluntate, sed iussù Reuerendi Ioannis
Baptistæ Adami, vt deponit dictus Bene-
dictus Sanguinetus testis Fiscalis in suo
examine, ibi, *Mercordì mattina essendo ve-
nuto da Chiauari, che haueuo portato la
carne à casa, fui chiamato dal Prete della
Signora Maria Benedetta mia Patrona, qua-
le mi disse, che io andassi à chiamare Becca-
lino, che si chiama Giacomo Curleto. che mi
rispose, che voleua mangiare, e poi verrebbe
à vedere, che cosa voleua*; Non ergó Curletũ
mandato Mag. Mariæ Benedictæ deliquis-
se credendum est, cúm nullibi in processú
appareat, ipsum post quám domum per-
uenit, cum ea alloquutum fuisse, sed in atri-
o domus, vel in cellauinaria remansisse,
ibique redditum dicti Francisci Basici ex-
pectauisse.

Mandati argumentum á Fisco pondera-
tum, & ex eo elicitum, quòd Mag. Ma-
ria Benedicta protulerit contrà dictũ Frã-
ciscum illa verba minatoria, idest, *se non
porterai rispetto al mio Prete, ti farò basto-
nare*; Ex superius dictis remanet plené
sublatum, dùm firmatum fuit ex huiusmo-
di verbis, quatenùs aliquod posset inferri
mandatum, illud esset conditionale, & nõ
probato per Fiscum conditionis adimple- 22
mento, illud haberi, perindè, ac si datum
non fuisset, ex *Farinac. d. quæst.* 134. *num.*
33. *Vermigliol. & Alijs.*

Et quis affirmare audebit, Iacobum, vt
rem gratam faceret Mag. Mariæ Bene-
dictæ, percussisse baculo dictum Franci-
scum, & non vt magis propriæ obsequere-
tur inimicitiæ, quam cum dicto Francisco
habebat, vt supra fuit dictum, & deponit
dictus Benedictus Sanguinetus, præsertim
nullo probato tractatú, vel colloquio in-
ter dictã Mag. Mariã Benedictã, & Iaco-
bum: Tertium vero famæ indicium, quod
in parte processú probata remaneat, di-
gnoscere nequiuimus; Cùm de illa ne ver-
bum quidém in processù legatur, & qua-
tenùs Testis aliquis de dicta fama depone-
ret, quis ignorat, illam ab offensis ortum
traxisse, cùm Franciscus statim post per-
cussionem, Fratri, Patri, & Vxori dixe-
rit, se à Reuerendo Adamo, & Curleto
verberatum fuisse de mandato Mag. Ma-
riæ Benedictæ, quod dictum statim per
ora prædictorum Fratris, Patris, & Vxoris
propalatum, & in eorum respectiuè exa-
mine repetitum, famæ, quatenús illa orta
fuisset, causam præbuit, vt ad rem cecinit 23
Ouid. 9. metamorph.

*Fama loquax peruenit ad aures
Deianira tuas quæ veris addere falsa
Gaudet, & è minimo sua per mendacia
crescit.*

quæ cum ab offensis originem traxerit,
nullum facit indicium *cap. qualitèr, &
quando il secondo de accusat. Boss. de inqui-
sit. num.* 39. *Mascard. de probat. conclus.*
754. *num.* 22. *in fin. Farinac. quæst.* 47.
num. 47. *& cons.* 78. *num.* 37. *& cons.* 24.
num. 6. *Vermigliol. cons.* 78. *num.* 9. Et
quià ortum habuit post inchoatum pro- 24
cessum, proùt in dubio præsumitur, *Fari-
nac. d. quæst.* 47. *num.* 173. *quæst.* 49.
num.

num. 156. *Caball. resolut. criminal. cas.* 200. *num.* 234.

Gratis autem dicitur, ratificationem in delictis mandato assimilari, eamque in præsenti casu contrà Mag. Mariam Benedictam argui, ex quo á die commissi delicti semper cohabitauerit cum dicto Reuerendo, & eum eo sit conuersata comedendo, & bibendo: Siquidem nulla hactenùs in processu de tali cohabitatione dicti Reuerendi Adami cum Mag. Maria Benedicta post commissum delictum fit mentio, & Fiscus non dictum Reuerendũ Adamum, sed Iacobum Curletum, vti mandatarium, inquirit, & quatenùs etiã probata remansisset dicta ratificatio, non constito, quòd verbera fuerint Francisco illata de ordine, & mandato Mag. Mariæ Benedictæ, nunquàm potest esse locus ratificationi, seù approbationi illorum, vt
25 ægregiè declarando regulam, quòd ratificatio mãdato æquipararetur, docet *Addit. ad cons.* 29. *Farinac. litera. B.* & dixit *Ozac. decis. Pedemontan.* 138. *num.* 17. 18. *&*
26 28. Quòd nõ solũ requitur, delictum esse commissum nominè ratificantis, verùm etiàm quòd est necesse, quòd ratificetur tamquàm suo ipsius ratificantis nomine gestum, & *cons.* 225. *num.* 21. *Vermigliol. cons.* 70. *num.* 12.

Quinta verò mandati coniectura desumpta fuit, quòd verbera fuerint Francisco inflicta domi Mag. Mariæ Benedictæ, ipsa permittente, nec impediente facto, neque verbis, & præsente, cum tamen impedire posset: Sicuti in facto non subsistit, ità nec de Iure procedit: Nullus enim ex testibus Fisci probat, verbera Francisco fuisse illata domi dictæ Mag.
27 Mariæ Benedictæ, præter Andream Falconum, qui vti testis singularis, & vnicus nihil probat, ex latè deductis per *Farinac. quæst.* 63. *nu.* 1. *& seqq.* vbi hoc pluribus authoritatibus, & rationibus comprobat; neque enim vlla est habenda ratio depo-
28 sitionum Francisci offensi, Baptistæ eius Fratris, Iacobi Patris, & Benedictæ Vxoris, quià cum omnes hi censeantur inimici Mag. Mariæ Benedictæ, vtiquè repelluntur à testificando contrà ipsam, & ægregiè comprobat *Farinac. cum pluribus per eum relatis quæst.* 53. *num.* 3. vbi multiplicitér hanc conclusionem exornat, & ampliat.

Verùm quandò etiàm percussiones, & verbera fuissent Francisco illata domi dictæ Mag. Mariæ Benedictæ, hoc certè accidit ipsa absente, & ignorante, ac impedire non valente: De primo enim, de absentia scilicèt, probat Benedictus Sanguinetus testis Fiscalis in suo examine, ibi, *Sentij, che detto Francesco gridaua forte, dicendo ohime ohime, la detta Signora, che era in Cucina mi disse, che cosa vuol dire questo gridare, li dissi, che era Francesco, che era andato à chiamare, e poi mi soggiũse, che cosa gridaua, li risposi, perche lo doueuano battere*: En igitur, quòd ipsa Mag. Maria Benedicta absente, & inscia, & cõsequentèr impedire non valente, Franciscus percussus fuit, & in terminis mandati, quòd illorum ignorantia in Domino 29
præsumatur æorum, quæ geruntur à famulo, dixit *Farinac. d. quæst.* 134. *num.* 89. *&* 94. *Vermigliol. cons.* 120. *num.* 8. vbi sub *num.* 10. inquir, quòd sine probatione scientiæ Domini delicti famulorũ deficit subiectum, ex quo possit aliquid contrà Dominum prætendi, & hic testis, licèt vnicus, & singularis, quià tamèn à Fi- 30
sco fuit examinatus, plenè contrà ipsum probat, *Farinac. quæst.* 62. *num.* 237. *Gabriel. de testib. concl.* 1. *lib.* 1. *post num.* 14. vbi de commun. *Bursatt. cons.* 58. *nũ* 12. *lib.* 1. *& cons.* 311. *num.* 21. *lib.* 3. vbi plures alios refert, *& cons.* 316. *nu.* 21. *lib.* 3. vbi loquitur in criminalibus, & cõtrà Fiscum.

Diximus etiàm, quòd iure non procedit præsumptio, quià nullibi repetitur, quòd si famulus, absente Domino, eoque inscio, quempiam domi solitæ habitationis sui Domini percutiat, præsumatur hoc fecisse de mandato Domini.

Sexta etiàm mandati præsumptio per Fiscum ex eo desumpta, quòd factum immediatè fuerit sequutum post verba minatoria á Mag. Maria Benedicta contrà Franciscum prolata, videlicèt, *ti farò bastonare*; Vtique si post se non haberent alia verba subsequentia, quæ conditionem importarent, alicuius fortassè essent roboris,

ris, & momenti; Sed cum ex subsequentibus, vel meliùs èx antecedentibus *(Se non porterai rispetto al mio Prete)* reddātur conditionata, ex superiùs dictis, non probato per Fiscum conditionis implemento, perindè est, ac si nō fuissent prolata, & nullam possunt inducere mandati præsumptionem.

Septima tandèm, & vltima elicita mādati coniectura ex secreta alloqutione,nō meruit in medium afferri: Quo enim pacto potuit Mag. Maria Benedicta alloqui cum Iacobo Cutleto, vel Reuerendo Ioanne Baptista Adamo de gestis in abscondito in cella vinaria, & ipsa commotante in aula domus, quæ multùm á dicta cella vinaria distat, itá vt ex ea nèdùm possit secretè alloqui, verùm nè quidèm perspicere illos, qui in cella vinaria commorabantur.

31 Hoc sanè nihil aliud est, quàm quòd Fiscus agnouerit ad inducendum mandatum, seu illud præsumendum, necessarió probari debere tria copulatiuè, videlicèt inimicitiā, colloquium, seú tractatū, & delictū immediatè sequutū *Farinac. cons.* 55. *num.* 23. *in fin. cons.* 102. *num.* 3. *&* 19. Quorum omnium cùm nullum probatum fuerit in præsenti processù contrà Mag. Mariam Benedictam. indebitè fuit ipsa de dicto delicto condemnata.

32 Sublatis itaquè generalibus indicijs, & præsumptionibus á Fisco contrá Mag. Mariam Benedictam in medium allatis pró arguendo prætenso mandato, indubitata remanet eiusdem absolutio, quæ necessariam consequentiam secum trahit absolutionem Iacobi Cutleti prætensi mandatarij ratione correlationis, *l. si is, qui rem §. si Titium vbi Bart. per illum tex. num.* 2. *ff. de furt. Decian tract. crimin. lib.*9.*cap.* 33. *Quomodò mandans, & mandatarius sint correlatiui nu.* 1. *& seqq. Giurb. cons.* 91. *num.* 18. *& cons.* 97. *nu.* 7. *Farinac. cons.* 24. *nu.* 11. *post med. & cons.* 34. *num.* 1. *& cons.* 73. *num.* 7. *&*

33 *cons.* 195 *n.*14. Cū in correlatiuis qualitatas defensionis sit indiuidua, itá vt ex persona priuilegiata defendi possit etiàm non priuilegiatus, vt in terminis mandantis, & mandatarij firmat *Vermigliol. cons.* 109. *num.* 5. Ideòquè eundem Cutletum esse puniendum arbitrariè à Domino Cap. Clauati ad formam *statuti de percutientibus* Rota rescripsit, & itá, &c.

VOTVM TERTIVM.

SVMMARIVM.

Idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in præposito, nu. 1. *Ampliatur. n.* 2. Bayardi *opinio, quòd de consuetudine omnes Testes cum tortura admittantur, etiam quod mille defectus paterentur, & de ratione, num* 3. *Cui contrarius est* Farinac. *num.* 4.

Spontè comparens sub spe futuræ impunitatis à Principe concessa ad detegendos Socios, nulla præcedentè Indicis interrogatione, àn sit suspectus, & faciat vllū indicium, num. 5. *Ponitur ratio, num.* 6.

Dictum Socij confirmatum in tortura cum adminiculis de consuetudine facit indicium ad torturam, non procedit stante concessione impunitatis, num. 7.

Periurus etiàm in tortura deponens, nequidèm indicium facit ad inquirendum, num. 8.

Semel delinquens in Officio semper est suspectus in eodem, num. 9.

Contumacia vnius, alteri obesse non valet, num. 10.

Contumacia Mandatarij non nocet mandāti, num. 11.

Falsum deponens non dolo, sed per errorem non est aliqua punitione dignus, nu. 12.

In dubio quis præsumitur deposuisse falsum potius per errorem, quàm dolo, num. 13.

Testis non probat, quandò alius ab eo adductus in contextem contrarium deponit, num. 14.

Contradictio, & assertio non possunt insimul stare, & vna est exclusiua alterius, num. 15.

In omni genere delicti quærenda est causa, propter quam aliquis illud prætenditur commisisse; Cum Nemo sine causà delinquere præsumatur, num. 16. *Ampliatur num.* 17. *Declaratur, num.* 18.

Motiua

Motiua declarata per Propalatorem non tāgentia interesse Propalati, quandò sint sufficientia ad effectum falsitatis, nu. 19.
Secius Criminis si exculpauerit alterum prætensum Socium, præsumitur dixisse veritatem, ideòque ei multùm prodest, num. 20. Ampliatur, num. 21 & 22.
Bona fama, & qualitas Inquisiti de medio tollunt omnem falsitatis præsumptionem, & suspicionem, num. 23.
De deliberatione dum plenè constat, & ea executioni non demandata, non est punibilis, non sequuto effectu, num. 24.
De consuetudine Italiæ, & totius mundi nunquàm punitur affectus non sequuto effectu, eò magis dum non sit deuentum ad nullum actum facto proximum, nu. 25.
Verba quandò possunt interpretari, vt sint inclusiua, & exclusiua delicti, sempèr sumenda est illa interpretatio, quæ delictū excludit, num. 26.
Confessio non potest scindi, sed debet acceptari cum sua qualitate num. 27. Ampliatur, num. 28.
Persistens negando in tormento Stanghetta, puram veritatem dixisse præsumitur, & per eam purgantur indicia contrà Reum ante tormenta illata, num. 29.
Reus, purgatis indicijs per tormenta, est relaxandus, & absoluendus, num. 30.

ARGVMENTVM.

Ianuen. Falsitatum, & Impunitatum.



RANCISCVS Barrabinus vigore impunitatis ei concessæ á Serenis. Senatù, ad effectum detegendi Cōplices nonnullarum falsitatum á se commissarum in propalatione ædita sub die nona Maij, septem falsitatum capita confessus fuit, in quorum duobus Complicem dixit Iacobum Ponte, & in omnibus participem, & conscium Franciscū de Nigro.

Quorum falsitatum capita singillatim enarrare proficuum visum fuit, ad hoc, vt dignosci queat, àn Barrabinus conditioni in impunitate appositæ, videlicèt (*poneudi in claris indicio Serenis. Collegiorum Reos, & complices dd. falsitatum*) satisfecerit, & sufficientia indicia Curiæ submenistrauerit, ad effectum inquirendi, tormentis subijciendi, vel condemnandi dictos Complices, & Correos.

Primò itaque dixit Barabinus, se falsificauisse per duas vices subscriptionem, seù firmam q. Io. Francisci Gioielli in calce eiusdem epistolæ habentis vim testamenti, & hoc ad instantiam Iacobi Ponte, & Francisci de Nigro.

Secundò quòd tám ipse, quàm dictus de Nigro medio eorum iuramento in actis Augustini Sestri Notarij deposuerūt, dictam subscriptionē, vt suprà falsificatā, fuisse exaratam proprio caractere dicti q. Io. Francisci Gioielli.

Tertiò quòd tám ipse propalator, quā dictus de Nigro, & Iacobus Ponte decreuissent falsificare vnam apodixam priuatam, & librum rationum dicti Gioielli, ad effectum eum apparere faciendi debitorem de quadam magna pecuniàrum quantitate ad fauorem cuiusdam Mercatoris.

Quartò asseruit, se falsificauisse caracterem, & firmam Annæ Petropoli sub quibusdā computis exhibitis in actis dicti Notarij Sestri, deindeque super dicta falsa subscriptione falsum testimonium perhibuisse, affirmando illam esse propria manù dictæ Annæ Petropoli exaratam, & hæc omnia ad instantiam, & vt tem gratam faceret dicto Francisco de Nigro.

Quintò se conuenisse cum dicto de Nigro de falsificando caracterem Mag. Lelij Mansiæ prò apparere faciendo quādam quietationem scutorum cētū octuaginta auri ad fauorē Thomæ Calzettæ, & in præiudiciū hæredum dicti Mag. Lelij.

Sextò se falsificauisse quādam apodixā quietationis sub nomine Io. Petri Sibiriæ ad suimet fauorem, & de hac falsitate certiorem reddidisse dictum de Nigro.

Septimò tandèm deposuit, eundem Franciscum de Nigro fecisse falsificare à quodam Siculo quasdam scripturas ad fauorem ipsiusmet propalatoris.

Prius quám verò aggrediamur ponderare indicia à dicto Barrabino Curiæ submini-

mininistrata supér quolibet falsiratū capite contrà Franciscū de Nigro, non inutile DD. Visum fuit exquirere, quód, & quale indicium oriatur ex eius dicto contrà Correos etiám in tortura ratificato; Prò cuius inspectionis vtilitate illud animaduersione dignum iudicauit Rora, Barrabinum in sua propalatione confessum fuisse, se per quatuor vices falsas scripturas confecisse, & quód grauius redolet, falsum testimonium per duas vices in iudicio perhibuisse, quibus ità in facto subsistentibus, reducimur ad quęstionem á DD. exagitatam, videlicét quodnám indicium faciat cōtrà nominatos depositio Socij criminis, quandò alios patitur defectus, & communis est Theoricorum opinio, quód huiusmodi dictum nullam fidē faciat, nè dùm quoád probationem, sed neq; quoàd indicium, aùt præsumptionem, quiá Talis vel criminosus, & varijs defectibus laborans nullum potest recipere robur, & adminiculum ad torturam; Sicuti enim plura adminicula ampliant probationē, & supplēt testis inhabilitatē; Itá paritér plures defectus illam destruunt, per regulam, 1 quód idem operatur oppositū in opposito, quod propositū in proposito, & hanc regulā, cæteris ommissis, latè firmat *Farinac. q. 62. n.* 381. *& seqq.* Vbi de veriori, & magis cōmuni, qui subdit, quód hæc regula non solum est cōmunitér recepta, sed quód nullū habet Cōtradictorē, *& quæst.* 43. *num.* 178. vbi plures Concordantes adducit *& cons.* 216. *n.* 1. *& seqq.* iuncto *nu.* 7. *Bayard ad Clar. §. fin. quæst.* 24. *nu.* 128. Vbi etiám Innumeros prò hac 2 opinione adducit, & ampliat sibi locum vindicare, etiám in criminibus exceptis, & etiám quandò aliter veritas haberi nō posset, *Vermigliol. cons.* 184. *num.* 16. *& cons.* 231. *num.* 23.

Et quamuis idem *Bayard. loc. supr. cit. ver. vbi enim Testis* dicat, quód prædicta conclusio procedat de Iure, sed quód de consuetudine seruetur, quod omnes 3 Testes cum tortura admittantur, etiám quód mille defectus paterentur, quiá aliàs rarò dictum Socij criminis indicium faceret, cùm pauci sint huiusmodi, qui pluribus defectibus non sint notati, licèt tales Testes vti magis infames maiori tortura afficiendos dicat ad eorum dicta cōualidanda: Attamen hæc opinio *Bayard.* 4 latè improbatur à *Farinac. d. cons.* 216. *n.* 20. *& in pract. crimin. quæst.* 43. *num.* 178. *in fin.* vbi testatur nunqnám vidisse in Vrbe, quód ex dicto Socij criminis patiente plures defectus, deuentum fuerit ad torturam contrá nominatum, nisi alia adfuerint indicia, & eandem opinionem rursùs impugnat *quæst.* 62. *num.* 382. *& Vermigliol. cons.* 3. *num.* 15.

Quæ si procedát in quolibet Socio criminis 5 pluribus defectibus laborante, quantò magis sibi locum vendicabunt in eo, qui sub spe impunitatis sibi à Principe concessæ, compareret ad deponendum cōtrá alios, præcipuè si sponté compareat, vt fecit Barrabinus, ad detegendos Socios, neq; id faciat ad interrogationem Iudicis: Etenim hoc casù talis nominatio vti suspecta, nullum facit indiciū, vt optimè de more docet *Farinac. d. quæst.* 43. *n.* 192. eam assignans rationem, quiá Reus ex tali reuelatione, succedit loco 6 Accusatoris, seù Denūciatoris & ideò tātū probat, quantùm probaret alius Accusator, seù Denunciator, vt in terminis declarat *Ozasc. decis. Pedemont.* 79. *num.* 7. iuncto *num.* 55. *relat. à Farinac. vbi supr. Farina cons.* 161. *num.* 9. *vers. venit ad deponendum, & cons.* 182. *num.* 25. *lib.* 2. *Vermigliol. cons.* 3. *num.* 14. Vbi quòd attenta etiám consuetudine, quód dictū 7 Socij confirmatum in tortura cum adminiculis faciat indicium ad torturam, ab hac tamen consuetudine receditur stante cōcessione impunitatis.

Et si qnilibet defectus vlerá correitatē in Socio criminis est attendendus, quantò magis dicebant DD. animaduersione dignum Esse defectum periurij in Barrabino militantem, Cùm hic fassus fuerit, se per duas vices falsum in iudicio deposuisse, videlicèt, prima vice in recognitione firmæ à se falsificatę Io. Francisci Gioielli: Secundá verò supér falsificatione manus Annæ Mariæ Petropoli; Cùm trita sit Iuris conclusio, quód periurus 8 etiám in tortura deponens né quidém in-

indicium faciat ad inquirendum iuxtà latè tradita per *Farinac. quæst. 56. num. 193.* Vbi de communi testatur, & concordantes adducit: Caret enim periurus eo, quod potissimùm in teste requiritur, scilicèt veritate, quæ debet esse pura, & simplex; & hæc regula maximè procedit in eo, qui commisit periurium
9 in testificando; Nam ex eo quòd semel deliquit in officio, semper est suspectus in eodem *cap. quicunq; sciens. 6. quæst. 1 l. si aliquid Cod. de suscept. præposit. & Art. lib.* 10. & qui fuit infidelis Deo, quomodò erit fidelis amicus.

His ità præmissis Gustare visum fuit Mag. Rotæ, quænam indicia Curiæ subministrauerit Barrabinus contrà Franciscum de Nigro, ad hoc, vt gaudere posset impunitate concessa á Serenis. Senatù; Et aggrediendo primum caput falsitatis commissæ circà epistolam, siuè testamentum Io. Francisci Gioielli, exclusa depositione, seù propalatione ipsius Barrabini, quæ in nihilo officit dicto Nigro, exclusaq; contumacia Iacobi Ponte, quæ paritèr eidem nihil nocere potest;
10 Cùm contumacia vnius, alteri obesse nō valeat *l. qui repudiantis in fin. & l. Papinianus § meminisse ff. de inoffic. testam. l. eius qui delatorem vbi Bart. ff. de Iur. fisc.* & tradit *Boss. tit. de delict. num. 61. Farinac. cons. 37. numer. 19. & cons. 56. num. 16. & de delict. & pæn. quæst. 24. num. 176. Caball. cas. 56. num. 101.*
11 Prouti videmus quotidiè, quòd contumacia Mandatarij non nocet Mandanti, *Giurb. cons. 97. nu. 7. ad med. Vermigliol. cons. 33. num. 26.* prędictis, vt supra exclusis, duo tantùm fuerunt subministrata indicia; Primùm videlicèt, quòd Franciscus de Nigro iudicialitèr medio iuramento testificatus fuit, subscriptionem falsificatam á Barrabino, fuisse propria manù, & caractere Io. Francisci Gioielli conscriptam; Alterum quòd dictus de Nigro coràm MM. Marco ab Auria, & Io. Baptista Lomellino q. Nicolai fassus fuit, se dictæ falsitatis participem fuisse.

Circà primum si in Francisco de Nigro præsupponeretur scientia falsificationis factæ á Barrabino; vtiq; esset valdè releuans, & fuisset magna punitione dignum hoc delictum: Verùm è contrariò data ignorantia dictæ falsificationis, quæ de Iure præsumitur, & non constito de scientia alitèr, quàm per dictum Barrabini, qui nullam fidem meretur ex supèriùs adductis, Franciscus de Nigro deceptus similitudine, & imitatione Ma- 12
nus Io. Francisci Gioielli, falsum deposuit non dolo, sed per errorem; Propterea; non erat aliqua punitione dignus, *l. 1. §. proptereà ff. de Sycar. Bertazol cons. 8. num. 15. Magon. decis. Lucens. 43. n. 4. Farinac. quæst. 67. num. 77.* vbi quòd hæc conclusio est communitèr recepta, & quòd non habet contradictorem, & *num. 78. inquit*, quòd in dubio quis præsumitur deposuisse falsum, potiùs per errorem, quàm dolo, *Honded. cons. 109. n.* 13
19. lib. 1. Et sanè quisnam etiàm sagax, & prudentissimus vir non fuisset deceptus in recognitione dictæ subscriptionis á Barrabino falsificatæ ea arte, & malitia, qua ipse deposuit in sua propalatione, & quam reticere expediens visum fuit, ne tam Diabolicum inuentum ad omnium notitiam deueniret, & fraudibus, & falsitatibus conficiendi via præcluderetur, & nihilominùs hoc indicium non omninò spreuit Rota; sed hoc insimul cum alijs tormentis per Nigrum purgandum censuit.

Secundum verò indicium de confessione extraiudiciali facta per Franciscum Nigrum coràm dd. MM. de Auria, & Lomellino, de qua deponit etiàm Hieronymus Zinus, omninò falsum detectum fuit, quià M. Marcus de Auria nullibi in suo examine pró Curiæ informatione facto de tali confessione deposuit, & M. Io. Baptista Lomellinus illam apertis verbis negauit, vt in processú *fol. 90.* ibi loquens de Barrabino; *Disse che era stata lui, che haueua falsificato detto testamento mà non ad instanza di Francesco di Negro*; 14
Et certum est in Iure, quòd testis non probat, quando alius ab eo adductus in contestem contrarium deponit *Giurb. cons. 70. num. 36. Farinac. cons. 37. num. 24. & cons. 127. num. 11. & cons. 138. n. 21. Cardinal. Mantic. decis. 317. n. 8.*

Qua

Qua proptèr Rota censuit Barrabinum
ne dùm esse mendacem circá dictam ex-
traiudicialem confessionem, verùm etiã
sibi contrarium, quiá in in sua propala-
tione deposuerat, dictam falsitatem fuis-
se commissam opera ipsius Iacobi Ponte,
& Francisci de Nigro, vt Hieronymus
Zinus, & Io Baptista Montaldus depo-
nunt, excluditur omninò dicta ext raiudi-
cialis confessio; Loquentes enim de qui-
busdam verbis à dicto Zino prolatis in
ædibus M. Marci ab Auria contrà Fran-
ciscum de Nigro, quibus eum vti dictę
falsitatis conscium redarguebát, inquunt
Franciscum ita dicto Zino respondisse;
*Come hauete me per complice di questa fal-
sità? se fosti fuori di quì, non parleresti in
questa maniera*; Qui modus loquendi,
duobus Testibus Fiscalibus concludentér
probatus, de medio tollit extraiudicialẽ
confessionem, de qua propalarat, & Zi-
15 nus deponunt; Cúm contradictio, & as-
sertio non possint insimùl stare, & vna sit
exclosiua alterius *l. 1. Cod. de furt.*
16 Verùm subdebant DD. quód in omni
delicti genere quærenda est causa, prop-
ter quam aliquis prætenditur tale delictũ
commisse; Cum nemo sine causa delin-
quere præsumatur; *Folle. in pract. crimin.
in verb. itèm quòd sororem venenauit post.
num. 19. Gramat. cons. 42. num. 10. in
fin. Farinac. cons.* 170. *num.* 15. *&* in
terminis falsitatis dixit *Bayard. ad Clar.
§. falsum. num.* 8. *Farinac. cons.* 154. *n.*
15. *Vermigliol. cons.* 285. *nu.* 4. *Rot. Ro-
man. decis.* 111. *num.* 1. *par.* 2. *diuers.*
17 Præcipuè si nullum commodum ex fal-
sificatione resultet ad fauorem illius, con-
trá quẽ falsificatio præsumitur *Farinac.*
18 *cons.* 172. *num.* 20. Quód commodum
non sufficit, quòd quale sit, sed debet es-
se magnum, *cap. accedens, &* ibi omnes *de
crimin. fals. Hended. cons.* 109. *num.* 23.
& seq. lib 1. *Farinac. cons.* 110. *num.* 11.
& cons. 170. *num.* 9. Sic Itaq; considera-
19 uerunt DD. nullum cedere commodum
Francisco de Nigro ex falsificatione te-
stamenti Io. Francisci Gioielli: Motiua
etenim per Propalatorem declarata, nol-
latenús tangunt personam dicti de Ni-
gro, cuius nihil intererat, quód Iacobus
Ponte fuisset exclusus à Matrimonio
Mariæ Camillæ, illaq; fuisset in Matri-
monium collocata Francisco Zino, &
proptereà in odium, & præiudicium ip-
sius hæc falsitas conclusa est, & executio-
ni demandata; quià hæc potuit quidem
esse causa sufficiens ad mouendum dictũ
Ponte, non autem ad impellendum di-
ctum de Nigro; Cúm nulla fuerit proba-
ta inter eos consanguinitas, amicitia, &
familiaritas talis, quę aliquam faciat
præsumptionem, ex adductis per *Farinac.
de indic. & tort. quæst.* 43. *num.* 171.
Illud etiàm animaduersione dignum
existimauerunt DD. ad fauorem dicti de
Nigro, quod ex defensiuo processù re-
sultat, videlicet depositionem M. Io.
Stephani Spinulæ qui in suo examine de-
ponit, Iacobum Ponte alterum d. falsi-
tatis commissæ Correum suo Iuramento
eidem fassum fuisse, dictũ de Nigro non
fuisse complicem falsitatis testamenti Io.
Francisci Gioielli, qui Iacobus cúm sit
Socius criminis circá dictam falsitatem 20
cum Barrabino, vtiq; pręsumitur, quod
veritatem dixerit prò exculpatione alte-
rius prætensi Correi, & illius exculpa-
tio multúm prodest Francisco de Nigro
ad latê tradit. per *Farinac. quæst.* 43. *nu.*
15. *& seqq.* Addita præcipué bona fama
dicti de Nigro plené in defensionibus 21
probata, quæ né dùm omnem præsump-
tionem malæ famæ in genere tollit, ex
tradit per *Farinac. quæst.* 47. *num.* 181.
Verùm etiàm omnem delicti præsump- 22
tionem, & indicium; Itá vt Reus, qui
torquendus erat proptér legitima indi-
cia, quæ contrà eum exstabant, probata
illius bona fama, ampliús torqueri non
possit, *Farinac. vbi sup. num.* 186. vbi plu- 23
res concordantes adducit; & quòd om-
nis falsitatis præsumptio, & suspicio de
medio tollatur ex bona fama, & qualitate
Inquisiti, probant etiàm *Menoch. de præ-
sumpt. lib. 5. præsumpt.* 20. *num.* 94. *Fol.
ler in pract. crimin. in verb. item quòd
commisit falsitatem num.* 78. *& num.* 92.
Farinac. cons. 170. *num.* 9. *in fin.*
Secundum falsitatis caput á Barrabino
propalatum, quod videlicét Franciscus
de Nigro in actis Notarij Augustini Se-
stri

ſtri recognouerit epiſtolam, ſiuè teſtamentum Io: Franciſci Gioielli ab ipſo falſificatum, dixeritq; eam fuiſſe exaratam proprio caractere dicti Io: Franciſci, Curiæ poterat innoteſcere abſque eius propalatione, detecta falſitate commiſſa in dicta ſubſcriptione; Ideoq; ex propalatione Barabini Fiſcus parùm, aùt nihil acquiſiuit circà hoc ſecundum caput, quod modici præiudicij habitum fuit á DD. contrá Nigrum ex ſuperiùs dictis, quià data ignorantia falſificationis, quilibet etiàm peritiſſimus caracteris Io: Frãciſci Gioielli deceptus fuiſſet in dicta recognitione, quæ tàm naturalitér, & diabolica ſimilitudine Barrabinus imitatus fuerat.

Et quàmuis contrà dictũ de Nigro aliqua reſultaret præſumptio ex eo, quod ipſe faſſus fuerit, Lorenzinam in eius Domo feciſſe Inſtrumentum procuræ in perſonam Iacobi Ponte ad effectum petendi, & conſequendi á Iudice immiſſionem in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum dicti qu. Io: Franciſci Gioielli; Nihilominùs non data ſcientia dictæ falſitatis commiſſæ à Barrabino, non admodùm vrgens viſa fuit hæc præſumptio contrà dictum Franciſcum de Nigro, quãuis ex hac mota fuerit Mag. Rota ad eum tormentis ſubijciendum, vt infra dicetur.

Tertium falſitatis caput eſt, quòd dictus de Nigro decreuerit in libro, & quadam apodixia priuata apparere facere debitorem dictum Io. Franciſcum Gioiellum de quadam magna pecuniarum quãtitate ad fauorem cuiuſdam Mercatoris, quæ tamẽ falſitas executioni non fuit demandata.

Verùm de hac deliberatione, nè verbum quidèm in proceſſu apparet, prætèr dictum Barrabini; Immò contra hanc aſſertionem duo ex eodem proceſſu reſultabant: Et primùm quià Barrabinus *fol.* 33. dixit, hanc falſitatem ſibi propoſitam à Iacobo Ponte, & ex interuallo temporis Franciſcum de Nigro eidem cõſenſiſſe, & ſubindè *fol.* 36. a. dicit, Iacobum Ponte, & Franciſcum de Nigro hanc falſitatem ſibi propoſuiſſe.

Secundum eſt, quod tàm Laurentia, quàm Io. Naſſius teſtes fiſcales circà hanc falſitatem nunquàm nominant dictum de Nigro; Immò Naſſius fatetur, hanc falſitatem ſibi fuiſſe propoſitam à Iacobo Ponte.

Sed dato etiàm, quòd de dicta deli- 24
beratione plenè conſtaret, nihilominùs cùm executioni demandata non fuerit, in eam DD. deuenerunt ſententiam, nequaquàm eſſe punibilẽ in effectu non ſequuto *Gloſ. in l. ſi quis nõ dicã rapere in verb. ſed attẽta re in fin. Cod. de Episc., & Cleric. Bald. in l. data opera n. 51. Cod. de ijs q. accuſar. nõ poſſ Gail de pact. lib. 1. cap. 14. num. 3. in fin, & nu. 19. Gramat. deciſ. 2. num. 8.* Qui dicit de generali conſuetudine Ita-
liæ, ac totius Mundi nunquám puniri 25
affectum, niſi ſequatur effectus, & hoc maximé ſi ad nullum actum facto proximum deuentum fuerit, & agatur de pœna ſtatutaria *Cabal cas. 95. num. 14.*

Circâ quartum falſitatis caput parùm inſiſtendum exiſtimauerunt DD. cùm, excluſa Barrabini propalatione, nullum aliud in proceſſu adſit indicium contrà Franciſcum de Nigro, & ipſemet Propalator in hoc etiàm parùm conſtans ſibi viſus fuit; Dùm primo loco dixit, ſe hæc computa falſificauiſſe vnica vice: Secundo verò loco ſe corrigendo affirmet, hoc per duas vices præſtitiſſe, & ex deffenſionibus apparet, hæc computa eſſe vera, & non falſificata ex litteris Alexandri Roſſetti fratris dictæ Annæ Petropoli in forma recognitis, & ex atteſtatione Hieronymi Ferri in actis exhibita, qui teſtantur, vidiſſe dictam Annam Petropoli dicta computa firmare.

Quintum falſitatis caput eſt, quòd dictus de Nigro cooperauerit, & conſenſerit falſificationi manus q. M. Lelij Mõſiæ pro apparere facienda quadam quietatione ſcutorum 180. auri ad fauorem Thomæ Galzettæ, circà quod fuit per DD. animaduerſum, quòd Barrabinus iuxtá ſolitum falſus reperitur in ſua propalatione circà illud, quod dixit, dictum Thomam Galzettam ipſum Propalatorẽ, & Franciſcum de Nigro requiſiuiſſe propè Eccleſiã Diuæ Mariæ Vinearum, vt

sibi inuenire faceret ad mutuum duplas centum prò eis restituendis M. Nicolao Monsiæ fratri, & hæredi dicti M. Lelij; Siquidèm Thomas Galzetta in eius examine *fol.* 133. hoc omninò negat, eam assignans rationem, quià ipse in tali debito non erat principalis, sed fideiussor, & nondùm fuerat alloquutus eum M. Nicolao Monsia de tali debito, quod etiàm confirmat dictus M. Nicolaus in suo examine.

Et parùm vrgere visum fuit, quòd depositio Galzettæ sit cōformis cum depositione Barrabini in ea parte, in qua dixit, quòd cùm obuiam habuissent ipse Propalator, & Franciscus de Nigro dictum Galzettam propè Ecclesiam Diuæ Mariæ Gratiarum, Franciscus de Nigro eidem Galzettæ dixisset; *Chi vi desse vna torta, che cosa li daresti voi?*; Et ipse Galzetta respondisset, *mezza*; Quibus verbis dictus Franciscus replicauit; *Basta saprete tutto à suo tempo*; Quià hæc verba visa fuere admodùm æquiuoca, & non arguunt necessariò delictum, de quo Barrabinus dicit, se tunc sermonem habere cum dicto de Nigro, & quandò verba
26 possunt interpretari, vt sint inclusiua, & exclusiua delicti, semper ea est sumenda interpretatio, vt delictum excludant *l. meritò ff pro soc Farinac. qu.* 134. *num.* 15. *Caball de omn gen. homic. num.* 140. *Vermigl. cons.* 27. *num.* 7., *& cons.* 127. *num* 9.

Nō omni tamén visa fuit carere suspicione consignatio receptæ manu M. Lelij Monsiæ factæ Francisco de Nigro à dicto Thoma Galzetta, & ex qua Barrabinus affirmat, se exemplum sumpsisse prò conficienda falsa recepta scutorum 180.; Sed cùm Franciscus de Nigro dicat, Barrabinum illam à Galzetta expostulauisse,
27 eius confessio non potuit scindi, sed debuit acceptari cum sua qualitate; Cùm Fiscus alitér dictam consignationem non probauerit, quàm per confessionem dicti Francisci *Farinac. quæst.* 81. *num.* 154., *& cons.* 37. *num.* 16.; Præcipuè cùm
28 confessio prędicta non habeat contrá se Iuris præsumptionem *Hondcd. cons.* 96. *num.* 24. *lib.* 1., Et nihilominus ex hoc etiám indicio inclinauit Rota ad tormenta contrà dictum Franciscum.

Sextum, & vltimum caput falsitatum propalatarum, nullum habet adminiculum, aùt prçsumptionem præter dictum ipsius Barrabini, cui qualis fides adhibēda sit contrá ab eo nominatum, satis, superq; suprà fuit ostensum.

His omnibus indicijs, & præsumptionibus cōtrà Franciscum de Nigro ex processu resultātibus ad Iuris normā ponderatis Rota decreuit, eumdem esse torquendum per mediam horam, sed attento eius impedimento, fuit per tantumdem temporis iuxtá solitum Curiæ tormento stanghettæ suppositus, in quo cùm negatiuam substinuisset, fuit per diffinitiuam sententiam absolutus, cùm ea sit vis tormentorum, vt in ea persistens negando, puram veritatem dixisse præsumatur, & per ea purgentur indicia contrá Reum ante tormenta illata laborātia, vt ad satietatem demonstrat *Farin. c. quæst.* 40. *num.* 1.. *& seqq. qui ex Bursat. cons.* 97. *nu.* 24. *lib.* 1. Affirmat per tormenta purgari etiàm plenas probationes nèdum indicia, quibus propterea purgatis, Reus est relaxandus, vel absoluendus. *Farinac. q:* 5 *n.* 26. *Angelus Scialoy. in sua praxi torquend. Reos. cap.* 4. *num.* 26. 29 30

Et ità resolutum fuit per acta Nobilis Francisci Cellæ Cancellarij M. Rotę Criminalis Genuæ de Anno 1659.

VOTVM QVARTVM.

SVMMARIVM.

IN delictis occultis, vt est furtū de nocte commissum, præsumptiua probatio habetur prò plena, & concludenti, num. 1. 1

Ex indicijs, & præsumptionibus nemo potest condemnari criminalitèr, num. 2. *Declaratur num.* 3. 4. 5. *& 6.*

Indicium indubitatum illud dicitur, quòd arctat mentem Iudicis, vt omninò credat delictum à Reo fuisse commissum, ità, vt non possit in contrarium inclinare, num: 7. *contrarium credidit Rota in casù, de quo agitur, num.* 8.

In-

Inuentio rerum furatarum penès aliquem ne dùm est indicium indubitatum furti, immò de per se solùm nō est indicium sufficiens ad torturam, num. 9. Ampliatur num. 10.

Sola inuentio rei furatæ apud aliquem facit solummodò quandam leuem coniecturam, num. 11.

Inuentio rei furatæ in loco abscondito seruit prò adminiculo ad effectum torquendi, sed non puniendi, num. 12. Reprobatur opinio Menochij *super ista opinione, num. 13.*

Præsumptio resultat, si Reus fateatur, se habere notam Domum commissi furti, nu. 14. Assignantur aliæ præsumptio, n. 15.

Mendacia ab inquisito prolata dolum arguunt, num. 16.

Codemnatio corporalis an sequi possit ex vnico indicio indubitato ex pluribus dubitatis conflato, vel solummodò pecuniaria, num. 17. & 27. Declaratur, num. 18. & 27.

Nominatio Authoris rerum furatarum tollit omnem malam suspicionem contrà Nominatu resultans ex inuentione dd. rerum, num. 19. Ampliatur, num. 20. Declaratur, num. 21.

Reus contumax habetur prò confesso, & in ordinariam delicti pœnam condemnatur tàm ex Statuto, *num. 22.*

Quàm ex generali consuetudine totius Italiæ, *num.* 23.

Coniecturæ, & præsumptiones sufficiunt ad condemnandum in delictis difficilis probationis, num. 24. Declaratur, num. 25.

ARGVMENTVM.

Ianuen. Furti.



EX indicijs, & præsumptionibus cōtrà Franciscum Mongiardinum resultantibus prætendebat M. Fisci Aduocatus, & illi adhærens, eum esse dānandum in pœnam extraordinariam, vel perpetui, aùt temporalis remigij, attento quiá agebatur de furto cum fractura commisso, pro quo ex dispositione *Statuti de Furibus huius Serenissimæ Reipublicæ,* venit imponenda pœna furcarum, & quiá in delictis occultis, quale est furtum de nocte commissum, præsumptiua probatio habetur prò plena, & concludenti probatione ad tradit. per *Farinac. de Inquisit. quæst. 2. num. 12. vers. quod enim in occultis delictis.* 1

Indicia verò contrá Mongiardinum resultantia ad infrascripta redigebantur; Et primò quiá mane sequenti post noctē, in qua commissum fuit furtum, bona furata, vel saltèm eorum magna pars reperta fuere domi ipsius Mongiardini, & quidém non omnia patentia, sed eorum aliqua pars abscondita sub cultricibus laneis, & vt vulgó dicitur Matarazzi, & capsijs: Secundò quiá ipse Mongiardinus eodem mane de societate Io. Baptistæ Malatestæ eius sororij, prò hoc eodem furto damnati in contumaciam in pœnā furcarum, discessit ab hac Ciuitate, & cùm inter cætera bona fuisset derobata DD. Turricellis quædam quantitas balsami; Tempore quo fuit captus Mongiardinus, repertæ fuere clitellæ, seù vt Italicé dicitur *Basto* muli eiusdem Mongiardini balsamo aspersæ.

Tertiò deniqué in medium adducebātur quædam mendacia á Reo prolata in suis examinibus, & præcipuè vnum, quod respiciebat substantiam delicti, nempè delatio rerum furatarum per eius Sororiū facta ad domum ipsius habitationis, vt ipse asserit circà tertiam noctis horam; Cùm tamèn furtum fuerit commissum circá quintam noctis horam, quibus omnibus addebatur, quòd Mōgiardinus erat versatus in domo DD. de Turricellis dero batorū, vt ipse fassus fuit in suo examine.

Quibus omnibus indicijs, & præsumptionibus bené per M. Rotam ponderatis, non esse sufficientia ad imponendam pœnam extraordinariam, & præcipué triremium censuit; sed solummodò ad torquendum, proùt eum per horam torqueri mandauit.

Recepta enim est apud omnes Criminalistas opinio, quòd ex indicijs, & præsumptionibus nemo potest condemnari criminalitèr, ità prò regula firmat *Farinac. quæst. 86. num. 1.* Vbi pluribus de

more ad satuitatem congestis eam fir-
mat, exornat, & declarat. *Boss. de Offi-
cial. corrupt. num. 14. Clar. §. fin. quæst.
20. vers. scias tamèn. Guaz. defens. 33.
cap. 22. num. 4. Caualcan. de Brach. Reg.
par. 4. num. 187., & 188. Hondcd. cons.
33. num. 56. vol. 2. Sesse decis. 10. num.
16., & Alij passim.*
3 Et quàmuis ista procedant quoad pœ-
nam ordinariam delicti, tamèn etiám quò-
ad extraordinariam militant, quià est in
arbitrio Iudicis, Reum grauissimis indi-
cijs grauatum vel torquere, vel in extra-
ordinariam pœnam condemnare: Itá
tradit *Clar. in §. fin. quæst. 21. num. 29.
Farinac. d. quæst. 86. num. 64.* Quæ ta-
4 mèn extraordinaria pœna hoc casu, quan-
dò Iudex condemnat ex præsumptionibus
quantùmuis violentissimis, & ex indicijs
quantùmuis indubitatis non poterit esse
corporalis, nisi esset vel ictuum funis,
vel fustigationis; Sed esse debebit pecu-
niaria, vt docet magistralitér *Farinac. qu.
86. num. 113.* Vbi, relatis pluribus DD.
authoritatibus, hanc opinionem compro-
5 bat, & *num. 117.* Dicit, eam procedere
etiám si delictum esset capitale, & atro-
cissimum, & admonet Iudices, né ab
hac opinione in iudicando recedant, cum
qua post allatas diuersas DD. distinctio-
nes, transit etiàm *Guazin ad defens. Reor.
defens. 33. cap. 14. num. 15. vers. tandem
Aduocatus*; Vbi quod opinio hæc est de
Iure verior, & magis communitèr á DD.
recepta, & quod contraria recipitur ali-
quandò à Tribunalibus Supremis in pra-
xi; Sed non á Iudicibus Ordinarijs, &
plenariam Iurisdictionem non habenti-
bus, *Caualc. de Brach. Reg. par. 4. num. 69.,
& seq. Magon. decis. Lucen. 39. num 10.
Camill. Lepid. inter decis. eiusdem Rot. Lu-
cen. diuers. decis. 149. in princip. Rot.
Auenionen. dec. 93. per tot. Caball. cas.
288. num. 6, & Alij per eum ibi relat.,
& num. 79. Vermigliol. cons. 113. num. 4.
& cons. 396. num 3.* Vbi quod etiàm quis
ex indicijs indubitatis posset condemnari
in aliquam pœnam corporalem, non ta-
mèn hæc pœna poterit esse triremium,
tamquàm grauissima, vti æquiparata, &
succedens loco antiquæ condemnationis
in metallum;

His itá firmatis, qua ratione potuit M.
Rota in præsenti causa ad pœnam extra-
ordinariam, præsertim triremium, deue-
nire, in qua nullum indicium indubitatū
aderat contrá prætensum Reum; Et ta-
mèn quandò DD. quæstionem hanc per- 6
tractant, supponunt non vnum, sed plu-
ra indicia indubitata contra Reum vrge-
re, & validissimas præsumptiones, &
coniecturas militare, & in illis etiám ter-
minis omnes vno ore autumant, esse Iu-
dici arbitrarium, vel Reum torquere, vel
in extraordinariam pœnam condemnare;
Non enim quælibet indicia sunt sufficien-
tia ad impositionē pœnæ extraordinariæ,
quià hoc esset confundere terminos tor-
turæ, & condemnationis extraordinariæ;
Sed requiruntur indicia indubitata, vt
optimé de more tradit *Farinac. d. qu. 86.
num. 55., & seqq.*, & probatur ex ver-
bis *l. fin. Cod. de probat. Ibi; vel indicijs
ad probandum indubitatis, & luce clariori-
bus*; Et tradunt Ibi, *Glos.*, & *DD.*; Vt
verè sciatur, án indicia contrá Mongiar-
dinum militantia inter indubitata conn-
merentur, Illud præmittendum est, quòd 7
indicium indubitatum illud dicitur, quod
arctat mentem Iudicis, vt omninò cre-
dat, delictum à Reo fuisse commissum,
itá vt non possit in contrarium inclinare
teste *Farinac. quæst. 36. num. 36., & qu.
86. num 67. Guaz. ad defens. Reor. defens.
33. cap. 15 num. 1. Giurb. cons. 71. num.
3. Vermigliol. cons. 99 num. 9. Capyc. La-
tro decis. 163. par. 2. Rouit decis. 63. nu.
2., & seqq*; At nunquàm M. Rota ex
indicijs contrá hunc Reum in medium
allatis itá firmitér credere potuit, hoc fur- 8
tum fuisse ab eo commissum, vt non
potuerit suaderi ad credendum contrariū,
& nullus dubitationi locus relictus fuerit,
vt dixit *Bald. cons. 249. lib. 1.*; Quem
sequuti sunt plures relati per *Caball. cas.
288. num. 10.*

Et vt ab inuentione rerum furatarum,
& pœnès Mongiardinum repertarum ex-
ordium faciamus, recepta, & á nemine
Criminalistarum controuersa est opinio, 9
quòd inuentio rerum furatarum pœnès
aliquem, nedùm sit indicium indubitatum
furti, sed quòd immò de per se sola non
sit

sit indiciū sufficiēs ad torturā,nā itá pro re
gula firmat *Farinac.qu.177.num. 1.*, Qui
sub *num. 3.* ampliat, hoc procedere etiam
10 quòd is, apud quem res furatæ inueniun-
tur, non doceat á quo eas habuerit. *Ga-
azz. defens. 17. cap. 2. num. 3. Vermigliol.
cons. 267. num. 2.*, Et nouissimè firmat
*Ioseph. Ricc.in suo tract. de public. iudic. in
gen. quæst. 13. num. 1.* Ex sola enim in-
11 uentione rei furatæ resultat solummodò
quædam leuis coniectura contrá eum,
apud quem reperitur, vt tradit *Rimin:
Iun. cons. 705. num. 13. vol. 6. Decian.
respons. 93. num. 87. vol. 2. Menoch. de
præsumpt. lib. 5. præsumpt. 29. num. 2.*
Et Alij relati per *Guaz. vbi suprà*; Aliás
enim malè esset actum de quocumq; pro-
bo viro, apud quem reperiretur res fura-
tiua, si sola illius inuentio esset indicium
sufficiens ad torturam.

Itaquè si ageretur in præsentiarū de so-
la inuentione rerum furatarum repertarū
pœnès Mongiardinum, frustatorium esset
quærere de pœna extraordinaria; Cùm
illa nedum esset indicium sufficiens ad
torturam ex supra deductis; verùm quiá
vnà cum inuentione dictarum rerum con-
currunt alia adminicula, & præsumptio-
nes á DD. consideratæ; Ideò M. Rota
locum esse torturæ decreuit.

12 Prima enim coniectura desumpta fuit
ex eo, quòd pars rerum furatarum inuē-
ta fuit in loco abscondito, nempè sub cul-
tricibus laneis, & vt Italicé dicitur, *li
Matarazzi*, & sub capsijs; Quæ inuen-
tio in loco abscondito seruit quidém prò
adminiculo ad effectum torquendi; Sed
non sufficit ad effectum puniendi, vt in
puncto de re furata reperta in loco abs-
13 condito, dixit *Farinac. quæst. 177. nu.
14.*, *& 15.* Quo loci reprobat *Menoch.
de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 29. num 7.,
& seqq.*, Qui ausus fuit firmare, posse
imponi pœnam ordinariam, quandò inn-
cta mala qualitate, & fama illius, pœnés
quem res furata reperta fuit, concurrit
aliqua alia coniectura, vt puta, quòd res
teneretur in abscondito.

14 Secunda ex eo resultare visa fuit præ-
sumptio, quiá Mongiardinus fassus fuit
se habere notam domum de Turricellis,
in qua furtum commissum fuit *iux. Tex.
in l. Dominus horreorum ff. locat.*. Et ibi
Bart., Et dixit *Ioseph. Ric. in d. tract. de
public. iudic. in gen. cap. 13. num. 10.*

Tertia ex discessu eiusdem ab hac Ci-
uitate mane sequenti post commissum 15
furtum de societaae Io. Baptistæ Malate-
stæ eius Sororij, qui prò hoc furto in cō-
tumaciam damnatus fuit in pœnam fur-
carum, & inuentio clitellarum balsamo
conspersarū, cū inter cętera bona Turri-
cellis quędā Balsami quātitas furata fuisset.

Et demùm quædam mendacia ab in-
quisito prolata, quæ dolum arguunt *l. si* 16
*quis affirmauerit ff. de dol. mal. Caball.cas.
288. num. 55.*, Visa fuere M. Rotę suffi-
ciētia adminicula pro torquēdo d. Reo,
nō autē prò eo extraordinariè puniendo.

Fatuum enim, & temerarium esset af-
firmare, quodpiam ex supra commemo-
raris indicijs posse inter indubitata recen-
seri, cùm immó potiùs, dempta inuen-
tione rerum furatarum, cætera non pos-
sunt neque indiciorum nomine appella-
ri, sed potiùs coniecturæ, & suspiciones
dici debeāt; Vndè superflua in pręsēti casu
videtur quęstio, àn quis ex indicijs indu-
bitaris debeat torqueri, vel extrá ordinem
puniri; Cùm nullū ex processu resultet in-
dubitatum indiciū contrá Mōgiardinum.

Et quàmuis etiám dici posset ex om-
nibus suprá consideratis indicijs dubitatis
oriri posse vnum indubitatum indicium:
iuxtá tradita per *Farin. q. 36. n. 41. Merlin.
Pignat.cōtr'forēs.c.64.per tot., & præcipuè à
num. 18.*
Attamén ex hoc vnico indicio indubitato 17
ex pluribus dubitatis conflato non potest
sequi condemnatio corporalis, sed solum-
modò pecuniaria, iuxtá ea, quæ tradit.
*Farinac. quæst. 86. num. 3., & 5., & nu.
63.*, vbi recensita opinione *Aret. in cap.
tertio loco num. 17., & 18. de probat.*;
Volentis, quòd licèt regularitèr ex vnico 18
indicio quantumcumquè vehementi con-
flato ex pluribus dubitatis, non possit se-
qui condemnatio, etiàm in atrocibus;
Inquit, hoc tamén non procedere, quā-
dò illud vnum indicium esset adeó indu-
bitatum, vt multis æquivaleret; Sed hoc
rarò contingere affirmat idem *Aret. d.
loco.*

lato à Fainoc.relat.; Et Nos extrà omnem indubitationis aleam versamur, quiá indiciū, quód ex omnibus suprà deductis præsumptionibus, & coniecturis resultans tantùm abest, quód pluribus indubitatis æquipolleat, quód immó nè quidèm indubitati nomeo mœreatur.

19 Et pró debilitatione prædictorum indiciorum Mag. Rota considerabat, quód Mongiardinus nominauit Authorem rerū furatarum, videlicèt, Ioannem Baptistam Malatestam eius Sororium, ex quo ab eo tollitur omnis mala suspicio contrá eum resultans ex inuentione dictarum rerum secundùm *Glos. in l. Ciuile in verbo venditorem Cod. de furt. Boss. in tit. de indic num.* 55.; Vbi ampliat, hoc procedere etiàm, quód quis sit malæ famæ.

20 *Farinac quæst.* 177. *num.* 12. *Guaz. ad defens. Reor. defens.* 17. *cap.* 2. *num.* 3., *& seqq.*

21 Et licèt ex *Farinac. vbi suprà*, Non sufficiat sola nominatio Authoris ad hoc, vt quis effugere possit omnem suspicionē, & ad tollendam omnem præsumptionem resultantem contrá eum, apud quem res furata inuenta fuit, sed opus sit, quód sic nominans etiám probet, res sibi traditas fuisse ab Authore nominato, quiá aliás omnes Fures, & Latrones facilè occultarentur: Mongiardinus sufficientór probauit consignationem dictarum rerum sibi fuisse factam ab eius Sororio; Cùm ipse,

22 mediante eius contumacia, hoc fassus fuerit, tùm ex dispositione *Statuti sub Rubr. de mod. proced contr. Contumac.*, Quo cauetur, quód Reus citatus ad comparēdum, si contumax sit, habeatur, àc si spontè delictum, eiusqué qualitates con-

23 fessus, dequè eo conuictus fuisset; Tùm ex generali consuetudine totius Italiæ, ex qua Reus contumax habetur pró confesso, & in ordinariam delicti pœnam condemnatur, vt tradit *Farinac. quæst.* 11. *num.* 3.

Nequé obstare visum fuit, quód pro parte M. Fisci Aduocati dicebatur, nem-

24 pè, quód in delictis difficilis probationis sufficiant coniecturæ, & præsumptiones ad condemnandum ex *Farinac. quæst.* 2. *num.* 12., *& quæst.* 86. *num.* 29., Quiá vt se explicat *Farinac. in d. quæst.* 86. *nu.* 33. Hoc debet intelligi de præsumptionibus, & indicijs indubitatis, secùs autē si indicia, & præsumptiones nō sint indubitata, & quatenús etiàm vellemus sequi posse aliquam condemnationem ex dd. præsūptionibus, & coiectuis dubitatis, hoc debet intelligi depæna pecuniaria, non autèm corporali, vt dicit. *Farinac. d. q.* 86. *num.* 34.; vbi se refert ad dicta *sub num.* 113. In quo loco firmauit etiám ex indicijs indubitatis non posse sequi aliquā condemnationem corporalem, nisi illa esset vel exilij, vel ictuum funis. sed tātummodò pecuniariam, vt suprá fuit firmatū in §., *Et quamuis*; In quo demonstratū fuit in delicto, quantumuis capitali, quem non posse, etiám ex indicijs indubitatis, & præsumptionibus vrgentissimis in aliquam grauem pœnam corporalem condemnari, vt in terminis delicti difficilis probationis loquitur *Vermigliol. consl.* 396. *num.* 3.; In quo firmauit neq; in hoc etiám ex indicijs indubitatis posse Reum in penam triremium cōdemnari *Farinac. cons.* 82. *n.* 3., *& 4. Guaz. def.* 33 *cap.* 14. *n.* 5. *vers. tandèm Aduocatus*. 25 26 27

Et ita resolutū, & exequutū fuit, auditis M. Fisci Aduoc., & alijs eidē adhętētibus.

VOTVM QVINTVM.
SVMMARIVM.

L*Icitus, & necessarius vsus, quādo dicatur, ad effectum incidendi in aliquam pœnam, num.* 1. *Ampliatur, num.* 2. *& 4. Affertur exemplum, num.* 3.

Fiscus dicitur deficere in suis probationibus ob non probatam culpam, & illicitam operam, num. 5.

Culpa debet esse praordinata ad casum, ad hoc, vt quis teneatur de casu fortuito proptèr eam num. 6. *& quandò culpa dicatur praordinata ad casum, num.* 7. 8 *&* 9.

Culpa in dubio non censetur praordinata ad casum num. 10.

Homicidium potiùs casu, quàm data opera euenisse præsumendum est. num. 11.

Homicida, qua pœna teneatur prò homicidio casuali num. 12.

Fisco

Fisco incumbit onus probandi, culpam fuisse praordinatam ad casum num. 13.

Culpa non prasumitur, nisi probetur nu. 14.

Non dicitur in culpa, quandò quis agit illud, quod communitèr in Loco agi solet nu. 15.

Minima culpa haùd cõsiderari potest in vim moris, & consuetudinis num. 16., & quandò versa vice num. 17.

Vulneratus decessisse dicitur ex sua culpa, & malo regimine, si nociua comederit n. 18.

Spectat ad Medicos, & peritos iudicare àn vulneratus decesserit ex vulnere, nèc ne n. 19.

Assertio Defuncti exculpantis imputatũ, tollit omnia inditia, qua sunt contrà ipsum num. 20.

Beneuolentia, Amicitia, & Amor familiarum sufficiunt ad excludendã quamcumquè culpam, & vulnus potiùs casu subsequutum praesumitur num. 21. Ampliatur nu 22.

Fiscus dũ constare non fecerit de corpore delicti, non potest deuenire ad capturam, condemnationẽ, neque ad constituendum intèr Reos, & legitimè interrogandũ nu 23.

Princeps si motu proprio mãdet contrà aliquẽ inquiri, intelligẽdus est sub conditione, quatenùs priùs constet de corpore delicti nu. 24. Declaratur nu. 25.

Maritus, vt dicatur cõmisisse abortum ob verberationẽ vxoris, quid probari debet per Fiscum num. 26.

Corpus delicti in factis, qua se hobẽt ad figuram delictorum, & non delictorũ non probatur ex sola probatione facti n. 27.

In dubio actus indifferens, qui in delictũ, & in non delictũ cẽdere potest, potiùs non delicto est attribuendus nu. 28.

Sempèr est apienda illa prasũptio exclusiua delicti nu. 29.

Testis in processu tàm offensiuo, quã difensiuo falsus detectus, vts periurus est repellẽdus num. 30.

ARGVMENTVM.

Ianuen. Homicidij Casualis.



FVIT per M. Praetorem Portus Veneris fabricatus Processus contrà Mariam, & Augustinum Plagium eius virum occasione vulneris lætalis illati in personam Mariæ vxoris Sebastiani Sequentiæ ex ictu tegulæ per dictam Mariam vxorem dicti Augustini Plagij ex eius tecto deiectæ, ex quo postmodùm mors sequuta fuit, quo viso per Augustinum virum, iracundus in dictam Mariã eius vxorẽ animaduertit, eamq; percussit, ex quibus percussionibus præsumebat Fiscus, fuisse sequutũ abortum propriæ Vxoris, àc proptereà dictum Augustinum fuisse condemnatum á D. Prætore Portus Veneris in pœnã anoalis exilij à toto Dominio Serenis. Reipublicæ, & in libris centum: Dictam verò Mariam eius vxorẽ damnatam in pœnam triennalis exilij paritér á totò Dominio, & in libris 200. cũ conditione, quòd habita pace, soluta pœna libera foret ab exilio; Et percunctato toto processo, vt moris est, M. Rota cẽsuit ex resultantibus, tám ex offensiuo, quám defensiuo præfatos Iugales á pœnis suprá enunciatis immunes reddere; Rationes decisionis fuerunt, quiá abundantèr 1 fuit probatum, plura domicilia in pertinentijs Portus Veneris habere lichnos cum suis scannularijs, & tegumentis de necessitate ad lucem sibi parandam, & ad commodiorem vsum, & seruitium eorumdem, ex qua enim probatione resultaro visus fuit licitus, & necessarius vsus, àc proptereà quicomque malo fato percutiatur ab illis, licét ex tali percussione moriatur, nulli pœnæ obnoxium esse aperictẽ tem, vel claudentem inquit *Text. in l. 1. in fin. Cod. de Sycar.* Ibi *Cæterùm ea, qua ex improuiso casu potiùs, quàm fraude accidunt, fato plerùmque, non noxæ imputantur*, Vbi *Glos. singul. Bar. in l. eum, qui Cod ad l. Corn. de Sycar. latè Farinac. de homicid. qu. 126. n. 56. Bombin. cons 11. n. 28. Muta decis. Sicili. 30. n. 3. Io. Bapt. de Thor. vot. 3. p. 2. nu. 14. & 15. cum seqq. , Vermigliol. cons 26. nu. 10.* Quòd procedit generalitér in 2 omni alio, qui rei licitæ operam dat, ipse enim haùd tenetur de delicto, quod indè sequatur ex dispositione *Text. in l. quoniàm multa Cod. ad l. Iul. de vi public.*, Et ibi *Glos. in verbo interemptus in fin Farinac. citat. quaest. 126. num. 75.* Exemplo eius, 3 qui pulsat Campanas, & Tiotinnabulum cadens percutit, & occidit Transeuntem,

eò

eó quià dat operam rei licitæ, nullam pœ-
nam incurrit, vt est Tex. ad litteram in
cap. Ioannē de homicid. Farinac. ead. quæst.
126. *num.* 38.; Vndè cùm dicta Maria
4 Plagia non daret operam rei illicitæ exer-
cendo, qood necesse habebat pro seruitio
domus suæ, cunctis in dicto loco permis-
sum, prout est illud, quod noo est prohi-
bitum argumento Tex. *in l. nèc non* §. 1.
ff. ex quib. caus. maior.; Ideó ipsi nulla
culpa poterat imputari, *cap. fin. de homic*;
Vbi communitèr omnes Canonistæ *Socin.*
Iun. cons 58. *num.* 9. *lib* 1.; Cúmque cla-
5 ré apparuisset, Fiscum defecisse in suis pro-
bationibus, cùm ipsi necessè fuisset, non
solùm pretensā culpam, & illicitam operā
probare; Sed etiám quód ex opera, &
culpa eiusdem tale quid causatum fuisset,
& quód alitèr non potuisset contingere,
nisi culpa, & illicita opera præcessisset,
vt in puncto firmant *Alex. cons.* 74. *num.*
7., & 10 *vers.* 3. *respònde lib.* 6. *Menoch.*
de præsumpt. lib. 5. *præsumpt.* 3. *num.* 138.
Boss. in tit. de homicid. num. 66. *Farinac.*
dicta quæst. 126. *num.* 56., & 57.; Vbi
concludit ab hac opinione nullo pacto re-
cedendum, prælertím in iudicando.

6 Vltià quám, quòd ad hoc, vt quis te-
neatur de casu fortuito proptér culpam,
requiritur, quód illa culpa fuerit ad casum
præordinata, *l. si is cui ff de act.*, & *oblig.*
Bartol. in l. 2 §. *fin. ff si quis caut. Dec. in*
l. contractus de regul. iur. Ias. in l. non am-
pliùs §. 1. 3. *notabili ff. de legat.* 1. *Vermi-*
gliol. cons 329. *num.* 5. *Bal. cons.* 441. *nu.*
1. *vers. sed hic. negligentia probatur lib.* 1.
Ex regula generali, quòd vbicumqué cul-
pa præcedit casum, tenetur quis de casu,
de quo aliàs non teneretur *l. si vehenda*
x. §. *si ea conditione ff. ad l. Rhodiam de*
iactu l., *si vt certò* 5. *in princip* §. *proindè*
7 *ff commodat.*, Et culpa tunc dicitur præ-
ordinata ad casum, quandò cogitare quis
potuit de facili, casum illum euenturum
in puncto *Corn. cons.* 12. *vers itaquè col fin.*
8 *lib.* 4.; Vél etiám dicitur culpa præordi-
nata ad casum, quandò principalitér res-
picit illum casum ex *Dec. in cap. quem in*
9 *Ecclesiar col. pennit. de constit.*; Vel túnc
culpa dicitor præordinata ad casum, quā-
dò illa culpa fuit causa proxima ipsius ca-
sus, secús tamén si remota, itá *Bellamer. in*
cons. 22. *col.* 2. *circà medium vers.*, & *quid*
Et in dubio culpa non censetur ordinata 10
ad casū *l. exceptione.* Vbi *Bart ff. de fideius-*
sorib Alex. cons 183. *lib.* 7 *col fin. Bart.*
& *DD. in l. si creditor ff de pignorat. act.*
Giurb. cons. 2. *num.* 15., & *cons.* 51. *num.*
2. *cons.* 82. *num.* 9, & 11. *Ant. de Ball.*
lib. 3. *var. de litter dispensat. cas.* 1. *à num.*
5. *vsq ad* 9.; Et sic casu potiùs homici- 11
dium, quàm data opera euenisse præsu-
mendum est *l.* 1. *Cod. de Sycar. Menoch.*
de arbitr. cas. 361. *num.* 23. *Felin. in cap.*
fin. de homicid.; Ideóque homicida ad 12
nullam pœnam tenetur prò homicidio ca-
suali, non concurrentibus suprapositis re-
quisitis circà præordinationem culpæ ad
casum, ex *Glos. punctuali in l.* 1. §. *diuus*
in verbo casù; Vbi concordantia luta alle-
gat. *ff. ad l Corn. de Sycar.*, *Bombin. cons.* 11.
num. 28. *Io. Bapt. de Thor. par.* 2. *vot.* 3.
num. 17; Sequitur ergò, quòd cùm Fis-
cus defecerit in sua probatione circà præ- 13
fatam culpam præordinatam ad casum, vt
probare illi necesse fuisset iuxt. tradit. *per*
Clar. in §. *homicidium num.* 33.; Ex quo
ipsa non præsumitur, nisi proberur ad Tex. 14
in l fin. ff: de custod. reor. Crauet cons 151.
num. 11. *Syluan. cons.* 46. *num.* 4. *incipien.*
vidi celeberrimè, *Mascard de probat concl.*
468. *in princip. Menoch de præsumpt lib.* 5.
præsumpt. 3 *n.* 126. *vers*; *Et huius quidèm* 15
sententiæ, ipsam Mariam Plagiam in aliqua
culpa non adfuisse, dùm egit illud, quòd
communitèr in dicto loco agi solitum fuit
Text in l. si quis sit fugitiuus §. *apud La-*
beonem ff de adilit. adict Roman. cons.
369. *circà primum num.* 34. *vers. igitùr nō*
ex culpa, *Grat. cons.* 94. *visa facti specie*
num 40. *vers. tertio facit lib.* 2., *Ias in*
l. de quibus ff de legib Bart in l si negocia
ff de negoc gest.; Et sic in vim motis, & 16
consuetudinis eiusdem loci, haúd consi-
derari posse minimam culpam in dicta
Maria, in puncto *Gozzad cons* 63. *vi-*
detur prima facie num. 18. *vers. ergò talis*
consuetudo, *BertaZol. cons. criminal.* 70.
Dubia subtilitèr vers. tertio si esset verum
vol. 1., & *cons. criminal.* 387. *Magnificus*
num. 17. *vers. non potest dici vol.* 2. *Rot.*
Genuen. decis. 56. *n.* 7. *vers, ità in terminis*;

Sicút

17 Sicut versa vice is dicitur in culpa esse, qui non facit, quod alij facere consueuerunt. *Crauet. cont 79. num. 6. Bald. cons. 463. Statut. communis Papia num. 1. vol. 3. Surd. decis. 87. num 4. vers. est enim culpa, & decis. 198. num. 16. vers. culpa autem*, laté *Polidor. Rip. tract. de nocturn. tempor. tit. de culpa cap. 12. nu. 19. vsq; ad 21.*

18 Et licét præfata fuissent sufficientia ad demonstrandam innocentiam dictæ Mariç Plagiæ, fuit insupér á DD. consideratum in processu defensiuo constare, vulneratam non mortuam fuisse ex præfato vulnere, sed potiùs eius culpa, & malo regimine, cúm nociua commedisset, & sic non ex vulnere, sed culpa sua decessisse fatendum erat iuxtá laté tradita per *Farinac. quast. 127. à num. 87. & seqq. & num. 94.* & latissimé per *Sebastian. Guazzin. defens. 4. cap. 10. num. 19.* Vbi quomodò cognoscatur malum regimen vulnerati, erus mala cura, & vita inordinata.

Nequè obstare duos testes prò Fisco examinatos asserentes, dictam Mariam decessisse ex præfato vulnere; Attamén quiá compertum fuit, fuisse imperitos, & pœnitùs ignaros, dixerunt DD. nullũ probationis gradum constituere, maximé

19 quiá nullam rationem eorum dicti allegabant; Cúm iudicare, án vulneratus decesserit ex vulnere, neené, spectet ad Medicos, & Peritos, qui haùd in casu nostro adfuerunt, ità *Alexan. in l. si ab hostib. num. 7. ff. solut. matrimon. Florian. in l. qui occidit §. fin. num. 2. vers. stabitur autèm tuper hac relationi Medicor. ff. ad l. Aquiliam, Farinac. toties citat. quast. 127. de homicid. n. 100. & cons. 171. n. 7. & 28. Giurb. cons. 84. num. 11. Bertazal. cont. crimin. 473. num. 6.* laté *Guaz. ad defens. reor. defens. 4. cap. 12. Muta decis. 27. num. 26. & 28.* Immò standum non est iudicio vnius Periti solùm, sed plures adhibere satius est, quandò haberi possunt *Caball. resol. crimin. cat. 248. num. 39.*

Vltrá quàm, quòd ex constituto dictæ vulneratæ claré apparuit, quòd à Fisco interrogata á quonam fuisset vulnerata, respondit (*Da niuno Signore*), quam assertionem dicebant DD. adeò prodesse vulneranti, vt non solùm non probet, immò nequé faciat Indicium ad torturam; Ex 20

vulgara regula, quod assertio defuncti exculpantis imputatum, tollit omnia indicia, quæ sunt contrá ipsum iux. Doctrin. *Bald. in l. 1. nu. 33. Cod. commun. de legat. Clar. in §. fin. quast. 52. nu. 5. vers. potest etiám ex pradictis, Farinac. quast. 46. num. 68. & seqq. & num. 70. & 71. & num. 108. cum seqq. Vermigliol. cons. 8. num. 15.*

Et prò confirmatione prædictorum cõsiderata fuit etiám beneuolentia, & amicitia præfatarum familiarum Plagiæ, & Sequentiæ, & amor, quo se ad inuicem prosequebantur, quod esse sufficiens ad excludendam quamcumque culpam dictæ Mariæ, vt vulnus prædictum casu potiùs subsequutum præsumeretur, firmarunt *Bertazol. cons. criminal. 29. numer. 14. & cont. 133. num. 5. Caball. de omn. gen homicid. n. 155. Menoch. lib. 5. de prasumpt. prasumpt. 40. num. 22. & 24. Mascard. de probat. conclus. 864. num. 14.* Attento maximé, quiá nulla causa inimicitiç inter vulnerantem, & vulneratam præcesserat *Farinac. cons. 127. num. 12.* ex reg. quòd cessante causa, nemo delinquere velle præsumatur, *Menoch. cons. 230. n. 2. Farinac. cons. 151. num. 10. & cons. 170. num. 15.* laté *Vermigliol. cont. 25. à num. 1. 2. & 3. cum seqq. & cons. 42. num. 2.* 21 22

Quo veró ad Augustinum Plagium pariter DD. iustitia euidens visa fuit prò ipso absoluendo, cùm ex processu contrà ipsum nedùm apparuerint probationes, verùm etiàm neq; coniecturæ, seù indicia; Ideoquè insomniatum delictum appellarunt; Cùm de eius corpore minimé Fiscus constare fecerit, ad hoc, vt potuisset deueniri, non solùm ad capturam, & cõdemnationem, verùm etiám ad ipsum inter Reos constituendum, & legitimé interrogandum iux. Doctr. *Bart. in l. fin. in princ. ff. de quast. Boss. tit. de delict. num. 14. 24 26. & 53. Honded. cons. 106. n. 15. cons. 107. num. 7. cons. 108. num. 25. vol. 1. & cons. 88. num 9. cons. 92. num. 10. vol. 2.* Et adeò est necessaria iustificatio corporis delictorum, antequám Iudices procedere valeant ad inquisitionem, vt neque etiám possint in casù, in quo Princeps motù proprio mandaret contrà ali- 23 24

quem inquiri, quia intelligendus est motus proprius sub conditione, quatenus priùs constet de corpore delicti *Farinac. quæst. 2. num 1. ante finem, Vermigliol. cons. 144. num. 8. cons. 148. nu 14. cons. 190. num. 3. & cons. 193. num. 12.* Ita quòd neq; sufficiat dubitatiua probatio,
25 sed plena requiratur *l. 1. § item illud ff ad Syllanian Farinac. cons 195. num. 28. Hon-*
26 *ded. cons. 108. num. 25.* Ac propterea, cum non constiterit de corpore delicti dicti abortus, sed tantùm de effusione tumefacti sanguinis ex confessione ipsiusmet Mariæ vxoris eiusdem Augustini cepta præcedenti die Iouis ante subsequutum casualem illum ictum regulæ, sequebatur, quòd cùm Fiscus non probauerit, quonam animo ipsam percusserit, scilicèt, vt eius vxor abortum faceret, necnè, in nihilo ipsum Augustinum obnoxium esse, cùm verisimiliter ignorare potuerit, dictâ eius vxorem tunc temporis fuisse prægnantem iuxta ea quæ scripsit *Menoch de arbitrar.*
27 *cas. 357. num. 18.* Et corpus delicti in factis, quæ se habent ad figuram delictorũ, & nõ delictorũ, nõ iustificatur ex probatione sola facti, sed requiritur probatio facti cum scelere *l. 1 § occisor. vers. itẽ illud ff. ad Syllanian Vermigliol. cons. 13. num. 1.*
28 *& 2.* Et in dubio actus indifferens, qui in delictum sonare potest, & in non delictum, potiùs non delicto sit adscribendus, vt per *Farinac. quæst. 2. num. 29 post vers. con-*
29 *trarium vers quia actus indifferens, Vermigliol. cons. 25 num. 10. Farinac. quæst. 37. num. 6. & seqq & cons. 192. num 20. lib. 2.* Et semper est capienda illa præsumptio, quæ delicti sit exclusiua *l. merito ff prò socio, Alciat. reg. 3. num. 9. & cons. 37 num. 37. Crauett. cons. 8. num. 9. Menoch. de arbitrar. cas. 477. num. 25.*
30 Et licèt ex depositione Catharinæ Cõplanæ testis Fiscalis apparere aliquid prò Fisco in processu deceretur, forsàn quià ipsa vti obstetrix, & quæ vidit subuculam sanguine aspersam, ac Iudicio suo testatur, ipsam Mariam abortum fecisse ex percussionibus per dictum Augustinum eidẽ illatis; Attamén ex quò in processu tám officiosiuo, quàm defensiuo, euidentèr falsa detecta fuit, DD. vti petitam repellendam esse dixerunt ad tradit per *Mascard. de probat. conclus 742. num. 22. & conclus. 743 n. 6 Menoch de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 22. num 2. & 5. Bayard. ad Clar. §. fin. quæst. 53. nu. 17 vers. sed quempone.* vltrà quam quod erat singularis ác proptereá nullũ probationis gradũ constituebat *Vermigliol. cons. 146. nu. 3., & cons. 386. num. 13.* Ità vt Testis singularis neq; ad probationem coniungatur *cap. causam de probat. vbi glos. in verb. singulares, cap. cum dilectus de accusationibus cum alijs per Farinac. de Testib. quæst. 64. num 33. & 34.* Ac etiám erat persona vilis, & pauper Ideoq; vti Talis nullam fidem merebatur *Farinac. cons. 10. num. 40. Vermigliol. cõs. 15. num. 31. & num. 40.*

Quare, &c. Ità fuit decisum.

VOTVM SEXTVM.

SVMMARIVM.



In dubio Carceratis est fauendum, num. 1.

Carcer quotupliciter vocetur, num 2.

Domus vnicuique debet esse cutum refugium, & receptaculum, & in posse ex ea quis inuitus extrahi, tam Ciuilitèr, quàm Criminalitèr. num. 3. & 7.

Et quid de domo inquiunt Cicero Zenophon: Cynic: num. 4. 5. & 6.

Pœna, quæ spectat ad priuatam vtilitatem, licèt descendat à facto pœnali, & punibili, constituit Iudicium Ciuile, & non Criminale, num. 8.

Criminalis causa, quando dicitur, num. 9. & 10. & quandò Ciuilis, num. 11.

Condemnatus prò causa Criminali in pœnam parti debitam, non potest in domo Capturari, num. 12.

Priuilegium executionis faciendæ in domo competit tantùm Fisco, & prò creditis Fiscalibus, num. 13.

Cõprehensio in dispositione statutaria, quãdò cõtrà distinguatur ab extẽsione, n. 14.

Occasio semper dicitur Ciuilis, etiàm inspecto initio, quandò Fiscus ad propriam vtilitatem non agit, num. 15.

Priuilegium Fisci est, vt quis Carcerari valeat

leat in propria domo, quandò agitur ad executionem pœna naturalis imposita delicto, num. 16.

Exclusio vnius est Inclusio alterius num. 17.

Statutum Lucca concedit multa priuilegia Creditoribus, quibus aliquam limitationē ad fauorem debitorum præstat, num. 18.

Cōtrà text. in l. legata similitèr ff de admin. legat. & l. quòd fauòre Cod de legib. quādò operatur diminutio. num. 19.

Dispositio qualibet statutaria ità debet intelligi, vt menti, & intentioni statuentiū consona sit, & effectum prò quò fuit condita, operetur, num. 20.

Argumentum à contrario sensu regularitèr est validum, num. 21. *Et quando non est licitum, num.* 22. *&* 23.

Verba negatiua semper negant, & nunquàm affirmant, num 24.

Regula quòd inclusio vnius sit exclusio alterius, quandò procedat, nec nè, num. 25. *&* 26.

Vno permisso, alij non sunt prohibiti, sed remanēt in dispositione Iuris, & illi non cēsetur derogatum, num. 27.

Statutum Tuderti prohibet capturam in propria Domo in causa Criminali, ob pœnam parti applicandam, num. 28.

Sequuta condemnatione propter sententiam, extinguitur denunciatio maleficij, & debitū dicitur descendere exquasi contractu propter ipsam Sententiam condemnatoriam celebrato, num. 29.

Verba statuti Lucca, quomodo applicentur, num. 30. *Et ob id an derogent tex. in l. pleriq; ff. de in Iusuocan. & in l. nemo de domo propria ff. de reg. Iur. num.* 31.

Quandò non agitur ad pœnam naturalem delicti, causa, & occasio semper dicitur Ciuilis, num. 32. *Ampliatur, num.* 33.

Ob suspicionem fuga valdè quis in domo capi potest, num. 34.

Relationi executoris plena est adhibenda fides, pracipuè si de contrario nihil doceatur, num. 35.

Reuolutio Chartarum dicitur optimus modus probandi negatiuam, num. 36.

Post processus publicationē. & didicita testificata, non est amplius locus productioni Capitulorum, & probationibus testium faciendis, num. 37. *Ampliatur, nu.* 38.

In mandato suspicionis fuga requiruntur duo iuramenta, tàm de Iure Statutario, quàm Communi, num. 39. *&* 43.

Quod aliquis noluit, & potuit, & quòd voluit adimplere nequiuit, sibi imputare debet, num. 40.

Forma à Statuto inducta, est seruanda: aliàs actus est nullus, num. 41. *Ampliatur, num.* 42.

Captura non potest iustificari, ex superuenienti solemnitate, num 44.

Et quid si fuerit facta in debitorem ob debitum incertum, num. 50. *&* 51. *& quid si possideat, num.* 52.

Contrà debitorē de fuga suspectum, àn procedi possit de facto, etiàm coràm Iudice incompetente, & quomodò procedat, nu. 45. *&* 46.

Non potest contrà debitorem procedi tanquā de fuga suspectum, quandò debitor ipse possidet bona, num: 47. *Ampliatur, n.*48.

Nullus Creditor potest eodem tempore prò vno eodemque Credito, & personam, & bona debitoris retinere, num. 49.

Illiquiditas Crediti sempèr considerats, donēc valor fructuum ex bonis perceptorum non fuerit liquidatus, num. 53.

Quis retineri non potest in carceribus prò summa illiquida, num. 54. *Ampliatur, num.* 55.

ARGVMENTVM.

Lucana Nullitatis Capturæ:



MNIA Iura clamant, Carceratis in dubio esse fauendum, quià vt ait *Cassiador lib.* 11. *variar. cap.* 40. Carcer est cella gemituum, tristitiæ domus, apud Superos Plutonis hospitium, in quo non vnum tormentum substinet Reus, sed multifaria morte perimitur, qui Carceris squallore torquetur, vt ex modernioribus elegantér reassumit *Scannarol. tract. de visit. Carcerat. §.* 2. *cap.* 1 *ex nu.* 1. *cum pluribus seqq.* Et alibi, & est *tex. in l. item apud Labeonem §. quæstionem ff. de iniur.* 1 2

Quapropter cùm casus incidisset, dùm

Prætor eram in Excell. Rep. Lucana de
anno 1657. in quodam Pasquino Bartel-
loni de Piscalia carcerato vsque sub die 7.
Nouembris anni præteriti 1656. in domo
propria pró prætenso credito Sargentis
Maioris Andreæ Galgani in summa scuto-
rum 300. pró valore cuiusdam ferri, vt as-
serebatur, furto subtracti dicto Sargenti
Maiori, & per eundē Pasquinum recepta-
ti: fuit dubitatum corám me, án dicta cap-
tura esset né infirmanda, vel confirman-
da, & quidèm Ego indubitantér censui
dictam capturam fuisse nullam, & vti
talem fore infirmandam, & successiuè
dictum Carceratum fuisse relaxandum é
carceribus, ex infrascriptis sané fundamen-
tis motus.

3 Certò certius sole in Iure est, quòd Do-
mus vnicuiq; debet esse tutum refugium,
& receptaculum, nec posse ex ea quem
inuitum extrahi ad *tex. in l. pleriq; & ibi
Glos. & DD. omnes ff. de in Ius vocan. l. ne-
mò de dom. sua ff. de regul. Iur. vbi DD.
omnes l. 1. Cod. de prætor. & honor. lib.
12. Gabr. de malefic. conclus. 10. per tot.
Farinac. quæst. 27. nu. 91. & in fragmen.
in verb. domus ex num. 230. Scannarol. de
visit. Carcerat. lib. 3. cap. 10. num. 1. cum
4 seqq.* ex Quo *Cicero in orat. ad Catilinam*,
Ipsam appellat commune perfugium, &
per talia verba fatur *Quid, & sanctius,
quid omni Religione munitiùs, quàm Domus
vniuscuiusq; Ciuium; Hic Aræ sunt, hic
fori, hic Dijpenates, hic Sacra Religionis Cæ-
remonia continentur, hoc perfugium est ita
sanctum omnibus, vt indè abripi Neminem
5 fassit* Et Sanctitatem Domus comēdat *Ze-
6 nophon. lib. 7. de institut. Cynic.* inquiens
*Intèr homines non esse locum vllum sanctio-
rem, neque suauiorem, neq; magis propriam
esse vllam rem, quam sit vnicuiq; eius domus*,
& tradit *Angel. Stephan. Garron. super con-
stit. Mediolan. lib. 4. tit. 7. de Iur. &
priuileg. Fisc. art. 4. num. 49. 50. & 51.*

7 Et licèt Præfata regula procedat indi-
stinctè tantùm in causis Ciuilibus, secùs
tamen in Criminalibus, vt tradunt, *Gabr.
d. conclus. 10. num. 36. Ias. in d. l. pleriq;
num. 27. idem Farinac. d. quæst 27. n. 62.
Soccin. de citat. art. 17. amplias. 5. col. 3.*
Quòd etiàm videbatur conforme sanctio-
ni statuti *cap. 117. lib. 1. statut. vniuersa-
lium Excell. Reipub. Lucæ* in illis verbis,
*Et nulla persona capi, vel personalitèr deti-
neri possit prò aliquo debito ex Ciuili occasio-
ne descendente in Ecclesia. Domo &c.*

Attamèn quia in casù, de quo agebatur 8
pœna ad priuatam spectabat vtilitatem, li-
cét descenderet á facto pœnali, & punibi-
li, cōstituebat tamē Iudiciū Ciuile, nō au-
tem Criminale, *iux. tex in l. infamem ff. de
public. Iudic. Glos. & Bartol. in rubr. ff. de
popular. act. & clarè Id. Bart. in l. 3. ff. de
sepulchr. violat. Marant. in prax. par. 4.
tit. àn sit Iudicium Ciuile vel Criminale
num. 32. Pereg. de Iur. Fisc. lib. 4. tit. 8.
num. 6.* Quapropter cùm idem Pasquinus
pœnam Criminalem Fisco applicatam
iámdiù persoluisset, & condemnationem
Criminalem Fisco debitam cancellasset,
sequebatur, quòd captura exequuta in
eius Domo prò solo partis interesse, & sic
pró causa, & interesse Ciuili, in qua Fiscus
nullū habebat interesse, esset nullitèr exe-
quuta; Cū certū sit, illā dici causā Crimina- 9
lem, quandó agitur vel de pœna corpora-
li, seù corporis afflictiua, in puncto *Glos.
in l. si qua per calumniam Cod. de Episc. &
Cleric. Dec. in rub. de Iudic. num. 44. Ma-
rant. de ord. Iudic. par. 4. distinct. 1. num.
2. vers. causa verò Criminalis, & num 24.*
Vel quandò àgitur ad publicam vindictā, 10
seú ad Fisci commodum *Dec. in d. Rubr.
de Iudic. num. 46. in fin. Marant. par. 3.
disp. 1. numer. 2. Bertazz. cons. 399. nu.
5. lib. 2. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 6. in
princ.* Et é contrà causa tunc dicitur Ciui- 11
lis quandó agitur de commodo priuato-
rum, vel de interesse partis, licét descen-
dat à delicto, *Clar. in pract. crimin. §. fin.
quæst. 1. vers. ex quorum omnium dictis,
Mascard. de probat. conclus. 463. lib. 1. n.
2. vbi de commun. Scacc. de Iudic d. cap. 6.
num 5. vers. & quòd dicat, Manson. de
Causs. execut. Prælud. 1. num. 12. & 16.*
Et hanc distinctionem laté prosequitur, &
comprobat *Farinac. de var. & diuers. quæ-
stionib. quæst. 100. num. 10.*

Itá quòd verè inferebatur, Condemna- 12
tum pró causá Criminali, sed in pœnam
non Fisco, sed parti debitam, non posse
in Domo capturari, ad tradit per *Bart. in
cons.*

cons. 169. per tot quem sequitur *Ias. in d.*
13 *l. pleriq; num.* 14. Et tradit *Gabr. in d. tit.*
de crimin. conclus. 10. *num.* 12. Et ratio
patet ad sensum, ex quo priuilegium exe-
cutionis faciendæ in Domo competit tā-
tùm Fisco, & prò creditis Fiscalibus, vt
ratiocinatur *Ias. in d. l. pleriq; nu.* 28. *&*
in l. nemo carcerem Cod. de exact. credit.
lib. 10. *Gabr. d. conclus.* 10. *num.* 38. Qui
omnes *DD.* loquuntur in fortioribus ter-
minis, nempè quandò ipsamet pœna de-
licti applicatur parti; Casum autem, de
quo coràm me disceptabatur, esse extrà
omnem difficultatem dijudicabam, quià
in eo non agebatur de pœna applicata
parti, sed de restitutione rerum recepta-
rum, & sic de mero interesse Ciuili, quòd
pœna appellari non poterat:

Quicquam autèm obstare existimaui
dispositionem præfati *statuti cap.* 117. *lib.* 1.
14 Ex quo cùm versemur in materia fauo-
rabili, indubitantèr ipsam statutariam di-
spositionem hunc casum compræhende-
re debere dixi, cū cōpræhensio hoc casù,
contradistinguatur ab extensione itá *Bald.*
in l. data opera num. 11. *Cod. qui accusare*
non possunt. Castren. cons 83. *num.* 2. *Me-*
noch. cons. 133. *num.* 5. *Surd. cons.* 25. *nu.*
15 39. Et occasio semper dicitur Ciuilis etiā
inspecto initio, quandò Fiscus ad propriā
vtilitatem non agit. *ad tex. in cap. per tuas*
de Simon. Felin. in cap. super his num. 2.
16 *vers. vltimo noto de accusat.* Itá vt solum
priuilegium Fisci sit, vt quis carcerari in
propria Domo valeat, quandò agitur ad
executionem pœnæ naturalis impositæ
delicto, vt bené per *Felin. vbi proximè, &*
Marant. d. par. 4. *tit. àn Iudic. sit. Ciuil.*
vel Criminal.

Neque replicetur, quòd cùm debitum
Pasquini non descendat á causa Ciuili, sed
Criminali, potuisset dictus Pasquinus in
propria Domo capturari, vel arguendo
á contrario sensù Statuti, vel á regula, quòd
17 Inclusio vnius, fit exclusio alterius *ad tex.*
in l. cum Prætor ff. de Iudic.

Respondi siquidèm, quòd dispositio d.
Statuti non est prohibitiua, seú inductiua
alicuius pœnæ, nec cōditū fuit idē Statutū
in odium debitoris, sed potiùs eius dispo-
sitio est fauorabilis ipsismet debitoribus,
ex quo Statuentes ibi profitentur videli-
cèt nouum beneficium Debitoribus affer-
re, vel beneficia Iuris communis ibi recē-
sere, seú confirmare, vt claré deducitur
ex præcedentibus Capitulis, videlicèt *in*
cap. 111. 112. 113. 114. 115. Vbi multa 18
Creditoribus concessa priuilegia digno-
scuntur aduersùs Debitores, & postmo-
dùm Statuentes volentes aliquam limita-
tationem ipsis dare ad fauorem Debito-
rum *in cap.* 117. inter alias limitationes
dicitur *Quem non posse in propria Domo ca-*
pi prò debitis occasione Ciuili descendentibus;
Quo fit, vt ex huiusmodi dispositione in- 19
ducta ad fauorem Debitorum, non possit
elici argumentum in eorum odium, nem-
pé prò debitis occasione Ciuili non descē-
dentibus, possit in Domo propria quis
capturari; Hoc enim esset extendere
Statutum vltrá id, quòd eius verba so-
nat, & vltrá intentionem Statuenti-
um; & inducta in fauorem, retorqueren-
tur in odium, & quæ facta sunt potiùs in
augumentum, operarentur diminutioné
contrà omnes Iuris regulas *l. legata inuti-*
litèr ff. de adimen. legat. l. quòd fauore Cod.
de legib. Honded. cons. 24. *num.* 26. Et 20
ratio est, quià quælibet dispositio Statuta-
ria itá debet intelligi, vt menti, & inten-
tioni Statuentium consona sit, & effectú,
prò quo fuit condita, operetur *Menoch.*
cons. 81. *num.* 41. *Barz. decis.* 97. *nu.* 39.
Rota apud Buratt. decis. 774. *num.* 12. *cū*
seqq.

Neque recurrendum est ad argumen- 21
tum à contrario sensú; Nám licet regu-
laritèr validum sit *l.* 1. *§. huius rei ff de*
offic. eius l. qui testamentum §. mulièr ff.
de testamen. Euerar d. de mod argumen. lo-
co 4. Tamén illud nunquám procedit in 22
Statutis, quādò sequeretur Iuris correctio,
proùt sequeretur in casù nostro; Cúm de
Iure Communi Debitores licét ex causa
Criminali prò pœna parti applicata non
possint capi in Domo, tùnc enim non li-
cet á contrario sensù arguere, *Menoch. de*
præsumpt. lib. 5. *præsumpt* 93. *num.* 5.
Facchin. controuers. Iur. lib. 13 *cap.* 3. *Man-*
tic. de coniect. vltim. volun. lib. 3. *tit.* 15.
num. 13. *Surd. decis.* 75. *num.* 7. *Gam.*
decis. Lusitan. 167. *num.* 8. *Roman. cons.*

cons.

cont. 399. num. 5. & 6. Decian. conſ. 32.
num. 11. vol. 2. Riminal. Iun. conſ 419.
num. 8. vol. 4. & cons. 581. num. 8. vol.
5. Barbos. in suis loc. comm. loc. 27. num.
29. & 30.

23 Vltrá quàm quód argumentum à con-
trario sensù nunquàm procedit, quandó
inducta ad vnum finem, contrarium ope-
rarentur effectum Cranett. cons. 39. num.
8. Osasc decis. 138. num. 7. Et si animad-
uertatur, verba præfati Statuti sunt con-
cepta negatiuè ibi Nulla persona; Vndè
ex eis argumentum á contrario sensù de-
duci non potest, cùm á dispositione nega-
tiuè concepta, non possit argui á contra-
24 rio sensù; Cum verba negatiua semper
negent, & nunquàm affirment ad tradit
per Bald in l. 1. Cod. de condit. incert. Fac-
chin. controuers. lib. 13. cap. 8. Osasc. decis.
69. num. 28. Rimin. Iun. cons. 413. num.
15. vol. 4. Encrard. d. loc. 4. verſ. 2. istud
limitatur, Barbos. d. loc. 27. num. 25. Et
faciunt tradita in Bononien. pecuniaria 5.
Aprilis 1647. coràm R. P. D. Verospio im-
press. post. Salgad. in tract. laberynt. Credit.
decis. 98. à num. 12. vsq; ad fin.

25 Minùsq; faciebat regula desúmpta ex l.
cùm Prætor ff. de Iudic. Nempè quód per
inclusionem vnius casus, alter casus cen-
seatur exclusus, tùm quiá præfata regula
non procedit, quandó militat eadem ratio
in excluso, quæ est in incluso Menoch cons.
193. num. 83. Trentacinq. variar. resolut.
tom. 1. tit. de consuetud. resolut. 1. nu. 12.
Proût eadem ratio militabat in casù, de
quo agebatur, dùm in eo cessabat fauor
Fisci, scilicèr, beneficium, vel priuilegium
competens Fisco, & creditis Fiscalibus
capturandi Debitores etiám in propria
26 Domo; Tùm etiám quià inclusio vnius
non est exclusio alterius, quandò de Iure
alio modo includitur iuxt. doctr. Salyc. in
l. si de crim. Cod. qui accusar. non poss. Me-
noch. conſ. 86. num. 30. Surd. cons. 25. nu.
35. Becc. cons. 93. num. 24. Ferentill. ad
Buratt. decis. 641. sub n. 29. in fin. Vbi ait,
quód à negatiuis nō valet argumentum, &
inclusio vnius nō est exclusio alterius, quo-
ties illud includitur alio modo; Tùm demū
quià inclusio vnius excludit forté non in-
clusos ab illamet dispositione includēre; At
non ideò excluditur ab alia dispositione 27
Iuris Communis; Nam vno permisso, alij
non sunt prohibiti, sed in dispositione Iu-
ris remanent, & illi non censetur deroga-
tum, vt post. Albam Mandell cons. 164.
per tot. tradit Barbos. axiomat. 120. num.
17. Vndé dato, quód verba præfati Statu-
ti 117. non includerent casum nostrum;
prout includunt, adhùc dicebatur suffice-
re, quód beneficium Iuris Communis cō-
petens dicto Pasquino, non intelligatur
sublatum; Cùm circumscripto Statuto;
adhùc dictus Pasquinus non potuisset cap-
turari pró dicto asserto credito. 28

Quapropter notabilitèr consuluit Bart.
cons. 169. incipien. Statutum Ciuitatis Tu-
derti; Quòd nemo capi possit in propria
Domo, etiamsi causa sit Criminalis, ex
qua pœna veniat parti applicanda, quód
idem sentit Iaſ. in d. pleriq; num. 14 ff. de
in Ius. vocan. Gabr. de malefic. conclus. 10. 29
num. 9. Et ratio egregia est, quiá secuta
condemnatione proptér sententiam, ex-
tinguitur denominatio maleficij, & debi-
tum dicitur descendere ex quasi contractu
proptér ipsam sententiam condemnato-
riam cælebrato iuxt. text. in l. 3 § idem
scribit ff. de pecul. Et Magistral. Bartolus
dict. cons. 169. num. 3. vers. factà con-
demnatione; Vndé optimè applicantur 30
verba præfati Statuti cap 117. Cùm rè ve-
ra debitum eo casú descendat ex Ciuili
occasione, idest ex dicto quasi contractù;
Cumq; in hac propositione Bart. non ha-
beat Contradictorem, non videbatur in
hac re aliquid vlteriús hæsitādum, maxi-
mè cùm Statutum, quantumuis præcisum,
non excludat vnquam congruas, & neces-
sarias interpraetationes, & eas præcipuè, 31
per quas minùs derogatur Iuri Communi,
quám fieri possit; Sicuti per prædictam
interpretationem minimè derogatum re-
manet dispositioni præfati tex. in l. pleriq;
ff. de in Ius. vocan. & in l nemo de Domo
propria ff de reg. Iur. Surd. decis. 9 num.
14. & decis. 39. num. 11. & decis. 178.
num 15. & cons. 401. num 5. cum Alijs
per Altograd. conſ. 58 num. 38. & 39.
lib. 1. & conſ. 15. n. 30. lib. 2. Vbi id
præcipuè firmat attenta identitate ratio-
nis Andreol. controuerſ. 193. n. 14. tom 2.
Vndé

32 Vndè remanet firma conclusio ex antédictis, quód semper, quód non agitur ad pœnam naturalem delicti, Causa, & occasio semper dicitur Ciuilis, benè *Corn. cons. 19. num. 10. vers. & quandò non agitur lib. 3.* Saltèm ratione dicti
33 quasi contractus mediante sententia cælebrati iuxtá supradictam *Bart.* sententiam; Itá vt non attendatur, quód actio sit popularis, dummodò illa spectet ad priuatam personam, cui etiám pœna uenit applicanda, vel alicuius rei restitutio facienda, vt deducitur per *Peregr. de Iur. Fisc. d. lib. 4. tit. 8. num. 5. & 6.*

Quæ omnia licèt sufficerent ad demōstrandum nullitatem capturæ, paritér ex alio capite dictam capturam nullam, nulliterq; executã existimaui, non obstantibus subterfugijs nouitér excitatis; scilicèt
34 conuolando ad remedium suspicionis fugæ, ex quo solo capitè prætendebatur per DD. Informantes validè dictum Pasquinum in Domo captum fuisse, ad tradit. per *Ias. in d. l. plerìq; num. 26. ff. de in Ius vocan. Gabr. d. concl. 10. num. 35. Idem Ias. in l. vinum ff si cert. petat.*

Etenim responsum patet ad sensum; Cùm non versemur in illa quæstione, àn debitor de fuga suspectus in propria Domo carcerari valeat: Et sic cúm dictus Pasquinus non fuerit prò huiusmodi causa carceratus, vt probatur ex relatione exe-
35 cutoris registrata in libro Superstitis carcerum, cui relationi plena est adhibenda fides; præcipuè si de contratio nihil doceatur, *Monach. decis. Lucen. 42. num. 42. & decis. 31. num. 3. Magon. decis. Lucen. 66. num. 7. & fuit latè firmatum in Anconitana dotis 21. Aprilis 1651. coràm R. P. D. Verospio §. siquidem*; Sequitur, dictam capturam ex qualitate suspicionis fugæ substineri minimé posse; Cùm in toto processù tám ante, quám post capturam actitato, allegata suspicionis fugæ qualitas minimè reperiatur, vt
36 conuincitur ex reuolutione cartarum, qui dicitur optimus modus probandi negatiuam *Herculan. de negat. nu. 126. Dec. cōs. 483. num. 6.* Et licèt post processus publicationem fuerint quædam producta capitula ad probandam hanc fugæ suspicionē;

Attamen quià apud omnes est in confesso, quód post processus publicationem, & didiecita testificata, non est ampliús locus productioni capitulorum, & probationibus testium faciendis ad latè tradit per *Farinac. de testib. quæst. 73. num. 68. & seqq.* 37
Maximè non dato aliquo priuilegio, cuius vigore ex capite restitutionis in integrum post didicita testificata aduersús ommissas probationes, ipsa berè admittantur *Farinac. d. quæst. 75. num. 431. & seqq.* Ideò 38
constantissimé affirmaui, dictam capturā ex præfato capite suspicionis fugæ minimè substineri posse, & hoc tàm de Iure municipali huius inclytæ Reip. quàm de Iure Communi; 39

De Iure Muncipali siquidèm habetur *in cap. 125. lib. 1. Statut. sub rubr. de mod. proced. contrà Debit. de fug. suspect.* vbi expræsé pró forma sancitur inter alia, quòd ad effectum, vt contrà Debitorem ex prędicta causa procedi possit, præcedat duplex Iuramentum Creditoris, nempè vnū super veritate crediti; Alterum super suspicione fugæ, quòd cúm non fuerit seruatum per dictum Sargentem Maiorem Creditorē, sibi imputet, si quód noluit, & potuit, & quód voluit adimplere nequiuit iux. *tex. in l. 3. in fin. vbi Glos. Cod. de contrahen. & committen. stipulat. l. multum interest, vbi Glos. Cod. si quis alteri, vel sibi cap. cum super. 23. in fin. de offic. delegat. Salgad. tract. laberynt. Credit. par. 2. cap. 23. num. 44.* Et est tutissima conclusio, quód forma á Statuto inducta est seruanda, aliás actus est nullus *Felin. in cap. cū dilect. num. 10. de rescript. Soccin. cons. 24. num 20., & 21. lib 1. Monach. decis. Lucen. 18. num. 3. & 4.* Itá vt formæ à Statuto inductæ, nihil veniat detrahendum, sed specificè, & ad vnguem seruanda venit iux. *tex. in l. cum ij. §. Prætor 17. vers. sed etsi non de omnibus quæsierit, ff de transact. l. constitutionibus in fin. ad municipal. l. final. §. sin verò postquam ff. de Iur. deliberan. Ioseph. Vela dissertationū Iur. dissert. 21. num. 5.* Et latè fuit per me firmatum *in famosissima causa Mazzacinccoleida cum Monialibus S. Iustina de Luca Mercurij 15. Nouembris 1656. §. fuit namq; responsum.* 40 41 42

De

43 De Iure Communi ſimilitèr ſtabilitur,
quód antequám procedatur contrá Debi-
torem, vti de fuga ſuſpectum, debet Cre-
ditor adire Iudicem competentem,& prò
ſuſpecto ſuum Debitorem iurare, aliàs e-
nim nunquám conceditur mandatum de
capiendo; itá vt exequi non valeat abſq;
nullitatis vitio *Dec. cons. 75. num. 1. Ro-
land. cons. 63. num. 9. & 10. lib. 3. Scan-
narol. in ſuo tract. de viſit. Carcerat. lib.
3. §. 8. cap. 4. ſub num. 7. Rot. in Roman.
nullitatis mandati 11. Nouembris 1652. co-
ràm R. P. D. Albergato in princip., & per
tot.* Quód adeò verum eſt, ſi poſt captu-
ram præſtetur tale Iuramentum, nihilomi-
nùs non ſufficiat, ſed in primis captura
tamquám nulla ſit reuocanda, & Carcera-
tus ſuæ priſtinæ libertati eſt reſtituendus,
44 ex quo Captura non poteſt iuſtificari ex
ſuperuenienti ſolemnitate, ad latè tradit
*per Natt. conſ. 430. nu. 26. lib. 2. Gratioſ.
Vber. in eius tract. de citat. tom. 1.
cap. 7. num. 168. & 169. Ludouic. decis.
Perus 41. num. 2. Rot. Roman. decis. 500.
num. 3. par. 1. recen. Bald. conſ. 418. num.
3. lib. 4. Roman. cons. 241. Dec. cons. 75.
num. 1 verſ. 5. suadetuur. Rolan. cons. 65.
num. 18. lib. 3. Gratian. diſcept. foren. cap.
921. num. 18.* cùm alijs fuſiſſimè citat. *per
Scannarol. tract. de viſitat. Carcerat. Lib. 3.
cap. 3. n. 12.* Et fuit dictum nuperrimè *Inte-
ramnen. ſeù Rom. nullitatis mandati 11.
Nouem. 1651. coràm R.P.D. Albergato §. nō
obstat* impreſſa poſt eundem *Scānarol. in
Appendic. §. 4. cap. 23. nu. 6. cum. ſeqq.*
Neq; replicetur poſſe contrá Debito-
45 rem de fuga ſuſpectum procedi de facto
etiám coràm Iudice incóperente *Ancher.
cons. 184. Roman. cons. 139. Aret. cons. 95.*
Quiá procedit conclusio in Debitore fu-
46 gitiuo,& ſe ad fugam parante, ſeù in actú
fugæ exiſtente, quo casù licitum eſt adire
Iudicem incompetentem; Secùs tamén
procedit in ſimplici Debitore ſuſpecto,
ex quo aliud eſt, quód Debitor ſit fu-
gitiuus,& aliud, quod ſit de fuga ſuſpectus
Primò enim casú, quià periculum eſt in
mora poteſt Debitor etiàm capi per Cre-
ditorem, ac etiàm per Iudicem incom-
petentem: Secundò verò casù debet co-
gnitio præcedere, & decretum emanare à
Iudice competente, & ſeruari omnes ſo-
lemnitates ſuprá enunciatas. proùt itá di-
ſtinguendo *tradit. Caſtren. cons. 38. Soccin.
Sen. conſ. 99. num. 1. lib. 4. Caccialup. de
debit. ſuſpect. quæſt. 4. num. 4. in fin. &
quæſt. 7. in princ. tom. 3. par. 2. Gratios.
Vber. de cit lib. 1. cap. 7. num. 165. &
166. Gratian. discept. forens. cap. 875. num.
1. & seqq. Scannarol. de viſit. Carcerat.
cap. 4. num. 3. & seqq.*
Quod adeò verum eſt, vt in casú, de
quo agebatur, nulla ſuſpicionis fugæ cau-
ſa poterat conſiderari in dicto Paſquino
Bartelloni Carcerato, ex quo in Iure cer- 47
tum eſt, non poſſe contra Debitorem
procedi tamquám de fuga ſuſpectū, quā-
dò Debitor ipſe poſſidet bona *l. fideiuſſor.
§. fin. vbi DD. ff. qui satisdar. cogan. Bald.
cons. 312. num. 4. & seqq lib. 5. Scannarol.
d. §. 8. cap. 1. num. 59. Caccialup. de Debit.
suſpect. quæſt. 1. num 9. & 10. Gratian.
discept. forenſ. citat. cap 875. num. 11. &
fuit doctrina Bald. in cons 285. nu. 2. Rot.
apud Duran. decis. 80. num. 6.* Ita vt pro- 48
cedat conclusio etiàm quód non conſtet,
bona eſſe æquiualentia debito, prò quo
quis iuratur ſuſpectus *Scannarol. d. cap. 1.
num. 50. Gratios. Vber. d. cap. 7. nu. 177.*
Proùt contrariū apparere viſum fuit in
casú noſtro, in quo Sargens Maior loco
pignoris,& hypothecæ tenebat,& poſſide-
bat ferè omnia bona ſtabilia dicti Paſqui-
ni, quorum valor aſcendebat ſupra 800.
ſcuta, vt conſtare viſum fuit ex proceſsù,
& nō negabant teſtes ad inſtantiam dicti
Sargentis Maioris examinati: Quaprop- 49
tèr, intrabat concluſio, quód nullus Cre-
ditor poſſit eodem tempore prò vno, eo-
demq; Credito, & perſonam, & bona De-
bitoris retinere iux. claram diſpoſitionem
cap. 114. lib. 1. ſtatut. vniuerſal. Vbi diſ-
ponitur, quód ſi per Creditorem fuerit
proceſſum ad pignus, & deindé ad captu-
ram Debitoris, debent bona relaxari ſi
perſonæ incumbere Creditor velit, vt
latè ibidem dicitur.
Conſiderabatur inſupèr, quód dicta 50
Captura, ſeù carceratio dicti Bartelloni,
quód ex capite ſuſpicionis fugæ ſubſtineri
poſſet, quód expreſsè negatur ex ſuprà
fundatis; Tamèn quià adhùc erat incer-
tum

tum, án ipse remaueret Debitor dicti Sargentis Maioris occasione recollectionis fructuum per ipsum perceptorum ex bonis eiusdem Bartelloni, in quibus vsq; do anno 1651. fuit in possessionem immissus, prout etiam in præsenti reperitur, iuxtá tradit *per Alex. cons. 192. num. 2. & 3. lib. 7. Cephal. cons. 768. num. 14. Facchin. controuers. Iur. lib. 8. cap. 58. vers. sed hoc fundamentum, Fontanell. decis. 234. nu. 10.*
51 *Rot. apud Buratt. decis. 880. num. 4.* Omninò nulla dijudicanda erat; Cum ad prædictum effectum liquidum omninò creditū esse debuisset ad tradit *per Bald in l. apertissimi 14. num. 11. Cod. de iudic & in l. consentaneum 5. num. 25. Cod. quomodò, & quandò Iudex. Ioseph. Ludouic. decis. Perusi 41. num. 3. Fontanell. decis. 234. num. 12. Thesaur. decis. decis. 220. nu. 2. Rot. apud Buratt. decis. 531. num. 1. & decis. 595. n.*
52 *3. & decis. 653. num. 5.* Ex quo dicto Sargenti Maiori absq; carceratione dicti Bartelloni iám erat cautū proptér possessionē bonorum eiusdem Bartelloni ascendentiū ad summā scutorum 800. *Roman cons. 310. num. 2. Chartar. decis. 117. num. 1. in fin. Rot. decis. 654. num. 5. & 6. & decis. 727. num. 4. par. 2. recen. & apud Buratt. decis. 908. sub num. 8.* Et in terminis itá fuit firmatum in *Romana, seu Spoletana redditionis rationis 31. Ianuarij 1650. coràm Eminentiss. Otthobono §. qua Pantaleonis car-*
53 *ceratio &c.* Itá vt verum sit dicere, quòd semper illiquiditas crediti respectū dicti Sargentis Maioris Creditoris consideretur, donec valor fructuum ex dd. bonis dicti Bartelloni per ipsum perceptorum per spatium quinq; annorum, & vltrá, nō fuit liquidatus, vt in terminis dixit *Rot. decis. 433. n. 4. & 5. par. 2. recen.* Et fuit dictum in *Senogallien. saluiani 7. Februarij 1653. §. tùm quià ob fructus coràm bon. mem. Bichio;* Et fuit firmatum per *Nostrā Rotam in Lucana saluiani seù dotis 12. Maij 1657. inter V. D. Prudentiam Bondacha ex vna, & Antonium Regi ex altera §. quinimò in fortioribus terminis &c.* Ac propte-
54 reá cùm dicta captura fuerit exequuta prò eadem met summa scutorum 300. nulla habita ratione fructuum medio tempore perceptorum, intrabat ex suo marte conclusio, quòd dictus Bartellonus non poterat retineri in carceribus prò summa illiquida, *Rot. in Regien. seù Salernitana bonorum 19. Iunij 1643. coràm Reuerendis. Carillo, &* laté fuit comprobatum *per Scanarol. de visit. Carcerat. lib. 3. cap 8. num. 33.* Maximé quià dictus Bartellonus erat 55
multis ægritudinibus, & morbis oppressus, ac Septuagenarius, & vti talis prò debito non poterat capi *Ancheran. cons. 336. n. 2. vers. his præmissis, Carpan. ad Stat. Mediolan. cap. 203. litter. B. Osasch. decis. 123. num. 3. in fin. Ridolphin. in sua prax. Iudiciar. par. 1. cap. 15. num. 346.*

Addebatur insupér ad demonstrandum dictam capturam fuisse nullam, scilicèt Birruarios ex duplici tantùm capite posse capturas exequi, nempè cum mandato Iudicis, vel quandò condemnatio est registrata in Archiuio in libro condenationū; Sed captura dictis pauperis Bartelloni tātúm aberat quòd posset dici facta cum mandato Iudicis, vel quòd esset descripta in libro condemnationum, vt in processu nihil apparere visum fuit; Immò per Eg. D. Archiuistam fuit mihi allata fides, quòd dicta condemnatio prò scutis 300. non reperiebatur in dicto libro condemnationum, prout reperiri debebat, si Birruarij ratione illius ipsam exequi voluissent, & sic ex isto capite, etiàm iniustam dictam capturam existimaui, vt cōsideranti patet.

Quare Itá fuit decisū vtraq; parte acerrime informante &c.

QVid autē circà prædicta obseruetur in hac Ciuitate, & quid á nobis fuerit obseruarū breuitér enunciabo; Cōsuetudo inueterata est, Immò, & sanctio statutaria in libro tertio statutorum Ciuilium *cap. 7. §. 1.* vt non carcerentur in Domo prò debitis Ciuilibus, nisi de licentia Illustrissimorū Supremorū, seù Minorū Sindicatorū ex aliqua vrgēti, & iusta causa, & partis citatione, ex cuius sāctionis dispositione pluries in ista M. Rota fuit disputatū, an cōdemnati ad interesse partis in casibus, in quibus licita est condemnatio, potuissent in Domo capturari, & negatiué semper fuit responsum, non solùm attentis prædictis In meo voro fundatis, & dicta sanctione statutaria suprá enunciata; verū etiàm

ex præfata cõsuetudine, de qua per plures curiales Magni Nominis fuit attestatum, esse in ista Mag. Rota in viridi obseruantia, vt prò condemnationibus ad interesse partis vnquàm fuerint personæ in Domo existentes carceribus mancipatæ, quæ consuetudo, & obseruantia habet vim legis, & omninò est attendenda *cap. cum dilectus de consuetudinibus, Gratian. discept. forens. cap* 608. *num* 16. *& seqq.* Immò etiàm si esset contrà Ius *Rota decis.* 141. *num.* 13. *&* 14. *par.* 6. *recent.* ità quòd est sufficiens aliquandò ità fuisse obseruatum, ad hoc vt in futurum ità obseruari debeat *Surd. cons.* 140. *num.* 45. & laté fuit firmatum *in Romana successionis de comitibus* 26. *Iunij* 1647. *coràm Reuerendiss. Terracinen* §. *supradictis accedit* in fine, ac làtissimé paritér *in Romana pretij grani* 14. *Februarij* 1648 *coràm Reuerendiss. Melsio* §. *ex quo colligitur.*

Quo veró ad aliam supradicti voti partem, scilicèt, an dicta captura potuisset substineri ex superuenienti mandato suspicionis fugæ, paritér adest dispositio statutaria *cap. statutorum Ciuilium in titulo de Debitore suspecto detinendo*, quòd statutum est conformé, cum supradicto Lucensi *in cap* 125. *lib.* 1. *statutorum sub rubrica de modo procedendi contrà Debitorē de fuga suspectum* excepto tamen, quòd vnicum in statuto Ianuensi tantùm requiritur Iuramentum Creditoris, vt intelligatur Debitor de fuga suspectus, & hoc secũdum formam Iuris cõmunis, de qua latè in dicto voto §. *de Iure Communi autèm* Et Ideò DD. Infacti contingentia cum prædicta secunda mei voti parte vná mecum In iudicando pluriés transierunt.

VOTVM SEPTIMVM.

SVMMARIVM.



Eus in quolibet delicto siuè sit facti transeuntis, siuè facti permanentis, non potest condēnari, nisi constito de corpore delicti, secundum iuris principia, num. 1.

Princeps si motu proprio mandet contrà aliquem inquiri, Decretū mandati est intelligendum, quatenùs de corpore delicti constaret num. 2.

Delictum est duplex facti transeuntis, & facti permanentis, num. 3

Delictum facti transeuntis probatur præsumptionibus, & coniecturis. num. 4.

Ratio est, num. 5.

Guazzin. ad defens. reor. & alij DD. *allegati probant, quòd in omnibus delictis occultis, & difficilis probationis, corpus ipsorum delictorum probatur præsumptionibus, & coniecturis, num.* 6.

Qualitas difficultatis probationis delicti nō sufficit quòd per Fiscum prætendatur, nisi etiàm de ea in actis legitimè constet, nu. 7.

Iudicibus nō constito concludentèr de corpore delicti, sunt manus ligata, num. 8.

In delictis difficilis probationis. probari debet qualitas tribuens iurisdictionem, antequam iurisdictio exerceatur, num. 9.

Delictum facti permanentis quale sit, nu. 10. *& requirit plenas, & concludentes probationes, & vt de eo constet, vel per ocularem inspectionem, vel per testes omni exceptione maiores, num.* 11.

Vermigliol. cons. 159. num. 15. *refertur, num.* 12.

Falsitas est delictum graue, num. 13.

Probationes quales requirantur in probanda falsitate, num. 14.

Probationes debent per necesse esse concludētes, non autem per possibile in delicto falsitatis, num. 15.

Rotæ Criminalis sensus absoluendi à falsitate de qua agitur, num. 16. *& seq; Inquisitio super falsitate prætensa Describitur, num.* 17.

Falsitas tanquàm delictum difficilis probationis, præsumptionibus, & coniecturis probatur, & est communis Doctorum cōclusio non Iudaicè intelligenda ibid.

Falsitas duplex est intrinseca, & extrinseca secundùm Doctorum distinctionem, num. 19.

Falsitas intrinseca non est facti permanentis, num. 20.

Falsitas intrinseca, quandò committi dicatur, num 21. *probatur præsumptionibus, & coniecturis ibid.*

Falsitas extrinseca est facti permanētis, n. 22. *debet*

debet plenè, & concludentèr probari ibid.

Doctrina Guazzin. ad defens. reor. *distinguentis circà falsitatem approbatur, n 23:*

Depositiones testium Fiscalium circà falsitatem testamenti enarrantur, num. 24.

Processum offensiuum prò falsitate testamenti optimè probare Fiscus prætendit, n. 25.

Iura Fisci eliduntur ex processù Defensiuo, num. 26.

Testibus testamentarijs deponentibus supèr testamenti veritate, magis est credendū, quàm alijs illud reprobantibus, num. 27.

Testibus coadiuuantibus instrumentum magis creditur, quàm illud impugnantibus num. 28. regularitèr, & de communi Doctorum opinione, ibid.

Ampliatur procedere conclusionem etiàm, quòd testes reprobantes instrumentum essent mille, & illud coadiuuantes essent solummodò duo.

Testes Fiscales reprobantur, num. 30.

Et quomodò ibid.

Testis in vno falsus, in omnibus talis reputatur ratione iuramenti, quòd est indiuiduum regularitèr, num. 31.

Similitudo aut diuersitas manus, & caracteris alicuius, non probatur per litterarum comparationem, aut similes rationes, num 32.

Tractus, comparatio literarum, modus, & vt vlgò dicitur l'aria, sunt obseruandi ad probandam similitudinem aut diuersitatem manus, aut litteraturæ alicuius, n. 33.

Periti, quæ in litteraturæ probatione debeant considerare, num. 34. & 35. etiàm non interogati tenentur reddere rationem sui dicti, num. 36. vbi quòd non sufficit eos attestari de similitudine, vel dissimilitune manus, eo quià periti sint.

Manus tardior, aut velocior in scribendo, vndè proueniat, num. 37.

Punctorum omissio nihil operatur in scribendo, num. 38.

Præsumptio falsitatis numquam est sumenda, quandò allegari potest aliqua causa, vel excusatio, num. 39.

Probatio ex comparatione literarum est fallacissima, & periculosissima, n. 40. & 44.

Casus Romæ sceuti ponuntur circà falsitatē, in qua rei fuerunt innocentes dimissi, nu. 41. 42. & 43.

Hominum manus alteratur ratione temporis, & ex qualitate atramenti, & quandoq; ex qualitate calami, num. 45.

Odofredi dictum in l. comparationes nu. 10. C. de fid. instrumentor. circà formam literarum, num. 46.

Probatio literaturæ alicuius per comparationem vel per recognitionem manus à testibus factam, qui dicant se vidisse pluries scribere, & sic manum notam habere, nō facit indicium sufficiens ad torturam, num. 47.

Forma recognoscendi manus, quæ seruatur in Ciuilibus, non admittitur in Criminalibus, num. 48. præsertim non iustificata mala fama Inquisiti, num. 49.

Falsitatis in probatione requiritur probatio ità clara, & indubitata, vt veritas alitèr se habere non possit, num. 50.

Qualitates Sacerdotis, & Notariatus in testibus conferunt, vt sint maxima fidè digni, num. 51.

Testes recognoscentes literaturam, qui dicunt se vidisse pluriès atquè pluriès scribere, sufficientèr deponunt cum redditione causæ scientiæ, tàm ex Iuris Communis dispositione, quàm ex Iure municipalis Genuæ. num. 52. 53. & 54.

Statutum Genuæ de probat. scriptur. priuat. procedit ex generali consuetudine in hac Ciuitate, quæ tamquàm notoria non est probanda, num. 55.

Testes dubitatiuè deponentes nihil probant, num. 56.

Credulitas in teste quandò est causata à sensù inferente ità credi debere, tùnc etiàm si testis deponat per verba, videri, iudicio suo, vel similia, eius dictum probat, num. 57.

Credulitas, vbi est proxima sensui per quē percipitur veritas, tale testimonium valebit, secùs vbi sit remota à tali sensu, num. 58.

Testes circà recognitionem literaturæ alicuius dicentes vidisse pluriès eum scribere, reddunt rationem sui dicti, & meritò probant, num. 59.

Testes deponentes supèr literatura, licèt dicant sibi videri manù talis conscriptam, manus illius sufficientèr probatur, n. 60.

Verbum; videtur, aliquandò importat, &

denotat veritatem, num: 61.

Testes reddentes rationem sui dicti, & fūdatè loquentes, licèt nimis animosè deponant, nihilominùs non subiacent istis inanibus exceptionibus, num. 62.

Redditur ratio, quià animositas non elycitur ex eo, quòd absque dubitatione dicat circà factum; quià huiusmodi verba sunt intelligenda secundùm subiectam materiam ibid.

Testes rei numerò æquales testibus Fisci, debent præferri, num. 63.

Testibus in pari numerò deponentibus prò non commisso delicto, magis creditur, quàm de commisso, num. 64.

Testes digniores etiāsi in numero inæquali, præferuntur alijs testibus, num. 65.

Testibus licèt paucioribus deponentibus super affirmatiua, magis creditur, quàm supèr negatiua, num 66.

Probatio dubia ad fauorem rei probat concludentèr eius defensionem, & innocentiam num 67.

Probatio dubia tollit concludentem Fisci probationem, num. 68.

Reo ad obtinendam absolutionem, sufficit, vt Fisci intentionem offuscet, num. 69.

Sententiam certam ferre in re dubia est indecens, ne veritas offendatur, num. 70.

Mundus totus sequitur, vt sententia certè in re dubia non feratur, ibid.

Rota Genuen. secuta est eandem opinionem in crimine falsitatis, num. 71.

Falsitatis crimen semper excluditur dato possibili veritate in contrarium, num. 72.

Indicia, & præsumptiones nihil operantur non constito de Corpore delicti, & vbi illud non apparet, num. 73.

ARGVMENTVM.

Genuen. Prætensæ falsitatis testamenti.

1 PRIMA Iuris Criminalis erudimenta nos docent, quòd in quolibet delicto siue illud sit facti transeuntis, siue facti permanentis Reus non potest condemnari, nisi constito de corpore delicti; Et hoc Iuris axioma nullum habet
contradictorem, quem hactenùs viderimus, illudq; laté comprobat *Farinac. quæst. 2. per totam,* Quem vnum sufficiat ad hoc allegare prò omnibus qui referri
possent, & in tantum hoc est verum, quòd
si Princeps motu proprio mandaret con- 2
trá aliquem inquiri, adhuc hoc mandatū
intelligendum esset, quatenús de corpore
delicti constaret *Brunor. à sole suo cons. Crimin. num. 13. & 139. vers. quòd licet Princeps, & num. 143. vers. Et hoc adeò verū, Vermiglial. cons. 159. num. 16.*

Alitér tamen probatur delictum facti 3
transeuntis, & alitèr illud facti permanen-
tis. Primum etenim probatur præsump- 4
tionibus, & coniecturis, quià cum veré 5
oculo corporeo inspici nequeat, indicia
& coniecturæ ad illius probationem suffi-
ciunt, vt bene probat *Farinac. d. quæst. 2. nu. 3. Bayard ad Clarum §. final. quæst. 55. nu. 21. Guazzin. ad deffens. reor. def-* 6
fens. 4. cap. 2. num. 15. vbi quòd in omni-
bus delictis occultis, & difficilis probatio-
nis, corpus illorum probatur præsumptio-
nibus, & coniecturis *Decian. cons 82 nu. 44. lib. 5. Farinac. cons. 23. num. 20 lib.*
1. Vermigliol. cons. 263. num. 7. Benè ve- 7
rum est, quòd qualitas difficultatis proba-
tionis non sufficit, quód per Fiscum præ-
tendatur, nisi etiàm de ea in actis legitimé
constet, quiá cum Iudicibus, non constito 8
concludentèr de corpore delicti, sint liga-
tæ manus, qualitas inductiua dictæ limita- 9
tionis tamquàm fundamentum recipiens
ex dicta probationis difficultate, & conse-
quutiué tribuens iurisdictionem, in primis
est probanda, antequám iurisdictio exer-
ceatur *l. 2. §. sed si Dubitetur, ff. de Iudic. Farinac. quæst. 21. num. 87. Vermigliol. cons. 59. num. 3.*

Delictum verò facti permanentis, est 10
quòd post se vestigia relinquit, ad ipsius
probationem requirit plenas, & concludē- 11
tes probationes, & de eo constare debet vel per ocularem inspectionem, vel per testes omni exceptione Maiores, vt Docet *Clarus in practica Crimin. §. finali quæst. 4. Farinac. d. quæst. 2. num. 6. vbi latè, Guazzin. d. deffens. 4. cap. 2. n. 17. Franc. Becc. cons 70. num. 12 cum seqq. Alment. Ciazz. desecpt. Criminal. 18. num 34 & dissep.*

discept. 26. num. 139. par. 1. Caball. resolut. 255. num. 1. Vermigliol. cons. 11. num. 9. & 10. & cons. 234. num. 4. & cons. 159.
12 *num.* 15. vbi quòd aliàs cessat omnis vexationis prætextus; & si hæc procedunt in omnibus delictis facti permanentis, multò fortius obtinere debent in delictis
13 grauibus, qualis est falsitas, quià in hoc Crimine tamquàm irrogante infamiam,
14 propter illius grauitatem requiruntur probationes magis concludentes, magisque exactæ, quàm in alijs Criminibus, secundum *Glos. ab* omnibus approbatā *in l. Iuris gentium § quòd ferè ff de pactis Grammat. cons. 19. num. 3. & cons. 30. num. 3. Sylvan. consil. 7. numer. 19., & seqq. Vermigliol. cons. 198. num. 1. & cons. 256. pariter num. 1. Rota post. 2. vol. cons. Fari-*
15 *nac. decis. 121. nu. 2.* Ità vt debeant per necesse esse concludentes, non autem per possibile *l. neque natales Cod. de probat. Bald. in l. Imperator. column. 3. ff. de stat. homin. Dec. cons. 175. & cons. 102. num. 37. inter consilia Criminalia diuers. Castrens. cons. 371. vol. 1. Boss. de falsitate num. 49. & 50.*

His ità præmissis, Rota in causa prætensæ falsitatis Testamenti Benedicti Rubei contrà Nicolaum Bobbium, & Ioannem
16 Antonium Axeretum pronunciauit eosdē fore, & esse absoluendos, prò vt eos absoluit; quià non fuit concludentèr, & sufficientèr probatum corpus delicti prætensæ falsitatis.

Inquisitio enim contrà eos formata cō-
17 tinebat, *quòd Bobbius quoddam Testamentum nomine dicti Benedicti Rubei confici curauisset, subque illo falsò appolsuisset subscriptionem nominis Ioannis Andreæ Tacconi Notarij, illius manum, & caracterem imitādo, dictumque testamentum tali falsa subscriptione roboratum suppasuisset opè, & cōsilio Ioannis Antonij Axereti in protocollis dicti Notarij Ioannis Andreæ Tacconi.*

Ad absolutionem veró prætensorum reorum Rota deuenit ex infrascriptis fundamentis.

Licèt enim passim apud omnes decan-
18 tata sit iuris conclusio, quòd falsitas tamquàm delictum difficilis probationis, præsumptionibus, & coniecturis probetur, hanc tamen conclusionem nō Iudaicè in-
19 telligendam existimauerunt DD., sed cum distinctione inter falsitatem intrinsecam, & extrinsecam. Prima etenim, 20 quià non est facti permanentis, nec post se delicti signa relinquit, vt pura, quando Notarius de falso Instrumento, seù Testamēto rogatur, & prætenditur contenta in eis nequaquàm esse vera, sed Notarium falsum scripsisse, & hoc casú adaptatur conclusio supradicta, quòd falsitas probetur præsumptionibus, & coniecturis, qui casus non est ille de quo agimus; Quòd si 22 de falsitate extrinseca agatur, & quæ est facti permanentis, & oculis corporeis cōtinuó subyeitur, & qualis erat illa de qua inquirebātur Bobbius, & Axeretus, debet p'eoē, & eōcludentèr probari, vl per ocularem inspectionem, & relationem medio iuramēto faciendā, & in actis redigēdā, vel per Testes omni exceptione maiores, nō autē per præsūptiones, & coiecturas probari, vt Magistralitèr benè ad propositū di- 23 stinguendo inter vnam, & alteram falsitatis speciē docet *Guazzin. ad deffensam reor. deffens. 4. cap. 9. n. 30. & seqq.* cū quo transit. *Vermigliol. cons. 230. num. 3.*

Ad probandum corpus delicti prætensæ falsitatis quatuor ad instantiam Fisci te- 24 stes examinati fuere, nempè Ioannes Dominicus Peri, Ioannes Franciscus Fraffinetus, Franciscus Maria Gazinus, & Iacobus Maria Faffiè, quorum duo primi, nempè Peri, & Fraffinetus viso protocollo Io. Andreæ Tacconi, & pluribus subscriptionibus manù eiusdē in eo existentibus, deponunt tres subscriptiones in dicto protocollo ēsse dissimiles à reliquis in eo contentis, videlicèt, subscriptionem existentē sub Testamento q. Benedicti Rubei, Item aliam sub Testamento Dorotheæ filiæ q. Francisci Liceti, & aliam sub quodam Instrumento quietationis facto ad fauorem cuiusdam del Rē, eamque sui dicti rationē reddunt, nempè Fraffinetus, quià subscriptiones in dictis tribus Documentis exaratæ sūt grauì, & pōderata manu, & vt aiunt *stentate, & affettate*, Cæteræ veró faciliori, & currenti manū conscriptæ; Ioannes Dominicus Peri verò aliam diuersitatis rationem assignat, nempè quià subscriptiones quas

quas dissimiles putat,sunt ex litteris conca-
tenatis, cæteræ veró constãt ex litteris so-
lutis. Franciscus Maria Gazinus,& Fascie,
viso pariter dicto protocollo, deponunt
solummodò super dissimilitudine subscrip-
tionis existentis sub Testamento Benedi-
cti Rubei rationem reddentes, nempè
Gazinus,quià ità cognoscitur ex caractere,
& litteratura; Fascie verò dicit, quòd nõ
est dicti Ioannis Andreæ Tacconi, quiá
pluries ad eum accessit,vt subscriberet le-
galitates,& quià dictus Io. Andreas pũctis
distinguebat, verbum, Io. ab Andreas, &
concatenare solebat T. Maiusculum, nec
secabat, prò vt sectum est, quod videtur
sub Testamento dicti Benedicti,Item quià
non conscribebat tanta facilitate verbum
Notarius, qua videtur exaratum in dicta
subscriptione.

25 Ex istis Testium Fiscalium depositioni-
bus satis in tuto videbantur esse iura Fisci
contrà prætensos reos pró falsitate Testa-
menti dicti Benedicti Rubei, concurenti-
bus præcipué plurimis præsumptionibus,
& coniecturis per D. Fisci Aduocatum
consideratis.

Sed ex Deductis in deffensiuo processu
visa fuere DD. Corruere omnia funda-
menta,quibus tota offensiui processus ma-
china nitebatur.

26 Primi enim duo Testes prò parte Fisci
examinati nempé Peri, & Frassinetus,
quià plurà amplecti voluerunt, nihil strin-
xerunt, vt vulgó dici solet; Isti enim vt
supra dictum fuit, viso protocollo Tacco-
ni affirmauerunt, tria in eo extare docu-
menta dissimili manù á reliquis subscrip-
ta, nempéTestamentum Benedicti Rubei,
Dorotheæ Liceti,& Instrumentum quie-
tationis ad fauorem illius del Ré, & tamẽ
exTestibus addeffensam examinatis con-
cludentér fuit probatum, Testamentum
Dorotheæ Liceti, & Instrumentum quie-
tationis esse subscripta manũ,& caractere
Ioannis Andreæ Tacconi; fuit enim pro-
ductus liber priuatus, & domesticus Frã-
cisci Liceti Patris dictæ Dorotheæ,in quo
inter cætera adnotatum reperitur, Ioan-
nem Andream Tacconum rogatum fuis-
se de Testamento Dorotheæ eius filiæ, &
Ioannnes Baptista Lauagninus primus
Testis, & Lucas Peragallus quartus Te-
stis ad deffensam examinati, nedùm ple-
né, & concludentèr recognoscunt manũ,
& litteraturam dicti Francisci Liceti, sed
quód omnem dubietatis ansam de medio
tollit, deponunt se interfuisse publicatio-
ni dicti Testamenti,& vidisse dictum Ioã-
nem AndreamTacconum illud publicare, 27
deque eo rogatum fuisse,& sic suntTestes
Testamentarij, quibus propterea magis
est eredendum, cum de veritateTestamẽ-
ti deponant, quàm Peri, & Frassineto
illud reprobantibus; ex vulgata Iuris regu- 28
la, quód magis creditur Testibus coadiu-
uantibus Instrumentum,quám illud impu-
gnantibus,vt per Doctores in *cap.cum Ioã-
nes Heremit. de fide Instrumentorum*, *Boss.
tit. de falsit. n. 31. Foller in pract. Crimin.
in verbo Item quòd commisit falsitatem, n.
64. Gabriel. de testibus conclus. 4. num. 83.
Iulius Scarlatinus inter cons. Crimin. diuer.
sor.* 118. *num.* 20. *in fine lib.* 1. vbi quód
hæc est communis opinio, tám Canoni-
starum, quám Legistarum, & intér eadẽ
consilia *Ferrand. Garger. cons.* 125. *num.*
44. vbi paritér de communi *BertaZol cons.*
398. *num.* 9. Et hanc opinionem esse ad-
eó veram affirmat *Farinac. de falsit. quæst.*
158. *n.* 148. vt procedat etiã quodTestes 29
reprobantes Instrumentũ essent mille, &
illudCoadiuuantes essent solũmodó duo.

Quibus itá in iuré procedentibus cla-
rũ remanet,quòd dicti Peri,& Frassinetus 30
vti qui erroneé deposuerũt super Testa-
mento dictæ Dorotheæ, & Instrumento
ad fauorem del Ré, nullam merentur fidẽ
neque de eo quòd deponunt super Testa-
mento Rubei, quià Testis, qui est erra-
tus, ne dicam falsus in duobus,in omnibus
talis reputatur ex alia Iuris regula, quód 31
testis in vno falsus, in omnibus talis repu-
tatur,ratione iuramẽti quòd est indiuiduũ,
quam infinitis cumulatis firmat *Farinac.
quæst. 67.num.* 111. eiq; nulla fides est ad-
hibenda *Rota decis* 79. *num.*1. *post* 2. *vol.
cons. Farinac. Vermigliol. cons.* 60. *n.* 19.

Sed neque,hoc solúm,(qui tamen ma-
ximus est) laborare visæ fuerunt deffectu
Depositiones Peri, & Frassineti, verùm
etiàm peccant in substantialibus eorum
peritiæ,quià insufficientes sui dicti rationes
red-

reddunt;nã quòd facilior sit vel tardior lit-
teratura, non infert, quòd sit eadem;Scri-
bentes enim quandoqué studiosè, & mul-
totiès celeri manù conscribunt, vt quoti-
dié nos experientia docet, & neminem
præterit plerumqué verbum cum verbo,
litterã cum litera ab eodem scribente cõ-
catenari solere,& sæpé sæpius solutũ poni,
32 Ideoq;nõ ex his, & similibus rationibus
probatur similitudo,aut diuersitas manus,
& caracteris alicuius per litteratum com-
parationem,sed maiores requiruntur; Ob-
33 seruandi enim sunt tractus,comparatio lit-
terarum, modus, & vt vulgò dicitur *l'aria*
prout passim Doctores materiã hanc tra-
ctantes sedulò admonent, & præsertim,
*Bald in l. comparationes num. 31. vers. in-
spicere debent earum tractus Cod. de fide
Instrumentorum, & ibi Salycet. num. 19.
Lanfran. de Orian. in l. admonendi num.
52. vers. quòd dissimilitudò litterarum ff.
de Iure Iurand. Vulpel. cons. 135. num. 8.
& 9. Menoch. de Arbitrar. lib.2. casu 114.
num. 37. Treuijan. decis. 52. num. 24. Fa-
rinac. in fragmen. Criminal. littera C. num.
494. vers. considerare debent Peritò tàm lit-
teras simplices, Patzschman lib. 2. controuer-
siar. Iuris quæst 2. num 14.* & optimé ad-
uertit *Rota in Bononien. de Maluetijs 28.
34 Maij 1587. coràm Platto § 1. vers. consi-
deranda sunt singula dictiones, elementa,
tractus verborum, & singula littera. &
35 coràm Coccin. decis. 199. num. 32. vers.
Periti inspiciant singulas litteras seù elemen-
ta, dictiones, & C. part. 5. recent.*
36 Et tenentur etiám interrogati reddere
rationem eorum dicti, nec sufficit eos at-
testari de similitudine, vel dissimilitudine
manus, eò quià periti sunt *Farinac. de te-
stibus quæst. 70. num. 79.*
37 Præterea manus tardior, aut velocior,
potuit nedúm casu euenire, sed ex debi-
litatione digitorum, qua laborabat Nota-
rius Tacconus, vt probatur tàm ex pro-
cessù informatiuo, quàm deffensiuo.
38 Punctorum autem omissio, ex qua Mo-
uetur Fascie ad dicendum subscriptionem
non esse Notarij Ioannis Andreæ Tacco-
ni, nihil paritér visa fuit facessere,quiá ni-
39 hil est tám facile, quòd imitetur, & quan-
dò allegari potest aliqua causa vel excusa-
tio, numquàm est sumenda præsumptio
falsitatis *Glos. in l. Iuris gentium §. quòd
ferè vbi Iason. num. 10. ff. de pactis, Clar.
in §. falsum n. 36. vers. Item debet, Sforz.
Odd. cons. 78. num. 50. Hodiern. controu.
forens. lib. 1. cap. 2. num. 21.*
Sed esto sufficientissimas eorum dicti
rationes reddidissent testes Fiscales,adhuc
tamen neque sufficiens indicium fecissent
ad torturam; indubitatum enim est in iu-
re,quód probatio ex comparatione littera- 40
rum fallacissima est, & periculosissima,
& *Rimінal. Iunior cons. 136. num. 19. &
seqq. lib. 2.* testatur, quendã fuisse in ma-
ximo vitæ periculo positum ex depositio- 41
ne Testium,qui dicebant quãdam scriptu-
ram esse illius manù conscriptam, sed
quòd tandem detecta veritate ille inno-
cens fuit dimissus, & qui veré falsitatem
commiserat fuit furcis suspensus, *& Gua-
zin. ad deffen. reor. deffen. 20. cap. 23. n. 60.*
refert simile euenisse Romæ in principio 42
Pontificatus Sixti Quinti in persona Vin-
centij Butij, & temporis Clementis Octa-
ui in persona Episcopi Sagonensis in Insu-
la Corsicæ, & in ipsis terminis probatio-
nis Testamenti, per comparationem litte-
rarum comprobatum fuit in cælebri illa
causa Mantuana,in qua prò validitate Te- 43
stamenti scripsit *Gozadin. in cons. 3.* &
prò nullitate *Paris. in cons. 19. vol 3.*
Nam aliqui Testes recognoscebant cedulã
Testamentariam pró scriptura Testatoris,
pars aduersa fecit imitari dictam manum,
& posteá producta illa scriptura imitata,
interrogati fuerũt Testes,an illa esset scrip-
tura Testatoris, qui maturé re considerata
affirmarunt illam esse manum Testatoris,
& sic fuerunt delusi, & conuicti, quòd 44
ista probatio est fallax,& illis Græca fides
fuit adhibita; quale stratagemma quoquè
adduxit *Cyriac. controu. 444. nu. 88. vers.
quòd notabili stratagemmate.*
Hominum enim manus alteratur ratio- 45
ne temporis, & ex qualitate attamenti, &
quandoquè ex qualitate Calami,vndé di-
xit *Odoffred. in d. l. comparationes num.
10. Cod. de fide Instrumentorum,* quòd non 46
fuit homo, neque erit ab Adam vsque ad
consumationé sçculi,qui in scribendo for-
mam litterarum non mutet, & idem la-
tissi-

tissimé prosequitur *Farinac in fragmentis*
47 *Criminalibus litt. C. num.* 449. Proindè
q; hanc probationem litteraturæ alicu-
ius per comparationem, vel per recogni-
tionem manus à Testibus factá, qui dicāt
se vidisse pluriés aliquem scribere, Ideò
qué illius manum notam habere, non fa-
cere indicium sufficiens ad torturam, trad-
dunt *Guazzin. d. deffen.* 20. *cap.* 23. *num.*
3. *vers. incontrarium autem est veritas Tre-*
nssan decis. 52. *num.* 28. *Grammatic. Dec.*
48 34. *num.* 14. *Vermigliol. cons.* 4. *num.* 1.
vbi inquit, quòd licet talis forma recogni-
tionis de stylo Curiæ in Ciuilibus admit-
tatur, non tamen admittitur in Crimina-
49 libus, & *cons.* 8. *nu.* 9. præsertim non iusti-
ficata mala fama inquisiti *Farinac. d. verb.*
comparatio num. 446. *&* 448. *Ciazz. di-*
scept. Criminal. ad deffensam cap. 28. *num.*
1. *Vermigliol d. cons.* 4. *&* 8. *num.* 9.

Exclusis itaque Ioanne Dominico Pe-
ri, & Fratre eto Testibus Fiscalibus, qui nul-
lam merentur fidem proptér manifestissi-
mum erroré, in quem inciderunt, & de quo
remanent conuicti ex Testibus ad deffé-
sam examinatis, vt supra fuit ostensum,
remanet sola probatio corporis delicti re-
sultans ex depositionibus Gazini, & Fa-
sciè, qui quór patiantur exceptiones, satis
superqué constat ex supradeductis, & ex
congestis per *Menoch. de arbitrarijs casu*
114. *& per Farinac. d. verbo comparatio n.*
50 48. *& seqq.* Quæ an sit itá clara, & indu-
bitata, & veritas alitèr se habere non pos-
sit, vt requiritur in probatione falsitatis, sa-
tis vnusquisq; viderit, dum Rotæ nedùm
talis visa fuit, sed turbidissima, & valdè á
veritate aliena: Enim veró examina-
nati fuerunt ad deffensam tres, videlicèt
R. Ioannes Franciscus de Plebe Coadiu-
tor Ecclesiæ Parochialis S. Petri, Ioan-
nes Baptista Badaracus Notarius Curiæ
Archiepiscopalis, & Dominus Ioannes
51 Hieronymus Tassorollus, quorum primi
duo ex qualitatibus Sacerdotij, & Nota-
riatus sunt maxima fide digni; Hi omnes
cum sufficienti redditione rationis atte-
stantur subscriptionem existentem subtùs
Testamentum Benedicti Rubei esse scrip-
tam manú, & caractere Ioannis Andreæ
Tacconi,

Reddunt autem omnes supradicti suffi- 52
cientem causám scientiæ, quià recogno-
scendo eamdem subscriptioné, deponunt
id scire, quia pluriès atque pluriés viderūt
dictum Notarium scribere, quæ ratio non 53
solùm est sufficiens ex Iuris Communis 54
dispositione, vt *ex Verran.*, *& alijs Rota*
decis. tradit. Grann. Theorem. 15. verum
etiám dispositione Iuris muncipalis huius
Serenis. Reipub. *sub rubrica de probat.*
scripturarum priuatarum in §. 2. de quà
meminit *Paulus Rub. resol* 28. *num.* 415; 55
vbi inquir quód hoc procedit ex generali
consuetudine in hac Ciuitate, quæ tamquā
notoria non est probanda.

Et quamuis R. de Plebe, & Tassorellus
in eorum depositionibus dicant dictam
subscriptionem sibi videri manū Ioannis
Andreæ Tacconi exaratam, attamen suffi-
cientem rationem ex eorū dictis ad hunc
effectum recognitionis manus exoriri, DD.
existimanerūt. Quamuis enim Testes du- 56
bitatiué deponentes nihil probent *Lancel-*
lot. Gallia cons. 42. *num.* 24. *Menoch. cons.*
1111. *num.* 1. *&* 3. *Rot. apud Buratt. decis.*
538. *num.* 10. *& firmatur in Bononien. fi-*
deicommissi de Victorijs 5. *Maij* 1655. §.
nulla qua vis coràm R. P. D. Zarate, nihilò 57
minùs quandò credulitas in teste est cau-
sata á sensú inferente itá credi debere,
tunc etiám si testis deponat per verba
videri, iudicio suo vel similia, eius dictum
probat, itá Magistralitèr docet *Bald in l.*
solam. quæst. 5. *Cod. de testib. quem sequi-*
tur Ruin. cons 46. *num.* 12. *lib.* 4. Et ad
hoc multùm conferunt quæ notat *Cyn.*
in l. testium Cod. de Testibus & Abbas in 58
cap. quoties eodem titulo dicentes, quód vbi
credulitas est proxima sensui, per quem
percipitur veritas, tale testimonium vale-
bit, secùs vbi sit remota á tali sensū; Qua-
proptèr cum Testes adhibiti super reco-
gnitione dictæ subscriptionis dicant, sibi
videri esse scriptam manu Ioannis An-
dreæ Tacconi, & rationem sui dicti red- 59
dant, eò quòd pluriès viderunt eum scri-
bere, & itá habent notitiam manus, meri-
tó probant ex *Ruin.* vbi supra, & in
puncto quòd manus alicuius sufficientèr 60
probetur, licèt testes super recognitione
examinati dicant, sibi videri, manū talis
con-

conscriptam, dix it *Gratian: discept. forens. cap.* 895. *num.* 33. *&* 50. *Rot. apud Serafin. decis.* 522. *num.* 20. vbi quòd verbū
61 videtur, aliquandò importat, & denotat veritatem ex *Barol. in l.* 1. *in principio de ventre in spiciend. Rot. apud Gaualer. decis.* 553. *num.* 6. *& coràm Mantica decis.* 39. *nu.* 2. vbi quòd itá sæpius Rota iudicauit, *Paulus Rub. resolut.* 28. *num.* 417. *& seqq.*

Neque etiàm refragari visum fuit, quòd Ioannes Baptista Badaracus videatur, ni-
62 mis animosé deponere, nam tales reddit rationes, & itá fundaté loquitur, vt nequeat istis inanibus exceptionibus redargui, nec animositas elicitur ex eo quod absque dubitatione dicat esse manum, & litteraturam dicti Ioannis Andreæ, quiá huiusmodi verba sunt intelligenda secundùm materiam subiectam, nempé, quantum Iudicium suum ferre potest.

Ex depositionibus itaqué dictorum trium Testium ad deffensam examinatorum pœnitus euertitur omnis reatus macula, quæ contrà prætensos Reos ex informatiuo insurgebat, cum nedùm sint nu-
63 mero æquales Testibus Fisci, & sic debeāt illis præferri *l. absentem, l. si præses l. Interpretatione ff. de pœnis, Riminal. Iun. cōs.* 359 *n.* 39. *& laté tradit Mascard. de probat. conclusione* 497. *num.* 15. *vbi infinitos cumulat, & Guazin. ad deffensam* 29. *cap.* 1. *num.* 2. *& cap.* 3. *n.* 13. vbi quòd in pari numero magis creditur Testibus
64 deponentibus pró non commisso delicto, quàm de commisso, quiá illi attestantur de eo, quód est naturæ consentaneum, quæ præsumit hominem non delinquere
65 *l. merito ff. pro Socio*; verum etiàm quiá sunt digniores Testibus Fisci; quò casú etiám si essent in numero inęquali, illis præferentur ad tradita per *Caball. casu* 248. *num.* 48. *centur.* 3. *&* deniqué quiá sunt in numero superiori Testibus Fisci, sublatis enim Peri, & Fraffineti (quorum dicta non merentur attendi ex rationibus supra ponderatis) de delicto, & illius corpore solúm deponut Gazinus, & Fascie, & pró non delicto R. de Piebe, Badaraeus, & Tassorellus, qui propterea præualere debent Testibus paucioribus Iuribus, & authoritatibus vulgatis, præcipuè 66
cum deponant super affirmatiua, & Testes Fisci super negatiua, ád tradita per *Farinac. quæst.* 65. *num.* 200.

Verùm Indulgeatur, & hoc Iuribus Fisci, quòd supra dictorum Testium ad deffensā examinatorū depositiones plenam non faciant innocentiæ probationē, quis tamen inficiari audebit, quòd non patiant semiplenā, & vt dicamus dubiā? quòd si hoc concedatur, (quòd citrá temeritatis notam negari nequit) cui dubiùm, quòd probatio dubia ad fauorem 67
Rei, probet concludentér eius deffensionem, & innocentiam? *vt voluit Farinac. cons.* 79. *num.* 271 *relatus à Vermigliol.* 68
cons. 16. *num.* 22. *&* 23. quæ probatio dubia, tollit concludentem Fisci probationem, *Farinac. cons.* 78. *num.* 28 *in fine.*

Et vt cum *Guazin. dicta deffens.* 29. *cap.* 1. *num.* 1. circa hanc deffēsionis materiā, & illius priuilegia receptū canamus, suf- 69
ficit Reo, ad obtinendam absolutionem, vt Fisci Intentionem offuscet, cum indecens sit in re dubia ferre certā sententiā, 70
ne veritas offendatur, & hanc opinionem, inquit *Grammat decis.* 56. *nu.* 18. quòd totus Mundus sequitur, eamque nos se- 71
qui tutiùs existimauimus in hoc falsitatis Crimine, quòd non datur absqué concludentissimis probationibus, vt *dixit Rota coràm Cardinali Mantic. decis.* 302. *num.* 1. *Vermigliol. cons.* 250. *num.* 2. & quæ 72
semper excluditur, data possibili veritate in contrarium, *idem Vermigliol. cons.* 18. *num.* 6. *& cons.* 198. *num.* 5.

Superfluum duximus præsumptionibus & coniecturis per M. Fisci aduocatū pōderatis singillatim respondere (quod tamen facili negotio præstari potuisset) quiá non constito de corpore delicti, & 73
vbi illud non apparet, indicia, & præsumptiones nihil operantùr, *Farinac cons.* 151. *n.* 6. *&* in puncto falsitatis *Seff. decis. Aragon.* 109. *nu.* 23. *vers. & hoc modo*

Et itá decisum vtraq; parte informāte, & pluriés in Contradictorio audita.

VOTVM

VOTVM OCTAVVM.

SVMMARIVM.



Itulus delicti, qui est emptio rerum furatarum ponitur, nu. 1. Statuti Genuæ Criminalis rubr. de furib. in fine lib. 2. explanatur num 2. Statutum, Genuæ de furib. in fine non vendicot sibi locum nisi cùm quis sciens emit rem furatam, num. 3.

Qualitas, à Statuto requisita debet per Fiscum probari, num. 4.

Ampliatur conclusio nedùm, quandò qualitas esset affirmatiuè probanda, sed etiàm si negatiuè, num. 4.

Factùm qualificatum, qui tenetur probare, non iuuatur probatione facti sine qualitate, num 6.

Scientia emptoris rem fuisse furatam, ad hoc vt teneatur pœna furti, vel extraordinaria à lege vel statuto, est necessaria, num. 7.

Emptor si ignorauerit rem fuisse furto subtractam, non potest aliqua pœna puniri, num. 8.

Probatio qualitatis rei furtiuæ debet esse plena, & concludens, non autem per præsumptiones, & coniecturas, num. 9.

Scientia à Statuto requisita plenè, & concludentèr debet probari, non per præsumptiones, & coniecturas, vt pœna à statuto Imposita locus sit num. 10.

Probatio præsumptiua huiusmodi scientiæ ad fauorem Fisci, an admittatur, n 11.

Scientia rei furtiuæ præsumitur ex clandestinitate in emptione rei, num. 12.

Hospitium seù caupona est locus publicus, & caupo dicitur persona publica, num. 13.

Concursus, & præsentia plurium hominum, qualitas loci, in quo emptio, & venditio fuit perfecta, omnem clandestinitatem excludit, num 14. & notorietatem præsefert ibid.

Clandestinè, quandò quid fieri dicetur, quo casu dolus abesse præsumitur, num. 15.

Differentia inter actum factum palàm, & factum publicè, num. 16.

Palam fieri dicitur, quòd geritur coràm Testibus, num. 17.

Publicè fieri dicitur, quandò solemnitèr, & publicè aliquid fit num. 18.

Actus palam factus licèt non publicè, opponitur actui clàm gesto, num. 19.

Præsumptio scientiæ rei furatæ asseritur, si sericum in sacco subtus lecto asseruatur à venditoribus, num. 20.

Præsumptio huiusmodi ex serico inuento in sacco subtus lectũ, est leuè indicium, n. 21.

Præsumptiones parui pretij non sufficiunt ad condemnandum aliquem in pœnam à statuto impositam, num. 22.

Scientia rei furatæ præsumitur ex modicitate pretij, num. 23.

Pretium modicum, vel rigosum dicitur, habito respectù ad valorem communem, num. 24.

In emptione; & venditione licet contrahentibus vsque ad medietatem iusti pretij se decipere, num: 25.

Emptor sagax, quòd ad sui vtilitatẽ procurauit, non debet in eius odium conuerti, num. 26.

Mercatores solent communitèr lucrari dimidium pretij à se erogati in emptionem mercium, num. 27.

Epidimiæ tempore merces, & suppellectilia viliori pretio vendi solent, nu. 28. & quarè vilius sit pretium, num. 29.

Pretium alicuius rei ad arguendum, non attenditur natura eius, sed hominum opinio & æstimatio, num. 30.

Pretij ex modicitate omnes Doctores volunt argui furti scientiam, cum modicitas versatur vltrà dimidiam iusti pretij, num. 31. & 32.

Rota Criminalis Genuæ non considerat modicitatem pretij ad effectum reum puniendi, vti furti conscium, si non fuerit superlucratus vltrà medietatem pretij à se arogati, num 33.

Votum Rotæ Criminalis in casù isto, nempè Reum fuisse indebitè vexatum, num. 34.



ARGVMENTVM.

Ianuen. Prætensæ emptionis Rei furtiuæ.



1 ABSOLVENDVM Rota censuit Franciscum Scortiam processatum, & inquisitum de emptione cuiusdam quantitatis Serici per Fiscum prætensi furati; Quamuis enim ex dispositione Statuti Criminalis huius Serenis. Reipub. *lib. 2. sub rubrica de furibus* cautum repetiatur, quòd si quis sciens rem furatam
2 emat, teneatur ad duplū eius, quòd valet res furata, nihilominùs ex duplici fundamento Scortiam dictæ pœnæ nequaquàm fuisse obnoxium DD. censuerunt.

Et primò animaduerterunt, quòd statutum non simplicitèr punit ementem
3 rem furatam, sed ità demùm si scientèr hoc fecerit, & sic qualificat dispositioné, vt non vindicet sibi locum, nisi cum quis sciens rem furatam emit; Quapropter
4 nota succedit in iure Regula, quòd qualitas á statuto requisita, debet per Fiscum probari *Bart. in l. ait Prætor ff. nequid in loco publico Marsil. singul. 287. & in l. siquis ff. de q. Farinac. cōs. 10 n. 23. &* 24. vbi
5 quòd hoc procedit nedū quandò qualitas affirmatiuè esset probanda, sed etiám si negatiuè *& cons. 65. num.* 4. ea ratione
6 quiá qui tenetur probare factum qualificatum, non iuuatur probatione facti sine qualitare, ad tradita *per Vermigliol. cons.* 465. & in terminis ementis rem furatam, quòd ad hoc vt teneatur pœna furti vel extra-
7 ordinaria à lege vel statuto imposita, necessaria sit scientia emptoris rem fuisse fu-
8 ratam, tradit *Farinac. de furtis quæst.* 177. *num.* 16. *& seqq.* aliàs enim si ignorauerit rem fuisse furto subtractam, etiám si emerit, non potest aliqua pœna puniri, vt firmat idem *Farinac. vbi supra num.* 20. *cum pluribus ibi relatis,* & probatio huius-
9 modi qualitatis debet esse plena, & concludens, non autem per præsumptiones, & coniecturas *Ludouic. decis. Lucen.* 52. *num* 28. *Farinac. cons.* 37. *num.* 11. *cons.* 33. *num.* 13. *&* 14. & in terminis scientiæ
10 á statuto requisitæ, quòd plenè, & conclu- dentèr debeat probari, non autem per præsumptiones, & coniecturas, ad hoc vt pœnæ á statuto impositæ locus sit, tradūt *Alberic. de Rosat. in l. in Ciuilem post num.* 3. *Paul. de Cast. num.* 2. *& Syccard. nu.* 7. *Cod. de furt.* relati à *Farinac. vbi sup. nu.* 22. *& cons.* 70. *num.* 9. *&* 38. *& cons* 78. *num* 2. *& cons.* 60. *num.* 94. *& cons.* 125. *n.* 8. *propè finem, Vermigliol. cons.* 246. *n.* 5. *vbi allegat decis. Rotæ coràm Durā. & Buratt.* 11

Verùm quatenùs etiám probatio præsumptiua huiusmodi scientiæ ad fauorem Fisci in hoc casú admitteretur, nihilò minus coniecturas, & præsumptiones contrá Scortiam á Fisco ponderatas nequaquā esse sufficiētes ad huiusmodi sciētiam in eo arguendam, DD. existimauerunt.

Prima enim ex eo deducta, quòd Scortia sericum clàm emerit, & ex qua clan- 12 destinitate sciētiā rei furtiuæ præsumi, in proposito tradit *Farinac. d. quæst.* 177. *num.* 25. si beneé factum præsentis Processus perpendatur, nequaquám in facto subsistit; Scortia enim emit sericum in hospitio Antonij de Ferrarijs, qui locus est, & 13 reputatur publicus, prò vt, & publica persona reputatur, & ipse Caupo, qui propterea etiám inuitus hospitari cogitur *iuxta Doct. Bartoli in l omnes, la seconda sub nu.* 1. *Cod. de Agricol. & censit. lib.* 11. quem sequitur *ibi Alex. in addit. Cabal. cas.* 287. *n.* 70.; Secūdò illud emit interuentū, & opera duorum proxenetarum, & in eorum præsentia, prò vt, & in præsentia dicti An- 14 tonij Cauponis, & trium aliarum personarum dictum Sericum vendentium; At quiá concursu, & præsentia tot hominum, & qualitas loci, in quo emptio, & venditio perfecta fuit, omnem clandestinitatē excludit, & potiùs notorietatēm præsefert; clandestinè enim quid fieri dicitur, quòd in loco secreto, & remotis Testibus geritur, non quòd interuentū tot hominum perficitur, cum hoc casú dolus abesse præ- 15 sumatur, valdé enim interest inter actum factum palàm & factum Publicè; siqui- 16 dem palā dicitur fieri quòd geritur coràm 17 Testibus; Publicè verò quod solemnitèr, & 18 publicè aliquid fit, & publicatur, vt optimé animaduertendo differentiā inter verbum palàm, & verbum publicè notat *Cabal.*

19 *cas.* 291. *num.* & 14. atqui cum actus palàm factus si non publicò opponatur actui clàm gesto, nullo pacto emptio huiusmodi coram tot Testibus facta potest dé clandestinitate Notari *Bertazzol. cons.* 32. *num.* 17. & *cons.* 38. *nu.* 12.

Secunda scientiæ præsumptio illa à Fi-
20 sco in medium afferebatur, quòd Sericũ in sacco subtus lecto asseruabatur à Venditoribus, ex quo facilè poterat Scortia suspicari res in dicto sacco existentes, & repositas furtiuas esse, At verò hæc scientiæ coniectura, prætér quàm quód in facto non subsistit, quià ex depositione Testium Fiscalium apparet, Scortiam in cubili introductum, post quàm Sericum fuerat ex sacco extractum, & super quadam tabula publicè expositum, vt ex lectura Processus apparet, quatenus etiàm in facto subsiste-
21 ret, vtique nimius esset rigor ex hoc leui indicio, furti scientiam in eo præsumere,
22 ad effectum enim condemnandi quem in pœnam á statuto impositam, non sufficiũt præsumptiones parui pretij, qualis esset ista, vt dicit *Farinac. d. quæst.* 177. *num.* 14 & 15. & *num.* 22.

23 Tertia desumpta ex modicitate pretij cessare visa fuit ex duplici fundamento, & Primo quidém quià Fiscus defecit in salutari suo, videlicét in probando valore Serici, & quanti tunc temporis perfectæ scilicèt venditionis venderetur; neque enim potest sciri án vili, vel caro, aut iusto pretio Scorcia emerit, nisi sciatur quantum tunc
24 valebat Sericum; modicum enim vel rigorosum dicitur pretium, habito respectu ad valorem communem, vt de se patet ad sensum.

Sed quatenùs etiàm hoc probatum fuisset, vt prætendit Fiscus, ex reuenditione ipsius Serici per Scortiam facta Barrabino prò libris octo, adhuc non potest ex hoc dici, quod Scortia vili pretio emerit ad effectũ præsumendæ scientiæ furti; in emptione
25 enim, & venditione licet contrahentibus vsque ad medietatem iusti pretij se decipere *l.* 2. *Cod. de rescinden. venditione cap. cũ d lectis & cap. cum causa de emptione,*
26 *& venditione*; Quà proptér quod sagax emptor ad sui vtilitatem procurauit, non debet in eius odium conuerti, & in hac Ciuitate, & alibi passim commune est, quod in Mercibus soleant Mercatores lu- 27
crari dimidiã pretij à se ærogati in emp-
tionem Mercium, illis præcipué tempo- 28
ribus post extinctionem æpidimiæ, in quibus consueuerunt vendi Merces, & suppellectilia vihori pretio, vt de perse notũ est; & multa possent reddere pretium hu-
iusSerici nedùm modicum aut minimum, 29
verum potius rigoròsum, vt si illud fuisset, vt aiunt, nostranũ, & in Vrbe post extinctam luem remansisset, & sic suffumigijs purgatum, quod facilè poterat suspicari Scortia; & Barrabinus Testis prò Fisco examinatus asserit, quod si ipse cogitauisset tale esse, nequaquàm ipsum pretio li-
brarum quatuor in singula libra emisset, 30
& ad arguendum pretium alicuius Rei non attenditur natura eius, sed hominum opinio, & æstimatio *Valasc. consult* 43. *nu.* 5. & in omnẽ casũ aduertendum est, quod
omnes *Doctores* in hac materia loquentes 31
inquiunt ex modicitate pretij argui furti scientiã, & sic cũ modicitas versetur vltra
dimidiã iusti pretij, vt *Guid. Pap. sing.* 938. 32
vtiq; modicitas pretij debet se extendere vltra medietatẽ psius, & tradunt cômunitèr *Doctores in l.* 2. *C. de rescindend. vendit.*

Quà propter cum Scortia non fuerit
super lucratus, neque medietatem pretij á 33
se ærogati, in eo non potest considerari, huius pretij modicitas, ad effectum eum puniendi vti furti conscium.

Sed incassũm laborauit Fiscus in hoc Processu, quià Sericum emptum, furatum fuisse nullibi in Processu apparet, & sic fuit disputatum de qualitate sine subiecto furti; omnes enim testes prò Fisco examinati inquiunt, Scortiam in hebdomada Lazari, & sic circá medietatem Quadragesimæ Sericum emisse, & illud quod Fiscus prætendit fuisse furatum hæredibus q. Francisci Mariæ Burgi, quodque præsumitur fuisse idem á Scortia emptum ex denunciatione Ioannis Piatti vnius ex Fideicommissarijs dicti q Francisci Mariæ Burgi, furatum fuit die 3. Aprilis, & sic vnum post mensem circitèr à perfecta emptione per Scortiam; ex quo luce meridiana clarius apparet, Sericum per Scortiam emptum nequaquàm esse illud dicto

Burgo

Burgo furatum, & de cuius furti scientia Fiscus Scortiam redarguebat: Ideóq; inanis fuit labor, & indebitè Scortia vexatus Et itá Decisum.

VOTVM SEV RESPONSVM NONVM.

SVMMARIVM.

Clericus, quandò Laicus reputatur, num. 1.

Thom. del Bene cap. 4. dub. 6. sect. 4. sub num. 40. declaratur, num. 2.

Clericus quandò priuilegio fori non gaudet, & sub num. 32, vsq; ad fin. num. 3.

Concil. *Trid. sessi. 23. cap. 6. non cauillandum, sed intelligendum, vt verè Clerici sint illi, qui in habitu, & Tonsura incedunt, & alicui* Ecclesiæ *inseruiunt, nu. 4.*

Clerici non dicuntur cessantibus requisitis Concilij, vel vno tantum ipsorum, quid si commisserint delictum, num. 5.

Lex Sacra odio habet Clericos proditores, num 6.

Clericos assassinos Pontifices priuant priuilegijs Clericalibus, num. 7.

Degradatio Ecclesiastici quomodò fiat, n. 8.

Clerici in minoribus constituti non remanẽt sub iurisdictione Iudicis Ecclesiastici, si non habeant requisita Concilij, quòd non est in Sacris Constitutis, num. 9.

Episcopi iurisdictio, quando læsa non dicatur, num. 10.

Interpratatio non est facienda, vbi sequantur absurda, & crescant scelera, nu. 11.

Differunt inter se tractare de amissione priuilegij fori, vel de remissione Clerici ad Laicum, num. 12.

Præuentio delicti, quandò detur in materia Clericorum delinquentium, num. 13.

Clericus quandò non possit declinare forum Sæculare, nec gaudeat fori priuilegio, num. 14.

Clericis non incedentibus in habitu, & Tonsura, nulla est facienda monitio, nu. 15.

Clericus, quandò præsumitur, bonus nu. 16.

Episcopus præsumitur obseruaße Concilium Tridentinum, num. 17.

Iudices Laici sunt magis rigorosi, quã Iudices Ecclesiastici, num. 18.

Thom. del Bene dictum ponderatur, nu. 19. & num. 22.

Sacra Congregatio Concilij sola potest declarare Concilium, num. 20.

Clericus vt gaudeat priuilegio fori, requiritur perseuerantia circà requisita Cõcilij n. 21. & sub num. 31.

Sperell. decis. 132. n. 29. declaratur, nu. 22.

Clericus repertus in domo sine habitu, & Tonsura, an gaudeat fori priuilegio, n. 23.

Clericus delinquens repertus in fraganti sine habitu, & Tonsura, non gaudet fori priuilegio, num. 24.

Barbos. de iur. Eccles. §. 2. cap. 39. num. 29. de priuil. Cleric. declaratur, nu. 25.

Episcopus potest sine scriptis aliquid ordinare, & sub num. 32. vers. nec quidquam, num. 26.

Sperell. decis. 133. num. 84. declaratur, num. 27.

Clericus non potest præiudicare ordini Ecclesiastico, nec Iurisdictioni Iudicis Ecclesiastici, num. 28.

Clericus potest deserere Clericatum per dimissionem habitus, & Tonsuræ, nu. 29.

Sperelli doctrina declaratur, & sub nu. 32. vers. secundò respondetur num. 30.

Decretum Sacr. Congregationis circà Clericos requisita Concilij non habentes, n. 31.

Respondetur ad authoritates Barbosæ, & Thomæ del Bene exad. allegat. num. 32.

Sac. Concil. Triden. sect. 23. cap. 6. mandat requisita, ad hoc vt Clericus in minoribus constitutus gaudeat fori Ecclesiastici priuilegio, num. 33. & quanàm sint ibid.

Requisita Sacr. Concil. Trid. quæ tria sunt, ad vnguem, & prò forma seruari debent, num. 34.

Et quare.

Requisita Sacr. Conc. Trid. debent copulatiuè concurrere, & non sufficit vnum, sinè altero, num. 35.

Clericus qui vult fori Ecclesiastici priuilegio gaudere, non solùm debet deferre Clericalem habitum, & Tonsuram, sed etiàm probare debet, se inseruijsse Ecclesiæ sibi assignatæ ab Episcopo, num. 36.

Dictio, &, de sui natura copulatiuorum concursum requirit, num. 37.

Per-

Perseuerantia circà delationem habitus, & Tonsura non solùm requiritur, sed etiàm circà seruitij præstationem in Ecclesia de mandato Episcopi, num. 38.

Clerico nō suffragatur adscriptio alicui Ecclesiæ ad effectum fori, quandò fuit adscriptus post delictum, num. 39. *Ratio est, ex quo Concilium loquitur per verba præsentis temporis, inseruiat, num.* 40.

Qualitates adiunctæ verbo, debent intelligi secundùm tempus verbi, num. 41.

Perseuerātia vsq; ad tempus delicti requiritur, nec sufficit, vrbit, vel ter inseruierit, num. 42.

Fisci Secularis fundamenta ne Clericus gaudeat fori priuilegio, sunt dum caret tribus illis requisitis à Sacr. Concil. Trid. num. 43.

Tempus commissi delicti, & captura secuta attenditur ad fundandā, & tribuendam iurisdictionem. num. 44.

Fori Ecclesiastici priuilegio non gaudet, quādò euidentèr constat habitum non esse Clericalem, vel aliquam non habere Tōsuram, num. 45.

Iudex Ecclesiasticus non potest de Clerico cognoscere, quandò est euidens habitum non esse Clericalem, num. 46.

Talis quisq; est habendus, in quali statu fuit repertus, num. 47.

Talis præsumitur ex habitu quem gestat, quousq; aliud appareat, qualis is esse, cuius fert habitum, num. 48.

Probatio quæ fit per rei euidentiam, inducit notorium, num. 49.

Iudex in notorijs esse potest, qui aliàs non potest, num. 50.

Episcopi mandatum requiritur circà seruitiū Ecclesiasticū per Clericum de essentia, & de forma, num. 51.

Forma seruanda ibid.

Licentia seruitij in Ecclesia potest per ordinarium dari oretenùs, num. 52.

Clericus, vt fori priuilegio possit gaudere, debet docere de licentia seruitij Ecclesiæ per Episcopum factæ per Testes, vel per scripturas, num. 53.

Clericus nedùm tenetur de licentia Episcopi probare, sed etiàm de discessu per ipsum facto à seruitio Ecclesiasticis sibi assignata de licentia Episcopi, num. 54.

Sacr. Conc. Trid. ad hoc vt Clericus possit fori priuilegio gaudere dat nouam formam, num. 55.

Clericus Tōsuratus quādò nō incedit in habitu, & Tonsura, nec Ecclesiæ inseruit, impeditur ne possit vti priuilegio fori. n. 56.

Clericus licèt non fuerit per eum seruata requisita Sacr. Conc. Trid. ad hoc subest iurisdictioni Iudicis Ecclesiastici, nu. 57.

Dictio, nullus, negatiua videtur inducere nouam formam, num 58.

Forma Concil. Trid. non seruata, Clerici *remanent sub iurisdictione Iudicis Secularis, num.* 59.

Et de ratione ibidem.

Sacr. Concil. *Trid. suppositum circà* Clericum, *num.* 60.

Decisiones Rotæ attenduntur tantum in eo quòd principalitèr firmāt, non quòd perfunctoriè, & materia non examinata enūciant, ibid.

Iudex Secularis habet præuentionem etiàm respectu Ecclesiastici in Crimine *exceptuato, nempè proditorio, num.* 61.

In Crimine *proditorio punitur affectus, licèt non sit secutus effectus, num.* 62.

Iudici aico iurisdictio in personā Ecclesiasticā fuit tributa etiā, vbi simplicitèr cōcurrerēt indicia ad torturā sufficientia, n. 63.

Sperell. decisio 133. *num.* 84. *declaratur ibid. & num.* 64. *vbi quòd loquitur in delictis non exceptuatis, secùs in delictis exceptuatis siuè à iure, siuè ab homine*

Motus proprius Vrbani VIII. allegatur remissiuè, num. 65.

ARGVMENTVM.

Ianuen Prætensi Clericatus.



AD doctissima motiua Reuerendissimi D. Gherardi Boselli dignissimi huius Curiæ Archiepiscopalis Vicarij Generalis facilis erit responsio, non quiàallegatæ propositiones veræ non sint, sed non applicātur casui de quo agitur, & talis est sensus Rotæ nostræ Criminalis deputatæ circà hoc factum á Serenissimo Senatu.

Etenim primum fundamentum circà acci-

accidentalem habitus dimiſſionem non
habendam in conſideratione, cũ requira-
1 tur talis perſeuerãtia, vt publicé dimittẽs
habitũ, Laicus exiſtimetur, nõ tollit quin
2 ſi dimittat ipsũ habitũ, priuetur priuile-
gio fori; nam *Thom. del Bene in allegato cap. 4. dub. 6. ſeſſ. 4. sub n.* 40. ponit duos caſus.
Alterũ de perſeuerãtia in dimiſſione habi
tus cũ hac qualitate, vt publicé Laicus exi-
3 ſtimetur, & alterum, quandò Clericus
ſimpliciter dimittit habitum, & Tonſu-
ram, & in vtroq; caſu videtur talem Cle-
ricum nõ gaudere priuilegio fori; nec ve-
rum eſt, quod ipſe *Thomas del Bene* reſtrin-
gat ſuum dictum, & opinionem ad dictũ
4 primũ caput, aliás ſi ſẽper eſſet, ſubuerte-
retur diſpoſitio *Sacri* Cõcil. *Triden. ſeſſ. 23. cap. 6.* quòd *Conciliũ* non eſt cauillandum,
ſed intelligendum, prout diſponit, vt nẽ-
pé ij dicantur verè, & propriè Clerici,
5 qui habitum, & Tonſuram deferunt, &
alicui Eccleſiæ inſeruiunt, & ceſſante
vno ex dictis requiſitis, quis Clericus non
dicitur, nec fori priuilegio gaudet, cum
dicta omnia requiſita ſimul debeant con-
currere vt *per Barbos. ad Concil. Trid. d. ſeſſ. 23. cap. 6. in verbo* Clericum *habitũ, & Tonsuram deferentem Ricc. decis.* 154. *par.* 4. & præcipué hoc abſq; hæſitatione mi-
litat, ſi Clericus habitum dimittat, & itá
6 delictum graue committat, nàm tunc for-
tiùs priuilegia denegantur; lex enim Sa-
cra odio habet iſtos proditores Clericos,
& ſceleſtos, quibus nedũ non aſſiſtit, ſed
eius auxilia denegat, cũ ex delicto nemo
commodum reportare debeat, & qui cõ-
trà legem aliquid facit, non poteſt ipſa
lege iuuari, nec eius prærogatiuis, & pri-
7 uilegijs potiri; adeò vt inconueniens ſit
dicere, quòd Eccleſia, & Pontifices velint
tueri, & defẽdere ſub prætextu, & Clerica-
tus ſimiles delinquentes, aſſaſſinos, &
proditores, cum immò debeat, vt dixi-
mus, omnibus fori, & Clericatus priuile-
gijs priuari, & Curiæ Sæculari tradi,
Ansal. de iuriſd. par. 2. tit. 11. cap. 15. n. 221. cũ seqq qui conſtantér inuehit cõtrá Epi-
8 ſcopos hæc permittentes, & cõtrà Cleri-
cos, vt ſeueriſſimé puniantur, immò de-
gradentur, & Curiæ Sæculari tradantur.

Nec obſtat, quòd Clericus, qui non
habet requiſita Concilij, adhùc ſubiaceat
iuriſdictioni Iudicis Eccleſiaſtici, & ab ip-
ſo debeat puniri, ex quo illius iuriſdictio
radicata ſit caractere ordinis indelebili; 9
quiá hęc non procedunt in Clerico ad mi-
nores ordines tantúm ordinato; alias da-
retur, quòd ipſi non poſſent dimittere
Clercatum, & fieri Laici, quòd eſt abſur-
dum, & contrá *Concilium* prædictũ, quod
non conſiderat impreſſionem caracteris,
ſed itá demùm quis eſt Clericus, qui ha-
bitum Clericalem defert, ac Tonſuram, 10
Eccleſiæque inſeruit, nec per hoc dicitur
læſa Epiſcopi iuriſdictio, quód quidém *Sa-crum Concilium* cùm hoc non dicat, nec
diſtinguat, nec nos dicere, aut diſtingue-
re debemus, nec itá illud hoc modo inter- 11
prætandum, vt ſequantur abſurda, & cre-
ſcant delicta, ac multiplicentur ſcelera;
Nec iſte fuit ſenſus eorum, qui hanc pra-
xim ſecuti ſunt; vnde *Ciarlin.* exaduerſo
allegatus in prima informatione, tenet
ſufficere aliquod ex ſupradictis requiſitis 12
interueniſſe in actu capturæ, ſi tamèn aga-
tur de remiſſione capti ad Iudicem Ec-
cleſiaſticum, non autem ſi agatur, vt mo-
dò ſit, de articulo amiſſionis priuilegij
fori *in cap. 20. sub. num. 70. verſ.* 7. im-
mò ſentit ipſe in fine *cap.* in odium Cle-
ricorum ſimilia delicta patrantium, eſſe
locum præuentioni Iudicis Sæcularis, & 13
hoc decreuiſſe Sacram Congregationem,
& *Barbos.* in minùs fortioribus terminis
ad idem Concil. Trid d. cap. 6. num. 26.
ponit nõ poſſe Clericũ declinare forum 14
Sæculare, ſi nõ habet beneficium, nec ha-
bitum, nec Tonſuram, nec alicui Eccle-
ſiæ inſeruiat, & niſi in Seminario,
Vniuerſitatibus, ſeù Scolis de licentia Epi-
ſcopi maneat. Quæſo igitur dictus Reue-
rẽdiſſimus Vicarius conſideret caſũ iſti-
us prętenſi Clerici, qui captus in fragãti
nullũ habebat habitũ, nec Tonſurã, nec
beneficiũ, nec de aliquo ſeruitio Eccleſiæ
conſtabat, & examinatus dictum forum
non declinauit, ſi enim in hoc caſu non
obtinebit Curia Sæcularis, non credimus
vnquám poſſe dari caſum alicuius diſputa-
tionis priuilegij fori, & *Sacr. Cons. Trid.*
á parte erit ponendum, nec vnquám
de eo loquendum, nec tractandum, ac
ſi minimè æditum fuiſſet. Et

Et in reuolutione librorum de hac materia loquentium non vidimos contradicentem circá casum propositum; Immò in minus fortioribus terminis sentit, non gaudere Clericum dicto fori priuilegio, si omnia non habeat requisita eiusdem *Mar. Burg. de mod. proced. ex abrup. centur. 1. quæst. 65. nu. 13. cum seqq.* nec dissentiunt alij DD. nempè *Ambros. Fusc. Menoch. Viu. Viual. Mascar. Farin. Baiard.* & etiã vltrà istos *Guid. Pap. decis. 138. num. 2. Borgnin. decis. 10. nu. 20. Couarr. pract. quæst. cap. 32. num. 4. Franch. decis. 396. par. 2. Capell. Tolos. quæst. 144. Scacc. prax. lib. 1. cap. 11. num. 82. Bonacin. de iudic. quæst. 2. punct. 1. §. 4. num. 10. vers. si Sacr. Gratian. discept. cap. 190. num. 11. cap. 440 num. 7. Giurb. cons. 41. num. 28. Ricc. prax. Cleric. resol. 530. nu. 4. Belett. disquis. Cleric. lib. 1. de fauor. Cler. person. §. 8. num. 6. Mart. de iurisd. par. 2. cap. 31. n. 24. Guazzin. lib. 1. defens. 1. cap. 3. num. 5. Clar. quæst. 36. §. fin. num. 14. vers. Nihilominus, Decian. tract. crimin. par. 1. lib. 4. cap. 9. num. 96.* & omnes DD. qui de hac materia loquuntur, licèt dicant omnia ea, quæ exaduerso supponũtur, attamen concurrentibus ijs, quæ sunt in præsenti casu, non inuenimus aliquam discrepantiam, nec contradictionem.

Nec minús resistunt ea, quæ allegabã-
tur de trina monitione requisita prò reas-
sumptione habitus, Tonsuræ, & seruitij
15 prædicti, vt fori priuilegio Clericus priue-
tur, quiá hodiè, stante decreto *Concilij*
prædicti, hoc recessit ab aula, adeò vt
modò post *Concilium* aliqua non sit ne-
cessaria monitio, vt allegati per *Amendol.
ad Franch. decis. 329. in fin. vers. quòd au-
tem,* & quód nunc non sit necessaria ad-
monitio pró reassumptione habitus, &
Tonsuræ *Barbos. ad d. cap. 6. num. 22.*
qui sentit cessare excusationes, super qui-
bus DD. magnam vim faciunt, si Clerici
non seruent dispositionem *Cnocilij*.

Additur etiã quòd iste faruppa, quandò fuit captus, aliquam non habebat formam personæ Ecclesiasticæ, immò cum coma, & tali positura, quód nec laici nomen merebatur, sed potiùs sycarij similitudinem habebat.

Nec valet dicere hùnc faruppam re- 16
putari, & præsumi probum Clericum, &
bonis imbutũ moribus, ex eo quià Episco-
pus aliàs eum non ordinasset, præsump-
tio enim stat pró Episcopo, quòd noluе-
rit contrauenire *Concilio*, quòd eidem
iniungit, vt diligentér qualitates, & mo-
res ordinandorum attendat.

Quià respondetur, quòd multi exteriùs
apparent Agni mansueti, & interiús sunt
Lupi rapaces; Deos solus est cordium
scrutator; benè verũ est quòd Episcopus 17
habet prò se præsumptionem circá ob-
seruantiam *Concilij*, sed negamus per hoc,
Clericum esse talem, si statim delicta cõ-
misit, exitus enim acta probat. Quot pro-
curant ad Sacros promoueri ordines, vt
eximantur á iurisdictione laicorum, qui
sunt magis rigorosi, quám sint Iudices 18
Ecclesiastici, qui minùs puniunt delicta;
& sic credunt similes Clerici esse tuti in
delinquendo, & omnia eisdẽ etiám enor-
mia esse licita. Ideò talis reputatur Cleri-
cus, quales sunt eius actiones, quæ si ma-
læ sunt, & Clericus malus est.

Ad doctrinam allegatam per *Thom del* 19
Bene circá perseuerantiam dimissionis ha-
bitus, vt prò Clerico habeatur. Respon-
detur etiám vltrà prædicta, quòd in om-
nem casum doctrina loquitur solùm circá
habitus dimissionem, non autem quandò
etiàm aliá requisita *Concilij* deficiunt, nãm
túnc prò laico habetur, & reputatur ab
ipsomet *Concil. Trid.* contrá quòd, & eius
dispositionem non spectat ad nos limitare
declarare, seù ampliare, sed ad Sacram
dicti Concil. Congregationem, & sic sub- 20
uertitur fundamentum allegatum, quód
nõ loquitur, quãdò deficiunt alia requisi-
ta, à qua quidèm forma non possumus re-
cedere, *vt dicit Barbos. ad d. cap. 6. num.
32. & in allegat. 12. tom. 2. de potest. Episc.*
qui *num. 15.* sentit ex DD. auctoritatibus,
quód non sufficit, vt semel aut bis Cleri- 21
cus habitum, & Tonsuram deferat, sed
requiritur perseuerantia; debent enim esse
actus successiui, & frequentatiui, adeò vt
num. 19. non sufficiat gestatio habitus,
vel coronæ, cum vtrumq; necessarium sit.

Ad doctrinam *Sperell. decis. 132. num.* 22
29. & Thom. del Bene Respondetur quód
Cleri-

Quod Clericus in domo propria repertus sine habitu, gaudet fori priuilegio, cōcedimus, sed quòd illa Clerici domus sit, à qua statim vult recedere, prout in nostro Faruppa ibi delinquendo, qui certè statim scelere consumato, volebat fugam arripere, & hospitium deserere. Iste, & alij DD. loquuntur in Clericis inhabitantibus vti Dominis tempore maximè æstatis ob ingentem calorem, vel alio licito respectu.

24 Vltrà quod si Clericus tempore delicti non deferat habitum, & ità sine habitu etiàm à Curia Sæculari capiatur, non potest allegare priuilegium fori, secùs si sine habitu deliquisset, & postea habitum reassumpsisset, nàm tunc fori priuilegio gauderet, ità latissimè firmat *idem Barbos. ibi num.* 17. *& seqq.* vbi etiàm de tempore capturæ vltrà habitū, etiàm habeat Tonsuram.

25 Ad doctrinam *Barbos. de iur. Eccl. tit.*
26 *de priuil. Cler. §. 2. cap. 39. num. 29.* concedimus dari mandatum Episcopi etiā sine scriptis oretenùs de inseruiendo Ecclesiæ, sed non per hoc Clericus eximitur à probatione, ipsum nempè adimpleuisse, & Ecclesiæ destinatæ ab Episcopo inseruijsse, nám cum sit requisitum datum prò forma *à Concilio*, certè debuit eius implementum probari:

Ad illud autém, quod dicebatur de Clerico non vagabundo, nec notorio delinquente per rationes adductas, illæ longè distant à casu præsenti. Quomodò ibi intrat præsūptio bonitatis per ordinationem, si hodiè in partibus exteris enormitèr delinquat, propriam deserens patriam? Quomodò intrat caracter indelebilis, ob quem Iudex Ecclesiasticus sit Iudex, si *Concilium* priuat Clericatu, & eius priuilegijs eum, qui requisita non habet; nec perseuerat in eisdem, & sic non concedit facultatem Iudici Laico cum ipso agendi, & tractandi tamquàm Laico,
27 *& Sperell. in allegata decis.* 133 *num.* 84.
28 non loquitur in his terminis; Nec nos negamus non posse Clericum præiudicare ordini, nec iurisdictioni Iudicis Ecclesiastici, immò concedimus; benè negamus per
29 dimissionem habitus, & Tonsuræ præiudicari iurisdictioni prædictæ, cùm quilibet Clericus possit habitum dimittere, & Tonsuram, aliás daretur, quòd Clericus factus astringeretur manere in Clericatu, vt faciunt ad Sacros Ordines promoti, sed consequens est falsum, ergò, & antecedens, *optimè Barbos. de iur. Eccles. §. 2. cap. 39. num.* 10. circà hunc punctū, & concludit hoc fieri per dimissionem habitus, & Tonsuræ.

Diximus *Sperell.* non loqui in his terminis, & benè, quià totū fundamentum eiusdem *Sperell.* consistit in *decreto Sacr. Congregationis Concilij*, quià in omnē casum ibi disputatio erat de Clerico non seruante *Conciliū* ob deficientiam requisitorum; vnde vt minùs lædatur *Concilij* dispositio, non intelligitur *decretum*, si omnia requisita deficiant, sed tantúm aliquod ex eis, cum *decretum* non vtatur illa dictione, *omnia*, sed indefinitè loquitur; maxima enim differentia est, quod aliquod ex requisitis deficiat, & quod omnia deficiant; nec conclusio illa habet locum, quod nēpè indefinitum æquipolleat vniuersali, quiá hoc non militat, quandò sumus in forma tradita à *Concilio*, quæ ad vnguem est seruanda; Immò *decretum* prædictum 31
non tollit, quin si Clericus non seruat requisita, gaudere debeat priuilegio fori, sed quod non Intelligatur præiudicatum Iurisdictioni Episcopi circà ipsum Clericum sibi subiectum, & ne per hoc decipiatur Episcopus, quod non est in casu nostro; nec Sacræ Congregationis sensus fuit tollere, & euertere dispositionem *Concilij*, nec minùs libertatem, quā habet Clericus deserendi Clericatum, & dimittendi habitum, & Tonsurā absq; Episcopi auctoritate, & eo inuito totalitèr se eximere de facto ab ipsius Episcopi iurisdictione, & tunc absq; scrupulo ipse remaner sub iurisdictione Iudicis Laici; & non est, qui discrepet circà hanc veritatem, quæ est indubitabilis apud omnes DD.

Vltrà quod *decretum* non loquitur de Clerico enormia committente, & habitum, ac Tonsuram deserente, & capto eo modo, quo sicarij similitudinem habeat.

Ad vltimam *Barbos. auctoritatem de* 32

Iure Eccl. de priuil Cler. d. cap. 39. §. 2. n 85. qui ponit non posse Iudicem Laicum punire Clericum de assassinio absq; de declaratione Iudicis Ecclesiastici.

Respondetur quod *Barbos. Thom. del Bene, & constit. Clementis VIII.* loquuntur in verè Clerico, non in eo, qui tempore capturæ reperiatur sine habitu, & Tonsura, vt dicit *Barbos.* suprá allegat *in d. allegat.* 12. Immò non tenetur Iudex Sæcularis remittere prætensum Clericũ, si de Tonsura non constet euidentér ex denudatione capitis *Ricc. prax. par. 3. cap. 490. num. fin.*

Et hæc sunt quæ à Mag. Rota vná mecũ in dicto articulo, de quo agebatur, à Serenissimo Senatu cõmisso adresponsionẽ motiuorum ex parte Fisci Ecclesiastici æmanatorum, fuerunt in mediũ adducta.

Verùm quiá cum responsiones præfatę valdè vrgerent contrà obiecta Reuerendissimi mei, & adhùc titubans, & animo perplexus existeret, Iterùm de mandato MM. Collegarum, & cum eorum participatione reduxi punctum causæ prò illius terminatione ad inferius notata.

Reuerendissimè Domine, vt paucis me restringam verbis, post terga spicas colligendo, punctus causæ vertentis coràm D. V. Reuerendissima super prætenso Clericatú Giorgij Faruppæ (postpositis ijs, quæ de iure veteri per Canonistas fuere obseruata in casibus contingentibus) Reducitur ad illam inspectionem, àn in ipso concurrant requisita *Sacr. Concilij*
33 *Trid. sess. 23. cap. 6.* mandantis, *quòd ad hoc vt Clericus in minoribus constitutus, fori Ecclesiastici gaudeat priuilegio, necesse sit, quòd deferat habitum, & Tonsuram*
34 *Clericalem, & Ecclesia de mandato Episcopi inseruiat*; Quæ quidèm tria requisita *Sacr. Concilij*, tanquám iuris nouissimi inductiua, adunguem, & prò forma seruari debent *iux. tradit. per Nauar. cons. 25. de priuileg. lib. 2. Vulpel. cons. 110. in*
35 *fin. Menoch. cons. 912. nu. 15. 22. & 33. Farinac. quæst 8. nu. 5. in fin. Viuiu. decis. 512. num. 18 Vermigliol. consl. 470. num. 3. & cons: 208. num. 4.* Ità quòd copulatiuè concurrant, & non sufficiat vnum sine altero ex *Geminian. in cap. 1. de Cleric. coniung Bald. in l. si qua per calumniam verb. vlteriùs quaro Cod. de Episc. & Cleric. Ambrosin tract. de imm. Eccles. cap. 17. num. 13. Guazz ad defen. Reor. par. 1. defens. 20. cap. 10. num. 35. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 11 nu. 82. vers.* & hæc consuetudo, *Viuiu. d. decis. 512. n. 18. Mastril. decis. 113. num. 1. & seqq. Crass de effect Cleric. effect. 1. num. 1167. Farinac d. quæst. 8. num. 5. vers. limita, Caball. resol. crimin cas. 223. num. 82:*

Ac ideò Clericus, qui vult fori Ecclesiastici priuilegio gaudere, non solùm debet deferre Clericalem habitum, & Tonsuram, sed etiàm probare debet, se inseruijsse Ecclesiæ sibi assignatæ ab Episcopo *iux. tradit. per Ambros tract. de immunit. cap. 18. num. 24. Viuald. supèr bull. can Domin. cas. 10. num. 120. Menoch. d. cons. 912. nu. 15. 22 & 31.* latè *Maur. Burg. in tract de mod. proced. ex abrup. centur. 1.*
quæst. 65: num. 26. & 27. Attento maxi- 36
mé quiá *Sacrum Conc. Trid.* loquitur per dictionem, *Et* quæ de sui natura copulatiuorum concursum requirit *ad tex. in l. si quis ità stipulatus ff. de verb. oblig.* latè *Ricc. decis. 15. à num. 8. par. 4. Graff. par. 3. decis. lib. 3. cap. 3. num. 2. Idem*
Burg. vbi supr. nu. 28. cum seqq. Ità quod 37
sempèr sit verum dicere, quod non solùm requiratur perseuerantia circá delationẽ habitus, & Tonsuræ, sed etiam circá seruitij præstationem in Ecclesia de mandato Episcopi *iux. tradit* magistralitér *per Menoch. d. cons. 912. num. 26. & 31. & in tract. de præsump. lib. 6. præsump. 76. num. 28. in fin. Carol de Graff. de effect: Cleric. effect. 1. num. 1182. vers.* nec sufficit, *Mastril. decis. 113. nu. 13.* Quodq; 38
seruitium probandum venit de tempore commissi delicti *ad tradit. per Gened. pract. quæst. lib. 1. quæst. 4. nu. 25 Ricc. decis. 111. num. 5. par. 4.* Rationem reddentes, ex quo *Concilium* loquitur per verba præsentis temporis, *inseruiat, & versetur*; Qualitates enim adiunctæ verbo, debent regulari secundùm tempus
verbi *ad tex. in l. si in delictis §. si detra-* 39
ctio ff. de noxal. act. nec sufficit, vt bis, 40
vel ter inseruiuerit, sed perseuerantia vsq;
ad tempus delicti requiritur *Burg.* vbi 41.
suprá

supra *num. 30. cum duobus seqq.* Nec Clerico suffragatur ascriptio alicui Ecclesiæ ad effectū fori, quādò fuit ascriptus post delictū *Car. de Graffis de effectib. Cleric. effect. 1. n.* 1180. nouiss. *Vermigliol. cons. 470. n. 6.*

Quibus sic sané præhabitis, sole clarius elucescet, cū quo sané fundamento Fiscus
42 Sæcularis prætendat, dictum Clericum Faruppam (omnibus prefatis requisitis carentem) minimè fori Ecclesiastici priuilegio gaudere posse, nec debere.

Et quidèm non concurrit primum, scilicet
43 delatio habitus tempore commissi delicti, & capturæ sequutæ, quod tempus attenditur ad iurisdictionem tribuendam, & ad cognoscendum, ad quem forum spectet delicti cognitio per *tex. in l. iniuriarum æstimatio ff. de iniur. Bal. in l. affinitatis Cod. commun. de success. Decian. tom. 1. tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 100. Craff. de effect. Cleric. effect. 1 num. 1072.* in punct *Menoch. citat. cons. 912. sub nu. 26. & seqq.*

Non concurrit secundum, nempè Tonsura pariter in tempore commissi delicti in dicto Faruppa, & sic intrat conclusio,
44 quòd quandò euidenter constat, habitū non esse Clericalē, vel aliquam non habere Tonsuram, Ecclesiastici fori priuilegio minimé gaudeat iux. tradit *per Gemin. in cap 1. in fin. de Cleric. coniug.* quē sequitur ibi *Franch. in §. 1. num. 3. Dec in cap. 2. nu. 24. vers. & ad hoc facit extra de iudic.*
45 laté *Purpur. in cons. 21. lib. 1.* Ac propterea, quandò est euidens, habitum non esse Clericalem, Iudex Ecclesiasticus non potest de eo cognoscere *Guidopap. decis. 138. col. 2. Farinac tom 1. quæst. 8. num. 34. in fin. Menoch de præsumpt. lib. 6 præ-*
46 *sumpt. 76. num 32.* ex quo talis quisq; est habendus, in quali statū fuit repertus ad doctrin. *Bald. in d. l. affinitatis in fin. Cod. commun. de success. Alex. cons. 409. num. 9. lib. 6. Vinc. de Franc. decis. 189. num. 6 part. 1. Menoch. citat. præsumpt. 76. num. 17.* cum pluribus *seqq.* & est *tex. in cap. si Iudex Laicus 12. de sentent. excom-*
47 *munic. in 6.* ibi *iustum est enim, vt ipse talis, quem gestat ex habitū (quòusq; appareat aliud, præsumatur, qualis is esse, cuius fert*
48 *habitum, comprobatur*; & ratio est euidens, quia probatio, quæ fit per rei euidētiam, inducit notorium *l. si irruptione ff.*
fin regun. & in notorijs Iudex esse potest, qui aliàs non posset *iux. doctr. Innocen. in cap. ex parte de verb. signif. & Ias. in l. qui iurisdictioni col. 1. ff de iurisdict omn. Iudic.* 49

Deficit tandém tertium requisitum, quod est seruitium Ecclesiæ de mandato 50
Episcopi, quod Episcopi mandatum requiritur de essentia, & de forma, & forma non seruata, dispositio haùd verificari potest, ità in terminis *Carol. de Craff. de effect. Cleric. effect. 1. num. 1170. & in tract. de except. except. 33. nu. 6. & except. 39. num. 2. Auendan. de exequen. mand. Reg. cap. 22. sub num. 12. vers. & vltra lib. 2. Alderan. Mascard. de general. stat. interpræt. concl. 1. num. 120.*

Neq; quicquàm obstat obiectum in motiuis adductum, nempé licentiam seruitij 51
in Ecclesia posse per ordinarium dari oretenùs *iux tradit. per Rice. in prax. rer. quotid. decis. 599. Maceraten. variar. resol. lib. 3. resol. 48. num. 16. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæst. 65. num. 36.*

Quià circà veri præiudicium admisso, quòd assumptum procedat, non verificatur in casū dicti Georgij Faruppæ, cui cū fuerit assignatus competens terminus ad docendum de præfata licentia, de ipsa non docuit neque per testes, neque per scripturas, proùt facere illi necesse erat, ad effectum vt fori priuilegio ipse gaude- 52
re posset, iuxtá doctrinas supra citatas, & in hoc nulla adest DD. contradictio, colligitur nouissimè *ex cons. Vermigliol. 98. nu. 1. 2. 3. & 4. cum seqq* & non obscuré.

Vltrà quā quod nō potest controuerti, dictum Faruppam omninò carere dicto requisito, ex quo non solùm ipsi necesse fuisset probare præfatum requisitum, verùm etiàm quòd ipse discessisset á serui- 53
tio Ecclesiæ ipsi assignatæ de licentia Episcopi, vt in puncto fundat *Sellin. in select. canonic. cap. 13. num. 28.* qui attestatur ità fuisse decisum *per Sacr. Cong. in vna Terracinen. 19. Februarij. 1628.* ac etiàm in præcisis terminis fundat *Barbos. in collect. ad Conc. Trid. sess. 23. cap 16. nu. 12.*

Quæ omnia proculdubio militant, inspecta dispositione *Sacr. Conc. Trid.* per 54

quam noua datur forma ad hoc, vt Cle-
ricus frui possit fori Ecclesiastici priuile-
gio, nec in casù isto agitur propriè de pri-
uilegij amissione, sed de impedimēto eius
55 vsus, quod est quandò Clericus Tonsura-
tus non incedit in habitù, & Tonsura, nec
Ecclesiæ inseruit, vt plenè per *Menoch.*
d. cons. 912. num. 33. & seqq. Maceraten.
var. resol. resol. 48 *nu.* 7. vbi fatetur plu-
riès fuisse ità decisum *per Sacr. Congrega-*
tionem.

Neq; dicatur, prout dicitur in motiuis,
quòd dato non concurrant præfata requi-
sita *Sacr. Conc. Triden* adhùc tamén di-
56 ctus Faruppa, tanquàm Clericus, subsit
Iurisdictioni Iudicis Ecclesiastici iux. no-
tat *per Sperell. decis.* 133 *num.* 84.

Equidém respōdetur sub pace, quòd si
dicta in obiectu procederent, non opor-
teret vnquam disputare de Iurisdictione
inter Iudicem Ecclesiasticū, & Sæcularem,
ad quemnám cognitio delicti spectare de-
beret, maximé attenta dispositione *Sacr.*
Conc. Trid. sess. 23. *cap.* 6. ibi *nullus Cleri-*
57 *cus &c.* per quam dictionèm negatiuam,
Nullus, videtur inducta noua forma ser-
uanda per Clericos, qui fori priuilegio
gaudere prætenderent; Alitér forma ipsa
non seruata, remanēt sub iurisdictione Iu-
58 dicis Sæcularis, cùm dictio illa, *Nullus*,
destruat totalitér quicquid per antece-
cedens fuerit per Canonistas hinc indè
dictum, & seruatum, & quid inposterum
esset seruandum, vt habetur *in auth. de*
heredib. ab intest. venien. collat. 9. §. si ve-
rò vers. *nullam* cum ibi concordantibus
Barbos. dict. 46. num 6. latissimé *Seraph.*
Mass. tract. de confisc. bon. quæst. 29. à n.
40. & 41. Vrsell. in suis conclusion. concl.
128. *num.* 872. *in fin.* & in proprijs termi-
nis *Maur. Burg. in tract. de mod. proced ex*
abrupt. quæst. 65. *num.* 15. & propterea
59 cùm idemmet *Sacr. Conc.* iàm supponat
prò indubitato caracterem indelebilem
respectú Clorici, subdit tamen, quòd nisi
habeat requisita suprà ænunciata, mini-
mé posse gaudere fori priuilegio; Et sic re-
manere, fatendum est, sub dispositione Iu-
dicis Sæcularis, vt patet ad sensum.

Secundò respondetur, quòd dicta per
60 *Sperell. in præfata dec.* dicūtur ád exube-
rātiam eiusdem, & decisiones attenduntur
tantū in eo, quòd principalitér firmant, nō
quod perfunctoriè, ac materia non exami-
nata enunciant *Rot. penès Seraph. decis.*
299 num. 13. & decis. 17. num. 9. par. 7.
recent. & fuit dictum *in Bononien. Fideicō-*
missi de Bargellinis. 24. Nouembris 1651.
coràm bon. mem. Bichio §. non obstat.

Vltrá quám quòd ibidèm tractabatur
de Clerico capto absq; habitú, & Tonsu-
ta cum armis prohibitis, qui casus casui
nostro nullo modo adaptatur, cum simus
in crimine exceptuato, nempé proditorio,
in quo Iudex Sæcularis habet præuentio- 61
nem etiám respectù Ecclesiastici, vt latè
fuit fundatum per *Carol. de Crass. de effect.*
Cleric. effect. 1. num. 681. & seqq. in quo
crimine punitur affectus, licet non sit se- 62
quutus effectus *ex cap. 1. de homicid. in 6. per*
quem *tex.* Iudici Laico iurisdictio in per- 63
sonam Ecclesiasticam fuit tributa, etiám
vbi simplicitér cōcurrerēt indicia ad tor-
turam sufficientia, vt in terminis fundat
Merlin. Pignatell. controuers. forens. cen-
tur. 1. cap. 40. num. 8. & cap. 51. num. 3.
vbi alios cumulat, *Donat. Anton. de Marin.*
quotidian. reso. cap. 51. num. 6. & forsitán
dicta per *Sperellum* procedere possent,
quod concedimus in delictis non excep- 64
tuatis, secús in delictis, quæ repe-
riuntur exceptuata, siué à Iure, siué ab ho-
mine, vt non obscuré colligitur ex eadem-
met *decisione*, & ex allegato *motu Vrbani* 65
VIII. ibidèm annunciato; Vltrá quam quod
ad Sperellum potest Responderi iuxtà tra-
dita per *Merlin. Pignatell in suis controuers.*
centur. 2. cap. 55. num. 33. vsq. ad fin.

Cæterùm in alijs non insisto, cum ex
allegationibus huc vsque factis tám in
voce, quám in scriptis, satisfactum credam,
& propterea stante temporis parua inter-
capedine, his contentus, licét currenti ca-
lamo scriptis, D. V. Reuerendissimę inte-
gritati. & iudicio suppono. Quare &c.

Ista causa dùm esset in limine expe-
ditionis non fuit terminata, ob
decessum ex hàc vita di-
cti pratensi Cle-
rici Faruppa.
Idcò &c.

***

VOTVM

VOTVM DECIMVM.

SVMMARIVM.



Eus neque confessus, neque conuictus, an valeat condemnari ad interesse partis in casu impositionis pœnæ extraordinariæ quæritur, num. 1.

Lex Vbicumq; dat actionẽ criminalẽ ad pœnam, dat etiàm ciuilem in factum ad interesse, num. 2.

Conclusio prædicta intelligitur, quandò ciuilis, & criminalis actio æquè principalitèr intentatur, secùs si iudex criminalis incidentèr de ciuili interesse cognoscat, num. 3.

Ratio huius quænam sit, num. 4.

Iudex criminalis non potest se intromittere in exercitio Iurisdictionis ciuilis, num. 5.

Nec etiàm partibus consentientibus ibidèm

Iudex criminalis incidentèr, quandò possit cognoscere de interesse ciuili, num. 6.

Laudantur Auctoris decisiones Rotæ Lucanæ circà materiam expensarum, & ità in praxi seruari dicit, num. 7.

In Tribunali Lucano, quod Iudex criminalis, quandò Reus est confessus, vel conuictus de delicto, pro quo intrat interesse, incidenter possit cognoscere de interesse ciuili, dicitur opinio Euangelica num. 8. & 10. vbi si constet de delicto.

Condemnatio ad expensas, seù interesse non valet, si Reus fuerit condemnatus in pœnam extraordinariam ex indicijs quantumuis indubitatis, num. 9. & 12. & ratio adducitur, num. 11.

Rota declarat conclusionem, & resolutionẽ prædictam circà expensas, num. 13. per tres declarationes, num. 14. 15. & 16.

Declaratur procedere, quod Iudex criminalis possit condemnare ad interesse; primò in reo confesso, vel conuicto, si hoc interesse à parte petatur, num. 14.

Declaratur secundò si interesse petatur antè latam sententiam, nu. 15.

Declaratur tertiò vt procedat, quandò Iudex criminalis ex indicijs indubitatis condemnat reum in pœnã extraordinariam, n. 16.

Indicijs indubitatis stantibus, Iudex quid agere valeat. num. 17.

Iudex criminalis si neque absoluat, neque condemnat, tunc potest bene condemnare ad ciuile interesse partis, num. 18.

Expenditur decisio Sanfelic. 226. num. 72. in fin. num. 19. Ratio adducitur, nu. 20.

Reus si est in statu absolutionis, tunc Iudex criminalis non potest cõdemnare ad interesse num. 21.

Et de ratione, num. 22.

Iudex criminalis potest incidentèr tantũ cognoscere de interesse ex Rotæ sensu, & voto, num. 23.

ARGVMENTVM.

Ianuen. Expensarum, Damnorum, & Interesse.



1 LVRIES in Rota nostra hæsitatũ fuit, án Reus neq; confessus neque conuictus, valeat ad interesse partis condemnari in casu impositionis pœnæ extraordinariæ; Et quidém licèt DD. in diuersas iuerint opiniones; Attamẽ prò quæstionis resolutione plura præmittẽda Rota censuit, nempèquòd licèt inIure cõpertũ sit, quòd vbicunq; lex dat actionem Criminalẽ ad pœnam, dat etiã Ciuilem in factũad interesse *l. qui nomine ff. ad l. Cornel de fals. Bald. conf. 249. n. 2. vers. nàm vbicumq. lib. 3 Gomes. de homicid. cap. 6 nu. 37. tom. 3. de Franch. decis. 460. nu. 2. & 3. par. 2. Surd. decis. 89. num. 7.* Intelligenda nihilominùs d. conclusio venit, quandò Ciuilis, & criminalis actio æquè principalitèr intentatur; Secùs autém si Iudex Criminalis incidentèr de Ciuili interesse cognoscat, quià túnc hoc licitè ei permittitur *l. sed, & loci § si dicatur ff. fin. regun. Crauett. cõs. 14. n. 1 & 2. Romã cõs. 30. n. 2. & 3. lib. 2. Surd. cõs. 266. n 3. vers. tamẽ non impeditur lib 2. Farinac. quæst. 1. nu. 62. & 63. & quæst. 100. nu. 52.* & ratio prædictorum est, quià iudicia Ciuilia, & Criminalia sunt inter se distincta *l. non ignoret Cod. de fruct. & lit. expen.* & propreteà Iudex Criminalis non potest sé intromittere in exercitio iurisdictionis Ciuilis, *l. solemus §. latrunculator ff. de Iudic.*; Nec

Marginal numbers: 2 (at "factũad interesse"), 3 (at "37. tom. 3."), 4 (at "dictorum est"), 5 (at "Iudex Criminalis non potest").

Nec etiám partibus consensentibus *l. testamenta omnia* vbi *Bald. Cod. de testamen. num. 2. vers & ideò si quis*.

Quibus sic præmissis, & firmatis ad
6 quæstionis resolutionem dicebatur, vt tùnc demùm Iudex Criminalis incidentèr possit cognoscere de interesse Ciuili, quandò Reus de delicto, pro quo intrat interesse, est conuictus, vel confessus *Bertazol. cons. 232. nu. 3. & 7. Farinac. quæst. 1. num. 66. Vermigliol. cons. crimin. 322. num. 5.* qui est sibi contrarius *cons. 263. Rain. cons. 4. num. 4. lib. 4. Rolan. cons. 34. num. 18. & seqq. lib. 2.* Ità vt sit locus pœnę ordinariæ, & de veriori *testantur Cabal. resol. crimin. centur. 1. cas. 82. num. 15. Merlin. Pignot. controu. foren centur. 1. cap. 19. num. 10. 11. 12. cum seqq. & cap. 20.* latissimè *Rouit. decis. Sacr. Consil. Neapol. 67. per tot.* vbi obiectis omnibus, quæ prò contraria opinione adduci possunt, satisfacit, *Capye. Latr. decis. 75. per tot. tom. 1. Mariu. Zuccar. decis. crimin. Lucen. 9.*
7 *nu. 11.* & ita pluriés in Rota Lucana meo tempore in pluribus causis fuit practicatum, & decisum, præsertim in causa Francisci dicto Biceiola à Marlia sub 21. Februarij 1657. coràm me, & per anteà de anno 1615 in causa D. Peregrini de Filizano manu Ser. Oratij Guasparini *fol. 341. à terg.* & ità fuit practicatum in eadem
8 Rota in causa Spect. Ioannis Bucellæ cũ Fisco; Ità quòd dicta opinio in illo Tribu-
9 nali dicitur Euangelica; Secùs tamèn si ex indicijs quantuncunq; indubitatis Reus in extraordinariam pœnam fuerit cõdemnatus, quiá tunc si condemnatio ad expensas, seù interesse subsequatur, minimè sustineri valeat, vt vltrà DD. supra enunciatos, in puncto firmant *Clarus §. fin. quæst. 2. num. 1. vers. vnum tamèn, Roland. cons. 30. nu 18. & 19. lib. 2.* & istam opinionem tenuit *Rot. Roman. coràm Crescentio decis. 5. num 1. de Iudic.* quæ refertur *in Ancõitana pecuniaria Veneris 5. Iunij 1609. coràm Mazanedo impress. post Seannarol. de visit. Carcerat in appendic. §. 4. cap. 1. fol. 85. nu. 1. & 2. per tex. in l. interdùm § qui furem ff. de furt.* per quem tex ità tenuerunt *Bart. Bald. & Alij* attestantes,
10 ità demùm præfata procedere, si de delicto constet; Quandò enim lex requirit 11
veritatem commissi delicti, insufficientes existimantur probationes per indicia, & præsumptiones etiám indubitas, vt in alijs terminis firmant *Farinac. cons. 76. num. 6. lib. 1. ex Innocen. in cap. cùm in causa 7. col. 2. post med. vers. illud autèm, Vermigliol. cons 99. num. 2. Auendan. de exequen. mandat. Reg. par. 1. cap. 22. n. 5.* Aliás 12
enim si de delicto non constet, condemnatio ad expensas, seù interesse minimè subsequi potest, etiám data condemnatione Rei in aliquam pœnam extraordinariã.

Et licèt prædicta essent vera, attamén 13
censuerunt DD. præfatã resolutionem esse intelligendã cum declarationibus, vt infrà; Et primò, vt tùnc demùm procedat in Reo confesso, vel conuicto, ac si á par- 14
te hoc interesse petatur; Aliás enim fatuus esset Iudex impartiens officium suum non petenti *Rolan. cons 30. num. 13. & 17. lib. 2. Surd. cons. 266. num. 18. lib. 2. Farinac. quæst. 1. num. 67.*

Secundò intelligendam, vt tùnc proce- 15
dat, si interesse petatur ante latam sententiam, quiá si aliás fuisset lata sententia contrá confessum, vel conuictum in pœnam ordinariam, non facta mentione de interesse, non poterit pars ampliùs obtinere in separata sententia á Iudice Criminali condemnationem Rei ad interesse, in puncto *Crauett. cons. 14. num. 3. Ceball. resol. crimin. cas. 82. num. 12. Merlin. Pignat. cõtrouers. foren. controuers. 20. num 1. per tot.*

Tertiò intelligas, vt tùnc procedat, quãdò IudexCriminalis ex indicijs indubitatis 16
cõdemnat Reum in pœnã extraordinariã, Quod benè conceditur, cùm stantibus in- 17
dicijs indubitatis, sit in electione Iudicis vel torquere Reum, vel eum condemnare in pœnam extraordinariam *Iul. Clar. in sua prax. crimin. §. fin. quæst. 20. vers. scias tamèn. Regen. Rouit. in pragm. 3. nu 33. de Militib Guaz. ad defens. Reor. defens. 30. cap. 41. num. 1. Nouar. decis. Reg. Audien. Apul. 70.* nouissimè *Angel. Scyalo in sua prax. torquen. Reos. cap. 4. num. 19. & 20. & fuit dictum in Voto . . . . .* Secùs 18
tamén si neque absoluat, neque condemnet, tùnc benè potest condemnare ad Ciuile

uile interesse partis *iux. tex. in l. interdùm §. qui furem ff. de furt. Menoch. de retinen. poss. remed. 3. num. 549. Carol. de Grass. de effect.* Cleric. *effect. 1. num.* 115. & ita
19 intelligenda est *decis. Sanfelic. 226. num. 2. in fin. &* ratio est euidens; ex quo suffi-
20 cit, vt Reus sit in periculo maioris pœnæ *Sim. de Pret cons. 49. n. 2. vers. sed veritas*
21 *lib. 2. diuers. in paru.* si autem Reus esset in statú absolutionis, tùnc Iudex Criminalis non posset condemnare ipsum ad interesse, ex quo tùnc Iudex principaliter assumeret officium Iudicis Ciuilis,
22 quod ei non licet; Cum limitatam habeat
23 Iurisdictionem, vt scilicèt incidentèr tantùm de ipso interesse cognoscere valeat ex *Bart. in d. l. interdùm §. qui furem ff. de furt. Farinac. quæst. 1. num. 63. vers.* possun tamén incidentèr

Quarè ità fuit pluriés decisum.

VOTVM VNDECIMVM.

SVMMARIVM.

Furti crimen in viro nobili detestabilius est, quàm cætera omnia respectu honoris antepouendi, num. 1.

Testamentum conditum tempore epidimiæ coràm minori numero testiũ valet, etiamsi duo tantùm essent, num. 2.

Furtum non committitur in re propria, n. 3.

Credens probabile ratione motus sibi licere bona hæreditaria capere, ab omni furti crimine est immunis, num. 4.

Quandò quis moueri poterit ad aliquid agẽdum ex causa dolosa, & non dolosa, præsumitur motus ex non dolosa, præcipuè si simus in viro nobili, num. 5. *& quare num.* 6.

Contrà furantem in hæreditate nondum adita, furti actio non intentatur, num. 7. *ponitur ratio num.* 8.

Pœna furti à statuto imposita non habet locum contrà accipientem bona hæreditatis iacentis, credendo se esse hæredem, nu. 11.

Ponuntur verba proclamatis circà delationem armorum, quæ àn dolum requirant, num. 12. *ampliatur, num.* 13.

Vbi venit imponenda pœna corporalis, dolus exigitur, aliàs ipso non existente, pœna locus non est, num. 14.

Iusta credulitas, àn sit sufficiens ad effectum aliquem excusandi à dolo ob denunciationem factam, ad effectum euitandi pœnas à proclamate impositas, num. 15. *ampliatur num.* 16. 17. 18. *&* 19.

Vbi non est dolus, ibi non debet esse pœna, & cessante dolo, cessare debet etiàm pœna doli, num. 20.

Bona fides causari etiàm potest ex titulo putatiuo, num. 21.

Ampliatur, num. 22.

Qui credit viro fidedigno, & cui verissimilitèr credi debebatur, à dolo, & culpa est excusandus, num. 23. *& quandò dicatur iustificata credulitas, num.* 24.

Pistola reperta in loco capturæ post ipsã capturam, an captus dicatur reus delationis eiusdem, tám Secũdũ DD. quàm Secũdùm dispositionem cap. 25. proclamatis armorum, *num.* 25. *&* 28. *Et quomodò dictum* capitul. *procedat, nu.* 29. *&* 30.

Testis licèt vnicus contrà Fiscum, plenè probat, num. 26. *ampliatur, num.* 27.

Statutũ Genuæ de extrinseco intellectu *mandat statutum, & omnia decreta intelligi debere ad litteram, & pro vt iacent, omni interpretatione, declaratione, & extensione reiecta. num.* 31.

Reus dicitur in fragranti captus, quandò in ipso actu maleficij capitur, num. 32.

Arma de iure præsumuntur esse illius, propè quem inueniuntur, nisi cõtrarium probetur, quæ iuris præsumptio dicitur liquidissima probatio, num. 33.

Reus, àn possit dici repertus in flagranti delationis armorum, quandò satellites ad alios actus extraneos diuerterunt, num. 34. *& quare, num.* 35.

Inuento pœnes plures cultello, vel ense, an omnes teneantur ad pœnam statuti prohibentis delationem armorum, num. 36.

In dubio pronunciandum est contrà Fiscum, num. 37.

Reo prò obtinenda absolutione, quid sufficiat contrà Fisci probationes, num. 38.

Ratio, & quare, num. 39.

Armis repertis in loco capturæ post interuallum temporis cõsiderabile, vt puta vnius horæ,

hora, captus in illo loco, an præsumatur reus delationis armorum eorumdem, & est sensus Rotæ, num. 40. *&* 42.
Probationes in Criminalibus debent esse cōcludentissimæ, & luce meridiana clariores, num. 41.
Testis vnicus nihil probat, num. 43.
Expenditur dispositio cap. 119. *proclamatis armorum; num.* 44.
Falsitatis imaginem habet, quod est inuerisimile, num. 45.
Testibus inuerissimilia deponentibus nō creditur, num. 46.
Testes de falso conuinci, quandò, & quomodò dicantur, num. 47.
Testes falsarij reprobantur, num. 48,
Et tanquam tales puniuntur, num. 49.
Testes deponentes de facto sequuto de nocte, nullam rationem sui dicti adducunt, dùm non dicunt, nempè, quod Luna luceret, ignis adesset, vel quid simile, & eorum depositiones in nihilo seruiunt, num. 50.
Euidentia ipsa rei, falsitatem conuincit, num. 51.
Fama, & mala qualitas detrahunt fidem testibus, num. 52.
Rotæ sensus circà testes enarratur, num. 53. *&* 55.
Offensi, & offendentes sunt inimici, & sic nulla fide digni, num. 54. *& nullum faciunt inditium:*
Rotæ votum, nu 57.

ARGVMETVM.

Ianuen. prætensi furti, & retentionis Pistolarum.



VATVOR delictorum Capita per Fiscum in medium adducebantur contrá M. Antonium Landum: Primum scilicét, quòd ipse post obitum M. Iustini Benigni eiusdem bona hæreditaria subripuisset: Secundum, quòd propè locum, in quo captus fuit, reperta fuerit per vnum ex Birruarijs pistola breuioris mensuræ: Tertium, quòd tám Domi eius habitationis, quám in Sacello eidem annexo post eius Capturā repertæ fuerint plures pistolæ: Et Quartum demùm, quòd tàm ipse, quám Alij, qui erant de eius Societate, ea nocte, qua captus fuit, plures archibusiatas explosissent contrá Milites, & Birruarios, qui eos captiuos fecerunt, de quibus omnibus delictis dictum M. Antooium Reum esse pronunciandum, & pœnis à statutis impositis plectendum, instabat Fiscus: Causa in Rota introducta, auditisq; pluties M. Fisci, & partis Aduocatis, habitaq; matura consideratione, Rota censuit, actionem furti contrá M. Antonium, locum non habere, & prò retentione, & inuentione pistolarum esse absoluendum; Quo verò ad explosiones archibuxiatarū esse torquendum per quartam partem vnius horæ.

Et quoniàm furti crimen in viro Nobili detestabilius est, quám cætera omnia respectū honoris vitæ anteponendi, ve *per Dec. cons.* 65. *per tot. lib.* 1. *Vermigliol. cons.* 3. *num.* 40. Proptèr ignominiam, quā irrogat, vltrá pœnā vltimi supplicij; Ideò ab illo exordiū facere proficuū visū fuit, furti actionem contrá M. Antoniū locū nō habere, Rota dixit ex infrascriptis fundamentis: Siquidèm quòad bona reperta in Sacello ex depositionibus Bartholomei Mealis, & M. Francisci Scommodi Testium ad deffensam examinatorum constitit, M. Iustinum adhúc viuentem deferre fecisse per Baiulos multa eius bona ad dictum Sacellum, ad effectū ea præseruandi á Contagio luis túnc grassantis, & qui luis morbus in eius Domum iám irrepserat, qui Testes cùm deponant de visù, concludentem constituunt probationis gradum *Iuribus vulgatis*; Respectù verò aliorum colligatorum in fasciculis repertorum in Domo, & Rure dicti M. Iustini ea nocte, qua fuit captus M. Antonius, paritér actionem furti non intrare, existimàuerunt DD.

Et Primò quidèm quiá MM. Iustinus, & Antonius tempore grassantis Æpidimiæ, & quandò multa hominum millia in dies in hac Ciuitate peribant, iusto timore ducti, & proptèr arctissimam amicitiam inter eos intercedentem, vicissim se hæredes instituerunt, licèt corám minori

nori Testium numero, de qua reciproca institutione deponit Bartholomeus Mealis qui se fuisse præsentem túnc temporis affirmat, addens, quód reciproca institutio inter prædictos MM. Benignum, & Landum ea conditione facta fuit, vt ille, qui superstes remaneret, assumeret Nomen, & familiam defuncti, quod etiám confirmat Rosa Sauana, quæ in contestes vocat Victorem Angelellum, & Laurentium Polertum;& prætèr hos Franciscus Senepa, M. Paulus Scorpionus, & M. Io. Baptista Turcus deponunt publicé dici audiuisse de dicta reciproca institutione sequuta inter dd. MM. Benignum, & Landum: Quapropter vel M. Landus, qui superstes fuit M. Iustino, illius hæres extitit; Cùm valeat testamentum tēpore
2 Epidimiæ conditum corám minori numero Testium, etiamsi duo tantùm essent, vt cæteris ommissis firmat *bon. mem. Io. Baptista Gargiar. Carissimus Collega noster in suo cons. 98. num.*
3 *194. vol. 1.* Vbi multos Doctores eum authoritatibus adducit, & consequentér furtum non cōmisit in re propria *1. ff. de furt. & not. comm. DD. in l. si Procuratori ff. de condit. ob causam*; Vel saltèm
4 negari non potest, quin M. Antonius probabili ratione motus crediderit, sibi licere bona prædicta hæreditaria capere, ideóq; ab omni furti crimine remanet immunis, *Bart. in l. falsus §. qui alienam num. 3. vers. sed istum textum intellige ff. de furt. Boss. de furt. num. 6. & seqq. Farinac. quæst. 174. num. 34. & cons. 84. nu. 10. Bertazol. cons. 224. num. 25. & seqq. lib. 1. Vermigliol. cons. 153. num. 6. & cons. 431. num. 3.* & in terminis, quod iusta credulitas excuset à pœna furti, docet *Farinac. d. quæst. 90. nu. 37. Honded.*
5 *cons. 105. num. 31.* Qui *num. 60.* dicit ad propositum, quód quandó quis potuit moueri ad aliquid faciendū ex causa dolosa, & nō dolosa, præsumitur, quód fuerit motus ex causa non dolosa; Præcipuè si simus, vt hic, in viro Nobili: Quarè cum M. Antonius potuerit moueri ad accipiendum bona in Domo M. Iustini ex causa prætensæ successionis hæredita-
6 riæ, & ex causa furti; Omnis Iuris ratio suadet, vt ex prima motus præsumatur ad exclusionem delicti: vt latè in alijs terminis fuit per me fundatum suprá *in mea declaratione ad tex. in l. vnica Cod. si quis Imperatori maledixerit §. 1. à nu. 34. & seqq.*

Secundò cōsideratū fuit, furti actionē non dari, neq; potuisse considerari in casù nostro; Quiá tempore prætensi furti
hæreditas M. Iustini nondùm per quempiam fuerat adita, quo tēpore furti actio 7
non intentatur *l. fin. vbi Glos. & DD. C. de crimin. expilat. hæredit. & notat. in l. 2. ff. eodem tit. Boss. tit. de furt. num. 21. & 24. Bursatt. cons. 112. il primo num. 1. Angel. in §. furtum il primo verb. rei in fin. Instit. de obligat. quæ ex delict. nascun. n. 6.* Qui rationem assignat, quiá scilicèt 8
donéc hæreditas iacet, illius possessio nullius est,& vbi non est possessio, vel detentio, impossibile est furtum committi; Cū nullus reperiatur, quo inuito res cōtractetur, vt optimè ratiocinatur *Farinac. d. quæst. 174. n. 118. & seqq.* Qui *n. 120. & 121.* Iuncto *num. 124.* Inquit contrà 9
Expilatores hæreditatis nō habere locū pœnam furti á Statuto impositam, & cōtrà tales Expilatores Iudicem ex officio 10
procedere non posse, cúm crimen expilatæ hæreditatis non sit publicum *Vermigliol. cons. 153. num. 9.*; Et licèt contrà tales subripientes bona hæreditaria ante aditam hæreditatem detur crimen expilatæ hæreditatis; Attamèn neq; hoc habet locum contrà eum, qui accepit bona hæreditatis iacentis, credendo se esse hæredem, vt in punctualibus terminis voluit *Petr. Greg. Sintagm. Iuris lib. 37. cap. 9. rub. de expilat. hæred. nu. 6. in fin. Farinac. d. quæst. 174. nu. 135. Vermigliol. d. cons.* 11
153. num. 3.

Circà veró inuentionem pistolarum repertarum in Domo, & Sacello annexo Domui M. Antonij; quoàd illas non fuisse locum condemnationi, Rota existimauit, tàm attentis resultantibus ex informatiuo, quàm ex deffensiuo processū: Ex informatiuo siquidē resultat ex depositione M. Ioannis Feliciani Commissarij Sanitatis in Quarterio S. Lazzari, & Lanternæ pro Fisco examinati, & pœnès

quem M. Felicianum, vigente lue in hac, Ciuitate ſumma reſidebat authoritatas eidem, prout cæteris ſanitatis Commiſſarijs attributa à Sereniſs. Collegijs, M. Antonium Landum poſt obitum M. Iuſtini Benigni eidem denunciauiſſe arma reperta in hæreditate d. M. Iuſtini.

Et ex deffēſiuo paritèr reſultat, quòd M. Iuſtinus vltimis vitæ ſuæ diebus, & paulò antequám diem extremum clauderet, deferri feciſſe ad Domum dicti M. Landi inter cætera bona quaſdã piſtolas, quas teſtes ad deffenſam examinati dicunt vidiſſe tempore vitæ M. Ioſtini in eius armaria, ex quibus omnibus, Rotæ viſum fuit, dolum excludi, qui in proclamatione armorum requiritur, ad hoc vt pœnis in eo contentis locus fiat; Siqui-
12 dèm pręſertím *porclama* in eius exordio, dùm de archibugijs, & archibugiettis loquitur, continet præciſa verba; *Che neſſuna Perſona, ò Perſone di che ſtato, e conditione ſi ſia, niuno eſcluſo, ardiſcano, ne preſumano dentro le mura della preſente Città portare, ò far portare archibugio, ò piſtola*; Quæ verba dubio procùl dolum requirunt, vt in puncto proclamatis armorum delationem prohibentis, tradit: *Bertazol. cons. 308. nu. 14 eum per eum*
13 *citatis*; Maximé quiá verba *proclamatis* diriguntur in perſonam, & pœnam corporalem relegationis imponunt. *Bertazol.*
14 *cons. 461. num. 5.* & vbi venit imponenda pœna Corporalis, dolus exigitur, alitèr Ipſo non exiſtente, pœnæ Locus non eſt *Decian. cons. 9. num. 1. Grammaticus cons. 68. num. 2. Guazzin. ad defensam Reorum defenſ. 33. cap. 4. num. 3. Simon. de Pratis cons. 15. num. 2. & cons. 166. n. 1. Caball. reſol. criminal. cap 1. num. 12. Farinac. cons. 35. num. 7. Giurba conſ. 83.*
15 *num. 16.* Quaproptèr ſtante denunciatione, ſeù reuelatione facta per M. Antonium M. Ioanni Feliciano Commiſſario Sanitatis, potuit ipſe veriſimilitèr credere, quód illa fuiſſet ſufficiens ad effectum euitandi pœnas á proclamate impoſitas, quæ iùſta credulitas fuit ſufficiens ad effectum eum excuſandi à dolo *l. igitur verſ. & generalitèr* Ibi *iuſtis rationibus ductus, vel non ductus ff. de libert. cauſ. l. clàm poſſidere* Ibi *vt aliqua ratione ff. de acquirend. poſſeſſ. Bart. in l. iuſtè poſſidet num. 4. ff. de acquirend. hæreditat* vbi quòd hoc eſt commune dictum Aduocatorum, *Clar. in §. fin. quæſt. 60. verſ. & generalitèr,* vbi concludit de communi *Bertazol. conſ. 80. num. 9. & Claud. ad eund. Bertazol. cons. 176. litter. B.* vbi quòd hoc eſt communitèr receptum, *Fa-*
rinac. quæſt. 90. num. 1. & seqq. vbi mul- 16
tos ad ſaturitatem adducit, & ampliat procedere in cauſa nedúm leui, & iniuſta, Sed in irrationabili, fatua, & temeraria *Vermigliol. cons. 117. num. fin. & cõſ. 431. num. 11. Surd. decis. 216. num. 40.*
Et nedùm á dolo hæc iuſta cauſa excuſat, 17
verúm etiám á delicto, & pœna, *Caball. cas. 287. num. 34. Farinac. d. quæſt. 90. nu 4 Honded cons. 105. nu. 24.* vbi multos recenſet de communi teſtantes, *& num. 38.* contrarijs reſpondet, *Cacheran. decis. 64 num. 17.* vbi de vera, & indubitata opinione teſtatur, *Negusan. cons. 285. num. 61. Becc. cons. 96 num. 16. Bertazol. conſ. 560. nu. 30.* Et egregié di-
xit *Plot. cons. 2. num. 16. & ſeq.*; Ex fa- 18
tua credulitate excuſari quem à dolo, culpa, & omni pœna, *Bardellon. cons. 116. num. 10. & cons. 176. num. 18. Alba; conſ. 451. nu. 5. Borell. cons. 45. num. 18. & cons. 66. nu. 5. Tiraq. de pœnis temperandis cauſ. 43. num. 1. & ſeqq, Farinac. quæſt. 90. num. 1. & seqq.*

Et in puncto, quòd cauſa etiám iniu- 19
ſta excuſet quem nedúm à retentione, ſed etiàm á delatione armorum, dixit *Farinac. d. quæſt. 90. num. 36. Sanfelic. decis 225. num. 5. in fin.* Et certé, niſi iuſta credulitas excuſaret etiám á pœna, ſoperfluum eſſet, quòd dolum excluderet;
Quiá vbi non eſt dolus, ibi non de- 20
ber eſſe pœna, & ceſſante dolo, ceſſare debet etiàm pœna doli, *Vermigliol. conſ. 135. num. 1. Farinac. quæſt. 87. num. 1. Caputaquen. deciſ. 233. num. 7. part. 1.* Et ſané quo pacto affirmari poteſt, quòd M. Antonius dolosé, & clàm retinere voluerit in ſua Domo piſtolas, ſi ſtatim ſequuto obitù M. Iuſtini, eas denunciauit M. Ioanni Feliciano Commiſſario Sanitatis; Sanè potiùs ex hac reuelatione

ſtatim

ftatim facta, vt deponit in suo examine M. Felicianus, colligitur, quòd nullum in hoc dolum adhibuerit, sed quòd potiùs ductus iusta credulitate, quòd videlicet sufficiens esset dicta reuelatio facta Commissario Sanitatis, ad effectum eum eximendi à pœnis in proclamate conten-
21 tis, dictas pistolas retinuerit; & ratio est, quia bona fides causari etiám potest ex titulo putatiuo ad *tex in leg. sed & si leg. & ibi DD.* præcipuè *Bart. num. 4. Bald. nu. 1. castrens nu. 7. cum alijs per Rotam decis. 3. num. 4. par. 7. recentior.* & in terminis *Regens Tappia decis. S. C. Neap. 21. per*
22 *totam*, vbi firmat Cõclusionẽ, vt existens, & credens, quem habere facultatem concedendi licentiam aliquam, etiamsi Illã non habeat, vt ex isto capite omninò veniat excusandus; Et debebat M. Felicianus, si apud eum non erat authoritas concedendi licentiam dd. pistolas retinẽdi, eundem M. Antonium commonefacere, vt pistolas repertas in hæreditate M. Iustini, Serenifs. Collegijs reuelaret, quod si postmodùm non præstitisset M. Antonius, vtiq; non potuisset se eximere á dolosa, & clandestina earum retentione.

Insupér ex depositionibus Angeli Smacchiæ, & Laurentij Pesaresij Testiũ examinatorũ ad deffensã M Antonij cõstat, M. Ioannẽ Felicianũ post denunciationẽ prædictarũ pistolarũ eidẽ factã, dixisse dicto M. Antonio, quòd eas apud se retineret, donec ab eo postularentur, ad effectum eas deferendi ad Regale Palatium, ex quibus verbis multò magis cõuincitur bona fides, & iusta credulitas in
23 dicto M. Antonio in retentione dd. pistolarum; Quiá qui credit viro fidedigno, & cui verisimilitèr credi debebatur, Qualis non potest negari, quòd tunc temporis esset M. Ioannes Felicianus, á dolo, & à culpa est excusandus, *Farinac. d quæst. 90. nu. 115. & 123. Gabr tit. de malefic. conclus. 8. num. 38. Bardellon. cons. 176.*
24 *num. 18.*; Satisq; iustificata credolitas est ex Officialis authoritate, *Castren. cons. 296.*
25 *vol. 1. Giurb. cons. 34. num. 24.*

Circá Tertium delicti Caput, nempè circá pistolam repertam in loco, in quo fuit captus M. Antonius, paritèr illum esse absoluendum DD. existimauerunt, prò cuius absolutionis iustitia illud primò in facto est supponendum, quòd capto M. Antonio, eoque per Milites, & Satellites ducto ad locũ excubiarũ Lanternæ, & consignato, ad effectum eum custodiendi Duci Militum in dicto loco excubiarum degentium, prædicti Milites redierunt ad locum, vbi sequuta fuerat captura, distantem à loco excubiarum per mille, & plures passus, & in dicto loco inuenerunt pistolam, cuius delationis prætendebatur Reus M. Antonius, iuxtá tradita *per Farinac quæst. 108. n. 158. cũ seqq. Giurb. obseruat. decis. 45. num. 27.* ác etiám vigore *cap. 25. proclamatis armorũ*; Disponentis, *vt inuentis armis, & propè illa aliqua, seù aliquibus personis, (Is) qui proximior erit dd. armis, Reus habeatur, perindè ac si cum illis fuisset captus, nisi doceat, cuius illa sint*, Et quòd pistola reperta fuerit ex interuallo post sequutam capturam, quandò scilicèt ex depositione Basilij Beni Militis Germani Testis pro Fisco examinati, Ibi. *Lasciato prigione il Sig. Antonio Landi alla Porta della Lanterna, tornammo al portello della Villa del Benigni, dentro del quale poco lontano trouammo in terra vna pistola del Sig. Antonio Landi, e poco più lontano vna lanter-*
netta; Qui Testis licèt sit vnicus, nihilominos contrá Fiscum pleoè probat *Gabr. conclus. 1. num. 14. de testib.* vbi de communi, *Magon. decis. Lucen. 56. num. 9. & seqq.* vbi paritèr de communi *Farinac. cons. 78. num. 4. 28. & 35. Guaz. ad deffens. Reor. deffens. 33. cap. 14. num. 12.* 26
vbi alios congerit *Roman. cons. 104. Socein. cons. 69. Giurba cons. 84. num. 10.* Vbi ampliat, etiám si Testis à Fisco productus deponeret de credulitate ad Rei fauorẽ; Quo sic supposito, visa fuit DD. dispositio *d. cap. 25 proclamatis armorum* sibi lo- 27
cum vindicare non posse; Cúm extra illius terminos versemur: Illa enim loquitur, quandò repertum fuit aliquod armorum genus in terra, & propé, vel iuxtá illud inuenitur aliqua Persona; Nos verò versamur in casù longè diuerso, immó penitùs contrario, nempè quandò, capta Persona, posteá ex interuallo tem- 28

H 2 poris

poris propélocum capturæ reperta fue-
re arma,& propterea nullo pacto huic ca-
29 sui potest adaptari dispositio *d. cap. 25.*
Quæ intelligi debet iuxtà terminos,& ca-
sus, in quibus disponit, & loquitur, neo
illius pœna locum habere potest, nisi in
casibus expresse, & propriè comprehen-
sis, *cap. is qui de sent. excommunic. l. at
si quis §. diuus ff. de Relig. §. cum igitur
Auth. de nō eligen. secun. Nuben. Dec. in l.
factum. §. in pœnalibus num. 11. ff. de reg.
iur. Menonch. de arbitrar. cas. 276. per
tot.* Etiám ex identitate rationis, *Farinac.*
30 *cons. 54. num. 6. & cons. 65. num. 23.*;
Quiá in pœnalibus non fit extensio ad
alios casus non expræssos, etiamsi ex
deffectù extensionis, delictum remaneret
31 impunitum, *Rolan. cons. 86. num. 33. &
seq. lib. 2.*; Quæ siné difficultate proce-
dunt, attenta dispositione Statuti huius
Serenissimæ Reipublicæ *de extrinseco
intellectù* mandante Statutum, & omnia
etiàm decreta, intelligi debere ad litterā,
& prout iacent, omni interpraetatione
declaratione, & extensione reiecta; Qua-
ré non verificata ad litterā Statuti dispo-
sitione, illius pœnæ locus esse nō debuit,

Verúm Iuris etiám dispositioni cōfor-
mis & consona visa fuit hæc absolutio;
quandò enim vno, & eodem tempore re-
peritur Persona, & propé illam aliquod
armorum genus, potest dici; quòd ille ta-
32 lis repertus dicatur infragranti crimine;
Cum infragranti dicatur capi Reus, quā-
dò in ipso actù maleficij capitur, *Afflict.
in constit. Humanit. num. 27. lib. 2. Fari-
nac. quæst. 21. num. 148. & seqq. Guaz.
33 deffens. 5. cap. 8. num. 1. Giurb. cons. 98.
num. 1.* Vel saltém de Iure arma præsu-
muntur esse illius, propé quem inueniun-
tur, nisi contrarium probetur, quæ Iuris
34 præsumptio dicitur liquidissima proba-
tio, vt in terminis dixit *Caball. cas. 230.
num. 36.* Et quandò Satellites ad alios
actus extraneos diuerterunt, proùt in ca-
sú nostro, in quo deuenerūt ad actū de-
ductionis M. Antonij ad locum Excubiarū
Lanternæ, deindeq; redierunt ad locum
capturæ, ibiq; arma inuenerunt, non po-
test dici, quòd Reos repertus fuerit in-
fragranti, vt optimè firmat, *Canalcan.
de Brach. Reg. par. 1. num. 227.* Vbi lo- 35
quitur, quandò Birruarij destiterunt fu-
gientem prosequi, vel Prætorem adiue-
runt, vel ad alios extraneos actus diuerte-
runt; Potuit enim Alius hoc medio tē-
pore arma proijcere in loco sequutæ cap-
turæ, vt optimé animaduertit *Decian.
lib. 8. cap. 4. num. 12. vers. potuit enim* 36
Alius, & fuit originalis doctrina *Alberic.
de Rosat. de stat. lib. 2. quæst. 121.* in illa
cælebri quæstione, *an inuento pœnès plures
cultello, seù ense, omnes teneantur ad pœnā
Statuti prohibentis delationem armorum*
In qua ipse tenuit, quòd nullus teneatur
propter incertitudinem Delinquentis,
quem refert *Decian. loc. supr. citat. &
Caball. d. cas. 230. num. 39. & seqq. Se-
raphin. Massin. de confiscat. bonorū quæst.
8. à num. 51. & 52.*

Quæ faciliùs admitti debuerunt in
præsenti casù, quià ex procelsù apparet,
eos, qui propè hostiolū VillęM. Benigni, in
qua fuit captus M. Landus, archibugiaras
exploserunt contrá Milites, & Satellites,
pertransiuisse per locum, in quo reperta 37
fuit pistola, & propterea debuit in dubio
pronunciari pro M. Lando contrá Fiscū; 38
Cúm pró obtinenda absolotione sufficiat 39
Reo, Fisci probationes offuscare,& inde-
cens sit, super re dubia certā sententiam
ferre, né veritas offendatur, *Surd. cons.
199. num. 8. & cons. 175. num. 59. vol.
2. Gramat. decis. 8. num. 75. & decis. 56.
num 18. Guazzin. deffens. 29. cap 1. num.
1. & seqq.*: Et sanè, ex Doctoribus, quos
huculq, perlegimus, nullus dubitauit, 40
quòd capta Persona in aliquo loco, &
ex interuallo considerabili temporis, vt
puta vnius horæ, repertis armis in loco
capturæ illius talis, qui fuit captus, possit
præsumi Reus delationis armorum dicto- 41
rum; Quiá in Criminalibus probationes,
ad effectum aliquem condemnandi, de-
bent esse concludentissimæ, & luce me-
ridiana clariores, *Bertazol. cons. 71. num.
11. & cons. 81. num. 7. Farinac. quæst.
111. num. 264. Vermigliol. cons. 179. nu.* 42
2. Quo facto affirmari poterit, quòd hæc
inuentio itá ex interuallo facta sit proba-
tio necessarió concludens, & euidentis-
sima, quòd arma sint illius, qui antea
fuit captus. Flocci

Flocci pendendâ verò existimauerunt DD. depositionem Petri Gobbi vnius ex Satellitibus, qui in suo examine loquens de persona M. Landi inquit; *In occasione di certa acqua li cascò, e li andò vna pistola in terra, che poi vi trouammo con la lenter-*
43 *netta*; Quia prętèr quám quód est vnicus qui de hoc deponit, & ideò nihil probat *iuribus vulgatis*; eius depositio valde suspecta de falso fuit visa; Cum inuerisimile reputatum fuerit, quód si hic Satelles tẽpore sequutæ capturæ M. Antonij vidisset pistolam, de qua deponit etiám cecidisse
44 Mag. Lando, illam statim accepisset, dùm ex eius captura centum scuta aurea, luerabatur ex dispositione *cap. 119. proclamatis armorum*, & voluisset expectare, pro ea inuenienda, & capienda reditum à Porta Lanternæ post ad adductionem ad illam M. Antonij, & quandò inuentio eiusdem pistolæ parùm suffragari ei poterat prò consequenda recognitione eidem concessa ad formam *d. cap.* &
45 quod inuerisimile est, falsitatis habet imaginem. *Vermigliol. conf. 17. nu. 25. Corn. cons. 56. num. 4 lib. 1. Bald. in l. fugitiui Cod. de Seru. fugit. Farinac. cons.* 80. *nu.*
46 61. Vbi quod propterea non est credendum Testibus inuerisimilia deponentibus, & *cons. 121. num.* 40

Remanet quartum, & vltimum prætensorum delictorum caput, nempè explosiones contrà Milites, & Birruarios, sequutæ ante capturā D. Antonij Landi quarum vel ipse prætédebatur Reus, vel falsè cõscius eorum, qui eas explosserant.

Et quód M. Landus explosisset contrá Milites prædictos, deponit Basilius Benus miles Germanus, qui in suo examine ità dicit, *s'affacciò alla finestra il Sig. Antonio Landi con vn berrettone in testa di paglia con vn altro suo Compagno, & il Sig. Landi sparò vn' archibugiata al. Sig. Commissario, & Io me sparai vna al Sig. Antonio, e colpij con essa il suo Compagno*; De qua explosione deponit etiàm M. Ioãnes Felicianus Ibi: *s'affacciò vno alla finestra di detta Casa, e sparò vn' archibugiata verso di Noi &c.*; Ex quibus depositionibus videbatur M. Antonius valdè aggrauatus de dicta explosione; sed illis diligentèr perpensis, & ad Iuris normam ponderatis, parùm, aùt nihil vrgere visæ fuerunt contrà M. Landum; Illa enim 47
Basilij Beni conuincitur manifestissimè falsa, quià cùm deponat de actù sequuto circá quintam noctis horam, in quo Luna non lucebat, sed erat obscurissima, & pluebat, vt deponunt *Franciscus Senepa, Io. Baptista Turcus, & Petrus Calcionus Testes* ad deffensam examinati, dicatq; se cognouisse M. Antonium Landum cum birretto ex paleis contexto, nulla reddita ratione, quomodò eum congnouerit, quomodò reddere tenebatur, etiàm non interrogatus, ad tradit. per *Farinac de testib. quæst. 62. num. 38. Vermigliol. cons. 74. num. 1*, de falso redditur suspectus, *Ias in l. si non special. num. 10. Cod. de testam.* Vbi quód immò reprobantur tanquám 48
falsarij *Farinac. vbi supr. num. 139.* Vbi 49
quód tanquám tales puniri possunt, & *cons. 213. num. 2. Giurb. cons. 37. num. 4.* Pręcipuè attenta distantia fenestræ, in qua dicit, vidisse M. Landum á via, vbi ipse erat, palmorum 50. plené in diffensiuo probata; Et sanè quò magis dictus Basilius, M. Antonium aggrauare studuit exprimendo minutias, eò magis eum in tuto posuisse, Rota censuit: Quiá cuicũq; veritatis Sectatori affectata nimis videbatur descriptio birreti ex paleis contexti, facta á dicto Milite noctis tempore, quãdò neq; Luna, neq; sydera Cœlum, & aerem illustrabant, sed erat vndequaq; nubibus inuolutum; Et quandò timor explosionis debebat eum si non perterrefacere, saltém minùs curiosum, & obseruatorem reddere birretti, quo M. Antonius cooperiebatur, & cùr magis notus debuit esse M. Landus dicto Militi extero, & Germano, quàm M. Feliciano Ianuẽsi, & eius Cõciui, qui licét deponat de explosione, nequaquàm tamẽ nominat M. Landũ, aùt aliũ quempiã sed de duobus 50
hominibus solùmodò in genere depouit; Vndè dùm Testes nullam Rationem efficacem adduxerunt, nempè quod Luna luceret, ignis adesset, vel quid simile, Immò totum contrarium appareat ex processu, DD. visum fuit in nihilo obstare eorum depositiones ad tradita

per

ner Giurbam conf. 37. num. 42. & 43. &
melùs conf. 17. num. 18.
Verũ neq; hic ſubſiſtit falſitas depoſi-
tionis dictiMilitis Germani,qui in ſuo exa
mine,mendacia proſequendo,dixit, ſe ex-
ploſiſſe contrá M. Antonium, & vulne-
rauiſſe eius Conſocium; Et tamèn ex de-
poſitione M. Ioannis Feliciani apparet,
Socium M. Landi, vel potiùs vnum ex il-
lis hominibus viſis, & repertis in Domo
M. Iuſtini fuiſſe vulneratum in Cella Vi-
naria, quæ ſubterranea eſt, neq; eo tem-
pore, quo ex feneſtra fuit exploſum con-
trá M. Commiſſarium,ſed ex interuallo,
vt apertis verbis deponit M. Ioannes. Ibi
s'affacciammo poi alla fineſtra della Canti-
na, e viddimo cinque armati d'archibugio,
e piſtole, e vno d'eſſi hauendo alzato l'archi-
bugio per ſparare contro di Noi,mi ſouiene,
che le ſparaſſe il mio Caporale,vn archibu-
giata e viddi,chevno reſtò ferito;Et prop-
tereá qualis fides ſit adhibẽda huic Mili-
ti,ſatis de perſe notũ eſt: Dũ etiã vulnus
cauſatũ Antonio Martinello claré demõ-
ſtrat, ipsũ fuiſſe vulneratũ ab exploſione
archibugij facta à loco ſuperiori, non ve-
rò inferiori; Cúm vulnus in ſpatula inci-
piens deſcendat humeros verſus, non é
contrà, proùt ſequutum fuiſſet, ſi explo-
ſum eſſet contrá eum à via,vt dicit Baſi-
51 lius, ideoq; ipſa rei euidentia falſitatem
conuincit, in puncto *Bertazzolus conſ.*
Crimin. 71. num. 27. Felic. allegat. 111.
num. 3. par. 2. latè Giurba conſ. 70. num.
16. 17. & 18. cum alijs paſſim,
Quibus omnibus additur mala quali-
tas, & fama dicti Baſilij plené in deffenſi-
uo probata, quod videlicèt annis elapſis
ſe triremibus emancipauerit, & poſtmo-
dùm ad eas fuerit damnatus proptér fur-
52 ta ab eo commiſſa, quæ multò magis eius
fidem detrahunt *cap. ſuper eo*, & Ibi *Gloſ.*
cap. teſtimonium extr. de teſtib. l. 3. §. l.
Iulia ff. eod. Farinae. quaſt. 76. num. 26.
& ſeqq.
Circà verò exploſiones ſequutas propè
oſtiolum Villæ M. Iuſtini, illud animad-
53 uerſione dignum exiſtimauerunt DD.,
quòd Teſtes Fiſci non ſunt inter ſe vni-
formes in numero exploſionum ſequuta-
rum propé dictum locum: Siquidém M.
Felicianus dicit, quatuor archibugiatas
fuiſſe exploſas. Ibi. *Et á pena fu aperta la*
porta, e Noi entrati, che ne tirarono quat-
tro archibugiate, e ne rimaſe vn Soldato fe-
rito; Baſilius Benus deponit de tribus.
Ibi. *Et aſſai preſto s'aprì la porta, e ſi ſpa-*
rorno trè archibugiate, e Noi ne ſpa-
rammo trè altre, Ambroſius verò Melio-
rius dicit, duas ſolas fuiſſe exploſas. Ibi
Quale aſſai preſto s'aprí, e quelli di dentro
ſparararono due archibugiate, e Noi gli ne
ſparammo due altre.
Inſupèr depoſitio dictorum Militum,
& Satellitum non eſt omni fide digna, 54
quia ex eius contextù apparet, eos fuiſſe
offenſos, & offendentes, & ſic inimicos,
dùm dicunt contrà eos fuiſſe exploſum,
& exploſiſſe *cap. cum oporteat de accu-*
ſationibus, Roland conſ. 24. num. 30. vol.
1. Simon. de Pretis conſ. 15. num. 30. vbi 55
firmat, nullum pœnitús facere indicium
Vermigliol. conſ. 272. nu. 4. & conſ. 256.
nu. 7. & conſ. 42. nu. 5. Almon. Ciacc.
diſcept. 8. num. 66. Farinac. quaſt. 60.
num. 18:
Et deniq; non parúm mouit DD. ha- 56
bitus, in quo fuit captus M. Antonius,
videlicèt ſine aliquorum armorum gene-
re, ſine pilis plumbeis, aùt alio quouis
indicio, quòd ipſe eſſet vnus ex illis, qui
exploſerant; Verúm quiá in Sacello an-
nexo Domui eiuſdem fuit captus Anto-
nius Martinellus vulneratus in humero
ictù archibugij,&cum eo alius ex famulis
dicti M. Antonij Landi, qui inuentus, &
captus fuit in loco,in quo exploſiones ſe-
quutæ fuerunt, & veriſimilitér potuit eſſe
informatus de illis,qui exploſerant; Eum
eſſe torquendum per quartam partem
horæ prò habendis nominibus eorum,
qui exploſerant, *Rota cenſuit*, in 57
quo cùm negatiuam ſubſtinuiſſet,
eundem eſſe relaxandum, & ab-
ſoluendum reſpectiué, Rota
decreuit ad tradit. per
Farinac. quaſt.
4. *num. 26.*
Et Ita
&c.

VOTVM

VOTVM DVODECIMVM.

SVMMARIVM.



Carceratus non potest relaxari cum fideiussione, si agatur de pœna corporali, num. 1.

Falsitatis Testium causa durãte, silet causa principalis num. 2., & sub num. 13.

Statutum Genuæ *lib. 1. sub rub. intrà qua tempora causa criminales debent terminari § porrò mandat pendente causa falsitatis, superscderi in causa criminali, n. 3.*

Vulnerans aliquem in rixa pœna pecuniaria punitur, proùt si hoc fecerit calore iracundia, num. 4.

Homicidium in rixa non punitur pœna ordinaria, proùt si ad defensam vita, & honoris, num. 5.

Incontinenti factum, quandò dicatur, nu. 6.

Calor iracundia per quantum tempus duret num. 7.

Vulnus, quandò illatum dicatur dolo, & ex proposito, num. 7.

Fiscalis quomodò debeat procedere in constructione processus, num. 9.

Testes nominati si non examinentur, Reus est dimittendus, num. 10.

Testes Fisci, & Rei *pares nihil faciunt, & quibus magis credatur, maximè affirmantibus, num. 11.*

Carceratus per quantum temporis spatium possit detineri num. 12.

Fideiussori est relaxandus Reus, si pæna est pecuniaria, num. 13.

Saluus conductus, quid operetur, & quomodò seruandus, num. 14.

ARGVMENTVM.

Ianuen. excarcerationis.



Franciscvs Cerrvtvs processatus, & inquisitus pro vulnere læthali ex proposito illato Francisco Vassallo se cōstituit in carceribus, & examini subiectus fassus fuit, se Vassallum vulnerauisse, eò quiá tã seró antecedenti quàm in ipso vulnerandi actu verbis iniuriosis ab ipso prouocatus fuerat, quod etiám eidem assignatis defensionibus plené probatum fuit per duos Testes ad eius defensam examinatos; & eum pro expeditione causæ instaret, M. Fiscus, plura opponebat.

Et primó afferebat processum Fisca- 1
lem nondúm fuisse plené euacuatum:
ideóq; petebat hunc Reum in carceribus
detineri, donéc processus integrè euacua-
retur, maximè quiá agebatur de pœna
corporali *ex Statut. Genua de percutientibus inflicta.*

Secundò dicebat Testes ad defensam
examinatos esse falsos, & vti tales velle eos 2
redarguere, & interim dicebat esse super-
sedendũ in causa principali, ex dispositione
Stat. Criminalis lib. 1. sub rubr. intrà qua 3
*tempora causa criminales debent terminari
in §. porrò*, vbi sancitum reperitur, quód
pendente lite, si aduersùs testium quem-
piam, siuè productorum, siuè ex officio
receptorum, aut aduersùs eos, qui pro-
duxerunt, exceptio, vel accusatio falsita-
tis in causa Criminali foret proposita, cō-
quiescat causa principalis.

Tertiò produxit biliettum dicti Francisci Cerruti; ex quo apparet eum aliàs fuisse condemnatum pró homicidio, & vulneribus læthalibus quibusdam illatis, ex quo dicebat eum esse solitum delinquere; propterea non esse relaxandum, nisi priùs per eum facto verbo cum Serenis. Senatu.

Quibus tamen non obstantibus DD.
dixerunt, eum esse condemnandum, 4
in libris quinquaginta, & in triennali
exilio ad formam *Statuti de percuti.*
nulla habita ratione cultri, eum quo &c.
vti sumpti in loco rixæ, iniungendo M.
Fisco, quod interim ageret partes suas
prout ei videretur.

Et ratio decisionis fuit, quiá tám ex
processu Fiscali, quàm ex defensiuo ap-
paruit, dictum Cerrutũ vulnerauisse Vas-
sallum in rixa, & durante calore iracũ-
diæ, & propterea intrabat clara disposi-
tio *Statuti lib. 2. rub 42. de percut. §.* quod
si nō ex proposito, in quo cauetur, *quod
si quis non ex proposito, nec dolo, sed in rixa,* 5
vel

vel calore iracundiæ aliquem percusserit, & vulnus sit mortiferum debet triginta usq; ad trecentas, & triennium exulet extrà Vrbem Genuæ, & vbi adest clara *Statuti dispositio* frustatoriū est alia iura allegare.

Diximus ex processu Fiscali constare de rixa, & iracundiæ calore, quia Vassallus in sua querela fatetur serò antecedenti antè receptum vulnus verba altercatoria cum Cerruto habuisse, eumq; graui, immò grauissima iniuria affecisse, vocando eum *b. f.* quæ verba nulli dubium, quin sufficientem rixæ causam præbuerint, adeòut licuisset Cerruto iniuriam hanc propulsare, nedùm verbis, sed etiàm factis, itá quod si illicò Vassallū occidisset, vtique ab ordinaria statuti pœna immunis fuisset, cum liceat hominem interficere nedùm ad defensam propriæ salutis, sed etiàm honoris, cum honor, & vita æquiparentur *l. iusta vbi glos. Cod. de manum. testam.* & not. omnes *in l transigere C de transact.* Immò vitæ præferatur, *Vulpell. cons. 1. n. 23., & cons. 129. num. 33. Farinac. quæst. 125. num. 41.* vbi plurimos referr, & firmat occidentē alium proptèr defensionem proprij honoris mitiùs puniri *Bomb. cons. 9 per tot. Mantic. decis. 307. nu. 5.* & iniuria dicitur homicidio proportionata, quandó verbo, vel facto alicuius honori, vel famę detrahitur, *Farinac. cons. 147. num. 31. Vermigliol. cons. 14. num. 16.*

Et est adeó priuilegiata causa honoris, etiàm quod quis ex interuallo occidat eum, qui iniuriam intulit, & in honore lęsit, non propterea pęna ordinaria statuti puniatur, quiá omnibus ingenuis dicitur semper prę̄sens defensio proprij honoris, etiàm post lapsum aliquot annorum, & ex hac ratione S. Consilium Neapolis in similibus nunquàm consueuit damnare homicidas in pœnam ordinariam, teste *Grām decis. 23. n. 5. Gizzarell. decis. 18. num. 3., & 4. Giurb. cons. 86. num. 19.*

6 Si igitur Cerrutus tunc, & incōtinenti occidisset, vulnerauisset, homicidium, seù vulnus diceretur rixosū, & durante calore iracundię commissum, & illatum, cur? tale reputari non debet, licét die sequenti fuerit inflictum, cum ad hoc, vt aliquid dicatur factum incontinenti, non requiratur, quod fiat eodem temporis momento, sed post longum quandoq; tempus, actus factus dicatur nihilominùs incontinenti perfectus *Alex. in l. 1. §. qui præsens num. 8. ff. de verb. oblig.* & arbitrarium esse Iudici, quandó quid dicatur factum incontinenti, tàm in Ciuilibus, quàm in Criminalibus, dixerunt *Mascar. de prob concl. 1065. num. 6. Valasc. decis. 88. num. 6. Cabed decis. 172. num. 4. par. 1. Gizzarell. decis. 18. num. 6. Menoch. de arbitrar. cas. 361. num. 11.* adeò vt quandoq; post tres dies dicatur incontinenti *l. fin. §. illicò vbi Ias. Cod. de iud. Decian. cons. 23. n. 102.*, & quandoq; intrá Mensem vnum *l. diuortio ff. solut. matrim.* vel intrà menses sex, inspecta personæ qualitate *Giurb. cons. 86. nu. 18.* & in terminis quod vindicta, quæ fit die sequēti post receptam iniuriam, dicatur facta incontinenti, tradit *Bambin. cons. 9. n. 13. & Menoch. cons. 107. num. 40. Vermigliol. cons. 43. num. 6. & seqq.* quia iniuria dicitur incontinenti propulsata, quandò propulsari potuit, vt not. omnes *in l. vt vim ff de iust. & iur.*

Verùm cum Statutum supradictū non solùm loquatur de vulnere illato in rixa, sed vlteriùs progrediendo dicat, *vel calore iracundiæ*, quis inficiabitur, quod calor iracundiæ non duret intrà viginti quatuor horas, quià si credimus *Luc. de Penn. in l. omnes omninò Ciuiles Cod. de decur. lib. 10. & Dec. in l. quid quid calore de reg. iur.* iracundiæ calor durat per 30. dies, 7 quam opinionem refert, & sequitur *Farinac. quæst. 126. num. 214., & cons. 2. num. 8. Boss. tit. de homicid. num. 62.* vbi testatur, quod Senatus Mediolani itá iudicauit in causa quorumdam Ludentiū *Menoch. de arbitr. cas. 361. num. 10.* vbi de communi testatur *Vermigliol. cons. 43. n. 6. & seqq. & 71. num. 6.* vbi quod permanentia caloris iracundiæ admittitur, nedùm post vnum diem, sed etiam post plures; honoris enim causa ad vlciscendum semper viget *Gizzarell. d. decis. 18. num. 5.* vbi loquitur de vno, qui recepta ab alio alapa, post longum tempus illum occidit, & tamen fuit determinatū homi-

homicidium non fuisse appensatum, & deliberatum, sed calore iracundiæ commissum, & Homicida ordinariã homicidij pœnam euasit, quod homicidium factum ad defensionem, dicatur factum incontinenti, licét fiat ex interuallo, docet ex multis *Neguzan. cons.* 344. *num.* 15. quiá honoris defensio ingenuis hominibus semper est præsens, & ideó homicidium ex interuallo non punitur pœna ordinaria *Vermigliol. cons.* 37. *num.* 11. *& cons.* 43. *num.* 4. *& seqq.*

Et non abs re alienum duximus considerare, quod statuentes non dixeruut *calore iræ*, sed *iracundia*, quiá valdé intér se differunt Ira ab Iracundia; Ira siquidem *est animi excandescentia in corde sedem habens, quæ breuis furor appellatur*, vt eam nominat *Flac. Epist. lib.* 3. *Epist.* 7. *non* ineõgrué ad mẽtem *Arist lib.* 4. *ethic. cap.* 5. vbi docet, coleticos citó vehementiús, quám par sit, commoueri, sed facilé, ac citó etiám ab ira desistere; *Iracundia veró est vlciscendi libido, quæ non consistit tantum in illa subita iræ excitatione, & animi commotione, sed efferuescit radicata in corde, & in mente, vbi successiuam habet durationẽ*, & tutor lõgus dicitur á *Petrarc. in dialog. de ira*, & est vitium oppositum mansuetudini, vt docet *S. Thom.* 2. 2. *quæst.* 152. vnde egregié cecinit Homerus.

Præterit ira citò, vix iracundia transit. præcipué durante adhúc memoria iniuriæ *Felin. in cap. scribebam sub num.* 3. *extrà de præs.* vbi quod passiones intrinsecæ mentales præsumantur continuæ, & diuturnam habere durationem; & quis non fateatur iracundiam in animo ingenui hominis grauissimé in honore læsi, saltem durare per horas viginti, nõ homo qui pró honoris proprij defensione non cogitat, á belluis non differat.

8 Ex supradictis itaq; patet vulnus per Certurum illatum Vassallo non posse dici dolo, & ex proposito, sed durante adhúc calore iracundiæ, Imó ea efferuescẽte ob recentem iniuriam inflictam fuisse, sed quatenús aliquis dubitandi locus relinqueretur, res in claris versatur ex depositionibus Testium ad defensam examinatorũ, qui claris, & patentibus verbis de rixa, & altercatione in ipso vulnerandi actu deponunt, & concludentissimé eam probant *iuribus vulgatis*; eum immó per vnicum Testem defensionis causa probetur, ad laté tradita per *Guazzin. defens.* 29. *cap.* 3. *per tot.* vbi ex *Surd. cons.* 173. *num.* 67. inquit, hoc procedere etiám, quod delictum contrá Reum esset plené, & concludentér probatum.

Neq; obstare censuimus ea, quæ pró parte M. Fisci in contrarium adducebantur pródilatãda excarceratione huius Rei; ad 9 primum enim facilis est responsio, siquidém cum M. Fiscus magnam mentem habuerit ad formandum processũ, & illũ impinguandũ, nec post examen quatuor Testium curauerit ampliús alios examinare, cum iam delictũ esset in claris, & Testes per Fiscũ examinati præsumantur esse meliores, quos inueuire potuerit pró fundanda sua intentione, non debuit admitti ad impinguationẽ processus, tempore quo Reus in carceribus detinebatur ex traditis *per Rot. decis.* 406. *num.* 2. *& & 491. num.* 2. *par.* 2. *recen. Vermigliol. cons.* 141. *num.* 4. præcipué attento delicto, pró quo non venit imponenda, nisi pœna pecuniaria, *vt infrà dicetur*.

Nec obstat si dicatur, quod omnes Testes in processu nominati non fuerunt examinati; siquidém primó respondetur, 10 quod quandó Testes nominati non fuerunt examinati, Reus debet absolui itá *Guazz. defens.* 22. *cap.* 1. *num.* 6. Secũdó animaduertendum duximus, quod Testes Fiscales exponentes Certurum vulnerauisse Vassallum, nullis dictis verbis, non coarctant negatiuam non prolationis verborũ, videlicét, quod sequi nõ potuissent verba inter prædictos, quin ipsi audiuissent, proút necessarium erat *Alex. cons.* 43. *num.* 18. *lib.* 4. *Farinac. quæst.* 158. *num.* 125. vbi plures allegat, & ampliat procedere etiám, quod Testes dicerent se fuisse proximos loquentibus, *Vermigliol. cons.* 244. *num.* 7. vbi quod Testis, quid dicit se non audiuisse, non probat negatiuam, idem *cons.* 252. *num.* 8. Ideóq; etiám si alij duo Testes à Io. Maria Granaria nominati per Fiscum examinarentur, & isti duo etiám de ne- 11

t gatiua

gatiua coarctata non rixę deponerent; vtiq;nihilominùs Fisco non prodessent, . quia essent numero pares cũ alijs duobus ad defensam examinatis,& de rixa deponentibus, qui propterea præferendi essent,ad tradita per *Mascard.de prob.concl.* 497. *nu.* 15. vbi infinitos allegat, *Guazz. d. defen.* 29.c.3.n. 13. prout præferendi essét etiã,quod illi deponétes de nõ rixa essét numero superiores, ex vulgata illa iuris regula,quod magis creditur duobus Testibus affirmantibus,quã mille negãtibus, *Farinac. quæst.* 65. *n.* 201. vbi infinitos de more congerit.

Secunda verò oppositio per Fiscum proposita veré nimis fuit ardua, vtpotè quia ab omni iuris,&æquitatis tramite deuia est; Quis enim falsitatis somus datur? super quo istiTestes redarguuntur de falso? at si horum nihil per Fiscum dedu-
12 citur, debet Iudex ad fouendam Fisci credulitatem Reũ per quadraginta dies in carceribus detinere contrá expressam dispositionem iuris, & statutorum; siquidém *Arcadius, & Honorius Impp. in l. diuersorum Cod. de accus.* Carceratorum expeditionem non esse differendam dixerunt, ibi, *ne diuersorum criminum Rei vel dessidia Iudicum, vel quadam leuitatis ambitione per prouincias detenti, & carcere crudelius differantur*,expressè etiã iubente *statuto Criminali lib.* 1. *rub.* 34. *de mod. proced. contr. non. centum. in §.*
13 *& si eius maleficij*, quod si Reus est mulctandus pecunia, aliauè pœna nihil ad corpus attinenre, caueat de stando iuri, & iudicatum soluendo, & de se presentando, & si cauerit liberetur; ex quo mens statuentium colligitur,quod noluerint Reum in carceribus detineri, nisi quandó est corporali pœna afficiendus; quapropter Cerrutus, attẽta pace à Vassallo obtenta, vt ex publico documento in actis exhibito, solùm erat pœnæ pecuniariæ obnoxius, non debuit diutiùs in carceribus detineri, sed eius causa, prout ius, & æquitas expostulabant,expediri; & si benè perpendatur dispositio *statuti per* M. Fiscum allegati, luce clariùs meridiana apparebit, illud solùm loqui, quandó Reus dat exceptionem, vel accusationẽ falsitatis contrà Testes Fiscales, vel productos ab adhærente Fisco, vel ex officio examinatos,non autem est intelligendum, quandó Fiscus vult redarguere ex officio de falso Testes ad defensã examinatos,id quod colligitur ex contextu subsequenti *d. statuti* vbi iubet, quod si ille, qui exceptionem falsitatis proposuit, eam non probauerit, vel ab ea destiterit, det 25. vsq; ad 100. libras; En ? igitur, quod dicti *statuti* dispositio est intelligenda de redargutione falsitatis, quam dat Reus contrà Testes Fiscales, vel productos ab adhærente Fisco.

Ad Tertium de se paret responsio; si- 14
quidém cum Cerrutus se constituerit cũ saluo conductu generali obtento á Serenissimo Senatu, frustratorium est quærere, animalia delicta perpetrauerit,cum saluus conductus omninó seruandùs sit, & nemo sub securitate, aut publica fide carcerati, aut quomodolibet molestari debeat, vt pluribus ad saturitatem congestis, firmat *Farinac. quæst.* 29. *num.* 1. *& seqq.* vbi sub *num.* 3. Subdit, quod dubitans de validitate salui conductus, crimen sacrilegij incurrit, quiá si turpe est in priuato fidem fallere *l.* 1. *ff. de constit. pec. cap.* 1. *extrà de dol.* cum simil; multó peius est etiám quem sub fide publica deceptum, remanere *l.* 1. *Cod. de his qui ven. ata. impetr.* fides enim est fundamentum iustitiæ, & ideó vbi fides non seruatur, ibi iustitia deficit; & prædicta multó fortiùs procedunt in saluo conductu concesso à Principe, cui nihil magis conuenit, quám recta fides; & ideó securitas ab eo concessa, debet esset immobilis, sicùt lapis angularis, & polus in Cœlo, vt per *Farinac. loco supra citato num.* 5. vbi plura cõgerit ad ornatũ huius cõclusionis;Hinc maximus, & sapientissimus nostri Æui IMP. CAROLVS V. vt scribit *Zenocrat. lib.* 1. *eius vita*, dicere solebat, fidẽ reiũ promissatũ, & si toto mundo exuletur, tamen apud Imperatorem consistere oportet, vtpoté qui optimé sciebat, fide publica nõ obseruata, nõ fidẽ Reipublicæ,sedRempublicã fidei defuturam;quapropter nulla suberat causa, quin Cerrutus, qui se sub dicto saluoconductu in carceri-

carceri-

carceribus constituerat, in illis deberet retineri post expeditionem causæ, vt in terminis *dixit Vermigliol. cons. 246. num. 1. & 2.*

Et si prædicta sibi locum vendicant in quolibet saluoconductu concesso à Iudice habente auctoritatem; quantò fortiùs erat attendenda in hoc saluoconductu concesso Certuto á Serenissimo Senatu, cuius talis est Maiestas, & Iustitia, vt impium sit, ne dicam execrabile, de illius fide dubitare, itaút de eo iuremeritò dici possit quod habetur in *psal. 88. quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita*, & punitione digni fuissemus, si hunc Reum longiori carcere vexati permisissemus, quià vt scripsit *Liu. lib. 4. non modo fidem inuiolatam tueri oportet, sed etiàm ab omni suspicione remotam.*

Et Ità resolutum, & Reus statim è carceribus relaxatus.

VOTVM. DECIMVMTERTIVM.

SVMMARIVM.

PAx quandò dicatur perfecta, & sub num. 5. num. 1.
Pacis fracta pæna, num. 2.
Fiscus in quo non sit priuilegiatus. num 3.
Pax rupta ex quibus probetur, & quomodo fiat legitimè, num. 4.
Ratificatio pacis quomodo inducatur, nu. 5.
Pax quomodo dicatur, an verò concordia vt quis puniatur pænam fracta pacis, nu. 6.
Pacis tacita ratificatio quomodo inducatur, num. 7.
Filius quod patri contradicat, est quid indecens, num. 8.
Statutum Genuæ de rumpente pacem declaratur, num. 9.
Pax an possit fieri inter absentes, num. 10.
Pacem non frangit. qui ex noua causa offendit, num. 11.
Promissio qualibet intelligitur rebus sic stantibus, num. 12.
In dubio iudicandum venit, quod pax non fuerit fracta, num. 13.

ARGVMENTVM.

Clauaten. Pacis, siuè Concordiæ.



ORTA inter Benedictum Bottum, & Franciscum Brignardellū discordia occasione Choreatum, Benedictus apposuit manus ad pugionem animo Briguardellum offendendi, sed adstantiū interuentu impeditus é loco vbi choreæ ducebantur, discessit, re delata Christophoro Deuoto communi amico, ille Bottum perquisiuit, eoq; inuento ortam inimicitiam componere curauit, & præsente Dominico Benedicti patre, eundem rogauit, vt vellet esse amicus Brignardelli, qui respondit *di non hauere à fare niente con lui;* sed precibus Deuoti annuens, eidem promisit illum non offendere, quo verbo, & promissione habita, Deuotus ad locum chorearum se contulit, habitoq; tractatu simili cum Brignardello, illi paritér respondit *di non hauere, che fare niente con il Botto*, sed vt rem gratā faceret mediatori, ipse paritèr promisit prò sé, & Luxorio Socio eum non offendere; recepto hoc verbo, Deuotus illud Botto retulit, qui modo interlapso tempore iteiúm ad locum Chorearum redijt, vbi petito tripudio á Brignardello, responsum recepit, quod vbi quidam iuuenes, qui tunc Choreas ducebant, ab illis discessissent, tripudium haberet; & replicante Botto, *che voleua ballare all'hora*, Brignardellus subiunxit *se volete ballare, ballate, ch'io non voglio gridare*, sed assurgens Luxorius Socius Brignardelli, qui subiunxit, *ballerai doppò questa compagnia*, & illicò Bottus euaginato gladio Brignardellum duobus vulneribus sauciauit; Capitaneus Clauari structo in contumaciam processu, & seruatis de iure seruandis, Bottum pro dictis vulneribus condemnauit in pœnam furcarum, & rebellionis ob fractam pacem; Verùm Voto Rotæ transmisso, Domini dixerunt, votum non esse Rotale, quià non constabat de pace.

Siquidém adhoc vt pœna fractæ pacis locum habeat, debet priùs concludentèr 2

constare de pace *Dec. cons.* 531. *in prin. Thusc. in verb. Pax concl.* 188. *num.* 1. *Guazz. de pac. quæst.* 42. *n.* 1. & est regu-
3 lare in omni materia pœnali, quod requiratur plena, & concludens probatio, cũ Fiscus non sit in hoc priuilegiatus, vt est *text. Clarus in l. sciant cuncti. C. de probat.* quæ lex est canonizata 2. *quæst. vlt. cap. sciant cuncti. Boss. tit. de conuict. num* 9. præcipuè, quandò agitur de pœna mortis *Decian. resp.* 48. *num.* 37. *& seqq. vol.* 3. *& in* terminis, quod quandò agitur de pœna fractæ pacis, requiratur liquidissima probatio, tradit *Guazz. de pac. quæst.* 41. *num.* 1. *& seqq.*

4 Non constare de autē pace Rota dixit ex Infrascirptis fundamentis, & primò quià pax inter absentes, fieri non potest *l. qui absenti ff. de acquir. poss. Boss tit. de pac. num.* 20. in pun. *Guazz. eodem tract. quæst.* 29. *num.* 1. vbi quod requiritur quod Nuncius, vel Notarius, vel alia publica persona interueniat, quæ absentis nomine stipuletur, *Alex. cons.* 131. *nu.* 9. *lib.* 4. vbi de magis communi, *Clar.* §. *fin. quæst.* 58. *num.* 36. vbi etiàm de magis cõmunis, *Vpell. de pac quæst.* 7. *num.* 1. vbi quod est satis vulgata cõclusio, *Nouell. in pract. cap. fin. nu.* 77 *qui nu.* 85. subdit, quod benè absenti potest fieri remissio iniuriæ; & quamuis *glos. in* §. *fin. Instit. de iniur.* dicat quod in pace non requirtur pręsentia partis, attamèn *in vers. itē è contrà* tenet, quod partis præsentia requiratur, & ideò *glos.* illam in prima parte esse intelligendam de pace, & illius fauore in foro pœnitentiali, in secundò verò casu in foro Iuciciali, dicit *Boss. vbi supra num.* 20. *vers.* difficultas pendet.

5 Et quàmuis ratificatio siuè, tacita, siuè expressa pacis facta nomine absentis sufficiat ad effectum, quod offendenseum, cum quo pax inita fuerat, dicatur pacē fregisse, & talis ratificatio inducatur ex sola scientia, vt latè firmat *Mascar. de prob. concl* 1162. *num.* 15. *lib* 2. *Moron. tract. de pac. & treg. quæst.* 134. *nu.* 9. qui allegat *Rolād cons.* 19. *nu.* 39 *lib.* 1. attamen contraria opinio, quod per solam scientiam, & taciturnitatem non inducatur ratificatio in præiudicium tacentis volunt plures relati *per Guazz depac. quæst.* 84 *n.* 8. & cum hac opinione transit *Farinac. quæst.* 107. *num.* 293. vbi, quod ità obtinuit ipso patrocinante in Camera Apostolica, ad fauorem Bruti Odoardi, quapropter cum Bottus responso habito à Christophoro Deuoto, quod Brignardellus illum non offenderet, nullum responsum dederit, non potest dici, quod pacem suo nomine factam per suam taciturnitatem ratificauerit.

Secundò consideratum fuit nullam posse considerari ratificationem præiudicialem Botto, quià prò parte Fisci non fuit probatum, fuisse inter eúm, & Brignardellum pacem initam, quià non fuit doctum inter prædictos interuenisse osculum, vel dexteratū porrectionem, qui actus, vel vnus ex eis sunt necessarij ad pacis perfectionem; & iure meritò osculum in pace interuenire debet, quia illud est verum signum pacis *de consecrat. dist.* 2. *pacem igitur* 22. reg. 14. *cap. in fin.* & ab osculo incepit benedictio *Gene.* 27. & quià is qui præbet osculū censetur eius, quem osculatur, salutem optare, & est indicium Charitatis, amicitię, & consensus 63. *distin. cap. cum Adrianus Luc. de Penn. in l. vnic. n.* 29. *Cod. de pub. iud. lib.* 12. & ātiquitùs datis hinc inde dexteris pax fiebat, vnde dicitur *lib.* 1. *Machab.* demus dexteras hominibus istis, & faciamus cū illis pacem, & erat iuramentū apud antiquos, quià dextera est Testis fidei, & pignus pacis *Ioan. Andr. in cap. fundata. de elect. lib.* 6. *Luc. de Penn. d. l. vnic. n.* 29. & quod vel osculum, vel datio manus debeat in pace interuenire, *Farin. cōs.* 98. *num.* 5. & quod etiàm potus sufficiat ad stabilimentum pacis, firmat *Caball. cas.* 101. *num.* 67. *ex Benintend. decis.* 65. *n.* 16. quod etiā optimè agnoscens Christophorus mediator in tractatione pacis fiendæ inter Brignardellum, & Bottum, vt deponit ipse in suo examine post receptum verbum, *che non s'offenderiano*, subiūxit, *che doppò la festa beueriano insieme* quasi hic potus esset necessarius prò cōplemento pacis, & concordiæ.

Et licet quandoq; soleant inter rixantes alij actus interuenire, vt sunt salutationes,

tiones, alloquutiones, potus, cibus, & similes actusSociales, attamén ex eis licèt censeatur remissa iniuria, nihilominùs nō sufficiant, ad hoc, vt dicatur inita pax, itaût si postmodum quis offendat eum, cū quo actus Sociales fecit, dicatur pacem fregisse, vt in puncto declarat *Farin d. cons. 98. num. 3. & Guazz. de pace quaest. 80. num. 9.*

Et considerabant Domini, quod inter Brignardellum, & Bottum potiùs dici
6 posset inita concordia, quam pax, quae cōcordia nōgaudet priuilegijs pacis, sed ab ea differt *Corsett. in tract. de priuil. pac. n. 14. & 16. Baiard. ad Clar. §. fin. quaest. 58. n. 58. Farin. d. cons. 98. per tot.* & praecipuè *num. 10. Guazz. d. quaest. 80. num. 1.* quià in concordia non requiritur, quod interueniat osculum, vt dicit *Specul. tit. de treg. & pac. num. 2. in fin. vers. item nota, Farin. d. cons. 98. num. 10.* & plus est cum aliquo pacem facere, quám concordiam, quia haec datur fine interuentu vlterioris amicitiae, vt accidit in casu isto, pax autem non datur fine renouatione antiquae amicitiae *Fulgos. in l. 1. num. 4. ff. de pact.* vbi propterea infert, quod qui habet pacem, habet concordiam, sed nō è contrà *Guazz. d. quaest. 80. num. 4. Farin. d. cons. 98. num. 10.* & proptereà post concordiam non dicitur rupta pax, si sequatur offensio inter ipsas partes, quae concordiam fecerunt *Ferett. tit. de ferijs num. 45. Barbat. cons. 1. num. 106. vol. 3. Simon. de Pret. cons. 64. num. 24. & Guazzin. d. quaest. 80. num. 7.*

Verùm rem omni carere difficultate existimauerunt Domini propter depositionem Io. Baptistae Questae Testis pro Fisco examinati, qui in suo examine per haec formalia verba deponit *il Benedetto doppo essere stato essortato da tutti à far pace si ne quietò, & il Padre di detto Benedetto disse al Christofaro, che era iui, che andasse dal Francesco Brignardello, che prendesse la parola di non offenderlo, che suo figlio Benedetto era quieto, e detto Benedetto à simili parole non rispose, anzi consentì, & si mostrò quieto*, ex quibus verbis primò elare colligitur, Benedictum nullam pacē, seú concordiam, seù verbum de non offendendo Brignardello dedisse, sed haec praestitisse eius patrem eo praesente, & tacente; propterea superfluum est dispu-tare de fractura pacis, cum illa quoad Benedictum non fuerit probata, quae tamen concludentissimé probari debuit ex suprà deductis.

Nec dicatur quod tacendo Benedictus ratam habuerit pacem, seù promissionē de non offendendo eius nomine factam
per eius Patrem, quia vt supra dictum fuit 7
in § quamuis ratificatio per solam praesē-tiam, & taciturnitatem non censetur quis pacem suo nomine factam ratificare *ex Farinac. q. 107. n 293. & Guazz. de pac. qu. 84. n. 8.* & Questa qui deposuit quod Benedictus acquieuit, & assensit, in hoc partes Iudicis assumpsit, cuius erat iudicare, an Benedictus assensus fuerit, necne; ipse enim tenebatur referre verba, actus, & gestus per Benedictum factos, ex quibus posteá Iudex iudicauisset, an assensum praestitisset necnè, & consequentèr hic Testis nihil probat, cum Testium debeat esse Testimonium, non iudicium *Oldrad. cons. 220. num. 6. Ias. cons. 157. num. 6. lib. 4. Vermigliol. cons. 72. num. 4. & cons. 177. num. 4. & 282. num. 5. Rot. decis. 737. num. 3. par. 3. & decis. 407. num. 35. par. 5. rec.* praetertim cum eius iudicium appareat falsum ex sua depositione, in qua dicit Benedictum, licet nullum responsum dedetit, assensum praestitisse *Vermigliol. cons. 3. num. 8.*

Et dicebat etiam vnus ex Dominis, quod licèt Benedictus expressum assensum praestitisset verbis eius nomine prolatis ab eius Patre, adhuc non posset dici eum pacem fecisse cum Brignardello,
quià cum indecens esset Benedicto eius 8
Patri contradicere, qui optabat eum cum Francisco reconciliari, intrant ea, quae in simul dicunt DD. de remissione iniuriae praesumptae ex osculo, seú cōuersatione in simul edendo, & bibendo, quod nō procedant, nec locū habeant, quandó haec nō fiunt sponté, & motu proprio, sed honestatis gratia, & quiá alitèr facere indecens erat *Iodoch. in pract. crimin. cap. 136. n. 22. Baiard. ad Clar. in §. iniuria nu. 57. vers. quandò comedunt simul Guazz. de pac. quaest.*

quæst. 32 *num.* 9. & in puncto filij reconciliati cum inimico in præsentia Patris, quodnõ dicitur fecisse pacẽ, ex quo ad illã fuerat inductus metu reuerentiali Patris, qui pacem volebat, firmat optimé *Farin. d. con.* 98. *nu.* 4. omninò videndus.

Neq; prædictis obstare censuerunt DD. ea, quæ pro parte Fisci in contrariũ adducebantur, quod videlicèt *statutũ sub rubr.*
9 *de rumpente pacem* non loquatur de rũpente pacem, sed vlteriùs progrediendo dicat, *vel inducias* & in nigro etiám compræhendat rumpentem fidem vltrò citroq; datam de non offendendo; quapropter cúm negari non possit saltèm intèr Bottum, & Brignardellum intercessisse inducias, & fidem de se ad inuicem non offendendo, euadere nõ poterat pœnã á statuto impositã contrà *rũpentes pacem*, cũ in dicto statuto sint æquiparata pax, induciæ, & fides de se nõ offendendo.

Siquidèm præter quàm quod rationes, & fundamenta superiùs adducta, quibus demonstratũ fuit non fuisse initã pacem inter prædictos Brignardellũ, & Bottũ, militat etiã quod nõ fuerint cõtractæ, data induciç & fides de se nõ offendendo, Domini existimauerunt ex prædictis *statuti* verbis magis in tuto poni causam Benedicti, ponderando verba *statuti* ibi *siquis post pacem, vel inducias cum eo contractas, a quo vel læsus fuerat vel cum quo rixatus simultates, aut inimicitias exercuerat*; quæ verba cum *eo*, & *cum quo*, quæ sunt personalissima, & demonstrátiua personæ illius, quæ rixata fuerat *Tiraq. de Retract. conuent.* §. 1. *glos.* 6. *nu.* 25. *Menoch. cons.* 152. *num.* 40 *& cons.* 276. *nu.* 13. *Surd. decis.* 210. *num.* 16. indicant, immò expræsè disponunt, quod pax seù induciæ debeant initi inter eos, qui rixati fuerant, non autem interuentu mediæ personæ componi; quaproptèr cum induciæ, & fides de non offendendo in casu nòstro non fuerint initæ inter Bottum, & Brignardellum immediatè, & personalitèr, sed interueniente nomine, & vice amborum Christophoro Deuoto, nõ potest esse locus pœnæ huic statutariæ impositæ cõtrá rumpentes pacem; Et huiusmodi
10 statutaria dispositio optimé congruit dispositioni iuris comunis suprà ponderatæ, quod videlicèt pax non possit fieri inter absentes, sed requiratur præsentia eorum, qui pacem, vel inducias contrahunt; quod etiam clarè suadent verba subsequentia eiusdem *statuti* ibi, & *fidem vltrocitroquè de non offendendo datam*; quæ verba satis clarè demonstrant fidem deberi personalitèr dari inter eos, qui priùs simultates exercuerant; quapropiér cum nullum horũ in præsenti causa interuenerit, non potest sibi locum vendicare statuti dispositio, *Dec. cons.* 49. *num.* 1. *vers cum statutum, Natt. cons.* 648. *num.* 3. *Vermigliol. cons.* 305. *num.* 9. cum ea locum non habeat, nisi in casibus expressè, & propriè in ea comprçhensis *cap. si qui de sent. excomm. l. at si quis* §. *diuus ff. de relig* § *eum igitur, Auth. de non eligen.* 2. *nub. Menoch. de arbitr. cas.* 276.
per tot. Vermigliol. cons. 399. *num.* 1. 11

Et in omnem casum non deerat in præsenti casu noua causa, quæ Bottum á pœna fractæ pacis excusaret, vt testantur *Moron. in tract. de treg. & pac par.* 3. *quæst* 9 *num.* 1. *& seqq. & quæst.* 14. *per tot. Vlpell. eodem tract. quæst* 45. *num.* 4. *& resp.* 2. *num.* 37. *& resp.* 53. *num.* 1. vbi de receptissima opinione *Farinac. quæst.* 107. *num* 403. vbi infinitos DD. allegat, *Guazz. de pac. quæst* 43. *num.* 1. 12
& est ratio, quia pax, sicut quælibet alia promissio, semper intelligitur cum illa clausula, rebus sic stantibus; vel aliquo de nouo non superueniente *cap. cum inter. de renunc. l. fin. Cod. de non n. pec. Rom. cons.* 183. *num.* 1. *vers.* 3. *licèt*, & in proposito dicitur noua causa, sufficiens ad excusãdũ à fractura pacis omne id, quod prouenit ex facto prouocãtis offendentem ad iracundiã, etiã quod tale factũ nõ sit punibile *Vlpell. resp.* 7. *nu.* 12. *& resp.* 77. *num.* 5. *&* 19. *Farinac. d. quæst.* 107. *num.* 464. *Thob. Non. cons.* 511. *nu.* 28.
Honded cons. 97. *nu.* 33. *lib.* 1 *Guazz. de* 13
pac. quæst. 44. *num.* 22. *&* 23.

Vltimò prò coronide addendum est, quod in dubio pronũciandum est pacem non fuisse factam, *Vlpell. de pac. quæst* 59. *num.* 5. *& resp.* 2. *nu.* 34. *Thob. Non. cons.* 111. *num.* 35. *Honded. cons.* 89. *num.* 54.

3. Fa-

2, *Farinac. quaest.* 107. *n.* 398. *& cons.*98. *Mascar. de prob. concl.* 11. 62. *num.* 3. *Cuazz. de pac. quaest.* 33. *nu.* 14. *Decian. cons.* 406. *num.* 7.

Et itá rescriptum, & resolutum fuit.

VOTVM DECIMVMQVARTVM.

SVMMARIVM.

F*Ides extracta lite pendente, & Fisco non citato fidem facit num,* 1. *&* 10.

*Confessio quantumuis Iudicialis, & spontanea potest semper, & quandocumquè, docto de errore reuocari. n.*2. *ampliatur, n.*3. *&* 13.

Confessio suis non est destituta deffensionibus, cum multa contra illam excipi possint, num. 5.

Reo confesso non sufficit allegare errorem confessionis, nisi eum plenè probet, nu. 6.

Fides Baptismatis extracta ex libro Curati, qui in fonte baptizauit, concludentèr probat aetatem, num. 7.

Minor non potest stare in Iudicio Criminali, nequè interrogari sine authoritate Tutoris, vel Curatoris, num. 8.

*Non seruata forma à Statuto, & Lege praescripta, Cōfessio minoris adeō nō nocet n.*9.

Iura extracta à Notario rogante, vel eius successore lite pendente sine compulsoria, & Aduersario nō citato, sunt in forma probanti, & plena in fidem faciunt, num. 11.

Fides Baptismatis extracta à Successore Parrochi sine partis citatione, & lite pendente, plenè probat, num. 12.

Acta facta in causa Ciuili, non probant in causa Criminali, num. 14.

Depositiones Testium reddentium insufficiētem eorum rationem scientia, nihil probant, num. 15.

Scriptura, & instrumentum productum, quandò habent suspicionem falsitatis, cui incumbat onus probandi eam. de quò ponitur distinctio, nu. 16. *&* 17. *Et de ratione, num.* 18. *& standum fidei productae legitimè extractae & omnibus adminiculis fulcita, num.* 19

Extractio fidei facta per vice Curatum lite pendente, & sine litteris Cōpulsorialibus, & absquè partis citatione, àn plenè probet, & quando, num. 20.

ARGVMENTVM.

Ianuen. Confessionis Erroneae.



AG. Odoardus Canterinus cùm vigore cuiusdā falsi mandati expediti á quibusdam ex Excellentiss. vti deputatis ab Excelentiss. Procuratorum Collegio huius Sereniss Reipub. exegisset in Cartulario Argenti Montiū S. Bernardi scuta 493. Argenti, & paucos post dies iterùm rediuisset cum alio falso mandato prò exigenda consimili scutorum Argentorum quantitate; Scribae dicti Cartularij de Duplicatione dd. mandatorū dubitantes, adiuerunt Cancellarium Excellentiss. Procuratorum ab illo sciscitaturi de veritate dd. mandatorum, á quo mandata expedita apparebant, qui statim inspecto 2. nondùm soluto, eius falsitatem agnouit: Quapropter statim iussū fuit M Odoardum carcerari, pęnès quem in actu capturae inuentum fuit aliud mandatum duobus antecedentibus in omnibus consimile; Ideòq; illicó constitutus. & examinatus, rem proùt se habebat narrauit, confitendo se tàm primum exactum, quàm secundum nondùm exactum, ac etiàm tertiùm pœnès ipsum repertum, conscripsisse, & firmam, seù caracterem duorum ex Excellentiss. Cancellarijq; falsificauisse, nartando modum, quo tàm artificiosè, & naturalitér dictos caracteres imitatus fuerat, & difficillimum nè dicamus, impossibile esse, falsā subscriptionē á vera distinguere, quibus itá confessatis, interrogatus de eius ętate se annū vigesimū secundū agere dixit, assignato itaq; eidem termino ad faciendum suas deffensiones iuxtá practicam traditam á *Clar. quaest.* 64. *nu.* 43. In eo M. Odoardus suam confessionem reuocauit in ea parte, in qua se maiorem annis viginti fassus fuerat, dicendo, se solumodò annū decimum nonum agere, & ad docendū de hoc errore circà suam aetatem, produxit fidem Baptismatis extractam a Vice

ce Curato loci N. cum legalitate, & subscriptione Vicarij Generalis Episcopi Tortonen. & Vicarij huius Eminen. Cardinalis Archiepiscopi.

Plura autem opponebantur per M. Fiscum contrà hanc fidem productam,
1 Et Primò, quòd illa fuisset extracta lite pendente, & Fisco non citato, ideòq; quod nullam fidem faceret iuxtà tradita *per Rotã apud Pieum ad Statut. Vrbis decis. 64. num. 1. & apud Gregor. decis. 359. & ibi Add.*

Secũdò, quòd ea nõ obstante debebat Reus vti maior annorum viginti condẽnari, quià confessio eiusdem in hoc processù æmanata adminiculabatur ex alia cõfessione eiusdemmet facta hoc eodem anno, quandò cum armis captus in suo examine se paritèr annorum 22. cõfessus fuit, & vti talis punitus ad formam *proclamatis armorum*; producendo insupèr ad prædictorum corroborationem fidem legitimè extractam, ex qua apparebat, quòd M. Odoardus fuerat admissus ad Magnum Consilium, in quo nullus admitti potest, qui annum, vigesimum secundum non attigerit, & vlteriùs Testes ad instantiam ipsius M. Cantarini examinatos, cùm ad dictum Magnum Consiliũ admitti postulauerat, qui deponunt ipsum esse dictæ ætatis annorum 22.

Tertiò accedebat, fidem Baptismatis esse suspectam de falso, ex quo Illustrissimus Episcopus Tortonen. rogatus per epistolas M. Rotæ, vt permitteret, dictã fidem collationari cum libro Baptizatorum loci N. dictam collationem denegauit proptèr dubium incurren. vt ipse respondit, irregularitatem; Signum euidẽs, quòd dicta fides esset falsa, quià si esset vera, rem in tuto ponebat quoád ætatem minorem M. Odoardi; Ideoq; Fiscus instabat, dictũM. Odoardum coarctari ad præstandum, vt dicta collatio fieri posset, aliàs protestabatur, nullam fidem esse adhibendã dictæ fidei Baptismatis; Cũ producenti scripturã suspectam de falso, incumbat onus probandi, eam esse veram.

Vltimò tandem opponebatur, nullam fidem mereri, quià fuerat extracta non à Parocho, sed à Vice Parocho, & sic nõ ad formam, & prescriptum *Sac. Conc. Trid.*

Quibus tamen non obstantibus, M. Rota dixit, dictum M. Odoardum iterùm esse constituendum cum Curatore.

Certa enim est Iuris Conclusio, quòd confessio quantùmuis Iudicialis, & spontanea, potest semper, & quandocumq; docto de errore, reuocari secundùm communem opinionem, de qua testatur *Boss. in tit. de confess. num. 6. Clar. quæst. 55. num. 18. & quæst. 65. in princ. Caball. cas. 186. numer. 1. Guazzin. ad deffens. Reor. deffens. 32. cap. 10. numer. 1. & seqq. Farinac. quæst. 81. nu. 316. Maur. Burg. de mod. proced ex abrupt. quæst. 100. num. 72 Honded. cons. 66. num. 66. & 68. Cala de mod. articulan. §. 2. Glos. 1. num. 576. Macerat en. lib. 3. resolut 21. num. 1. Torret. cons. 45. num. 13. & cons. 56. num. 8.* Error enim facti semper emendari potest, *Mantic. decis. 298. num. 2* Etiàm post sententiam in Criminalibus, *Farinac. d. quæst. 81. num. 327.* 2 3

Estq; adeò vera hæc conclusio, vt procedat, quantùmuis huiusmodi confessio esset Iurata, & repetita, *DD. com. in l. 1. Cod. de error. calcul. Decian. cons. 55. num. 26. lib. 2. Bims cons. 192. num. 8. & cons. 242. num. 35. Lancellott. Gall., cons. 125. num. 32. Hond. ded. cons. 102. num. 42. lib. 1. Morate. cons. 29. num. 34. Farinac. d. quæst. 81. num. 318. Clar quæst 64. vers. si autèm Reus in fin. Caball. d. cas. 186. num. 2. Guazzin. d. deffens. 32. cap. 10. num. 1. vers. immò etiàm si confessio.* Neq; enim confessio suis est destituta defensionibus, cùm multa contrà illam excipi posse, affirmet *Boss. tit. de confess. nu. 10; Clar. quæst. 49. n. 55. Magon. decis. Florent 88. n 3. Giurb. cons. 16. nu 6. in fin.* 4 5

Et quantùmuis non sufficiat Reo confesso allegare errorem confessionis, nisi etiàm plenè errorem probet, ad tradit. *per Farinac. d. quæst. 81. num. 337.* Satis superq; probatus fuit per M. Odoardum error suæ confessionis circà ætatem, dùm per exhibitionem fidei Baptismatis sufficientèr docuit, se esse minorẽ annorum 20. 6

Si-

7 Siquidém fides Baptiſmatis extracta é
libro Curati, qui in fonte baptizauit,
concludentér probat ætatem, itá diſpo-
nente *Sac. Conc. Trid ſeſſ. 34. cap. 2.* Et
hoc firmant plures relati per *Farinac. in
fragment. in Verbo ætas nu. 141. & Maſ-
card. de prob. lib. 2. concluſ. 672. num. 1.
& ſeqq.* Vbi de communi teſtatur *Gratiã.
diſcept. 767. nu. 47. Coputaq. decis. 314.
part. 1. Rot. deciſ. 647. par 2. recen, Gen.
de ſcript. priuat. lib 5. tit. de lib. Pleban.
quæſt. 1. num. 1. Rot. coràm Card. Sera-
phin. decis. 1138. num. 2. & coràm Card.
Caualer. deciſ. 444. num. 4. & coràm Re-
uerendiſſ. Durano deciſ. 78. n. 22. & deciſ.
79. n. 5. & deciſ. 207. la prima n. 3.* Vbi cõ-
cordãtes adducit *Redenaſc. cons. 49. n. 11.*
Quibus itá firmatis, certum eſt in Iu-
8 re, quód Minor non poteſt ſtare in Iu-
dicio Criminali, neq; interrogari ſine
authoritate Tutoris, vel Curatoris *l. cla-
rum Cod. de authorit. præſtan. Odd. de
reſtit. in integr. par. 2. quæſt. 65. nu. 13.
Guaz. deffenſ. 32. cap. 32. num. 1. Fari-
nac. quæſt. 81. num. 352. & 371.* Et hoc
præcipuè attenta diſpoſitione *Statuti
Criminalis Sereniſſ. Republicæ lib. 1. cap.
35.* Ibi *Verum vbi contrà minorem anno-
rum 20. de Maleficio, vel Crimine agi
contingerit, ſtatuatur Curator Minori
vnus ex Agnatis, vel Cognatis, aùt Affi-
nibus, ſi haberi commodè poterit, ſin minùs
9 aliquis de Procuratorum Grego*: Quaprop-
tér non ſeruata forma à Statuto, & lege
præſcripta, confeſſio Minoris eidẽ non
præiudicat, *Guaz. in d. cap. 32. num. 2.
Menoch. de arbitr. caſ. 268. num. 1. &
seqq. lib. 2.* & latiſſimé firmat *Farinac. d.
quæſt. 81. num. 352.* Vbi multos ad ſatu-
ritatem adducit, & ampliat hoc proce-
dere etiám in confeſſione Minoris Patris
familias, qualis eſt M. Odoardus: Qua-
proptér docto per eundem conclu-
dentér de ſua minori ætate, eius confeſ-
ſio nullius fuit roboris, neq; ei quicquam
nocere potuit; Proptereáq; debuit ite-
rùm cum præſentia Curatoris conſtitui
ad formam legum, & Statuti.
Neq; obſtare cenſuit M. Rota ea,
quæ contrà prædictam fidem in medium
10 adducebantur per M. Fiſci Aduocatum;
Et Primò, quód d. fides fuiſſet extracta
pendente Iudicio, & Fiſco non citato, &
ſic quòd nullam probationem faceret ad
tradit. *in cap. fin. de fid. Inſtrum. Mantic.
deciſ. 177. num. 4. Rot. coràm San. mem.
Greg. XV. decis. 469. num. 4.*
Siquidém facilis viſa fuit reſponſio,
quòd videlicér prædicta concluſio ſibi lo-
cum vindicet, quandó Notarius extra- 11
hit ſcripturas, vel inſtrumenta ab alio
Notario rogata; quód ſi extrahat docu-
menta à ſe, vel ſuo Anteceſſore recepta,
vtiq; talis extractio fieri poteſt lite pen-
dente, & ſine cõpulſoria, & Aduerſario nõ
citato, & Iura extracta nihilominús di-
cuntur in forma probanti, & plenam fi-
dem faciunt, vt optimè diſtinguendo di-
xit. *Rot. coràm. San. mem. Greg. XV. deciſ.
38. num. 1. & decis. 59. num. 4. & corã
Canal. decis. 518. num 3.* Et in punctua- 12
libus terminis de fide Baptiſmatis extra-
cta á Succeſſore Parochi ſine citatione
partis, & lite pendente, quod nihilomi-
nùs plenè probet, dixit *Rot. coràm Cocci-
no deciſ. 219 n. 6. Poſt de manutẽ. obſeru 99.
n. 10. in fin. & decis. 260. n. 14. inter impreſ-
ſas per Rub. ab anno 1631. vſq; ad 1634.*
Secundum obiectum faciliori modo
de medio tollitur ex his, quæ ſuprà di-
ximus in §. *Eſtq; adeò vera*, Dùm fuit fir- 13
matum, confeſſionem erroneam non
nocere Minori, etiàm qùòd eſſet gemi-
nata, & replicata ex *Farinac. Guazzin.
Caball. Clar. & Alijs.*
Neq; prædictis reſiſtere viſa fuit fides
per M. Fiſcum exhibita, quòd M. Odo-
ardus ad conſilium Magnum admiſſus
fuit; Quià prætérquám quod acta facta 14
in cauſa Ciuili, non probant in cauſa
Criminali *Farinac. conſ. 146. num. 12.*
Depoſitiones Teſtium, quorum vigore 15
M. Odoardus ad dict. Cõſilium Magnum
fuit admiſſus, nihil probant, quià incon-
gruam, & inſufficientem rationem corũ
ſcientiæ reddunt, dùm dicunt, M. Odo-
ardum agere vigeſimum ſecundùm an-
num, quiá eſt filius M. NN. & M. NN.
§: licet auth. de teſtib. l. ſolam Cod. eod.
Vbi *Salyc. poſt num. 2. Caſtr. nu. 6. verſ.
ſubaudi bonam, & concludentem, Oſacſ.
conſ. 66. n. 17. Vermigliol. cons 403. n. 3.*

Tertiùm verò, super quo valdé instabat Fiscus, quòd videlicèt magna oriretur suspicio falsitatis contrà dictã fidem Baptismatis; ex quo Illustrissimus Episcopus Dertonen, illius collationem cùm libro originali Baptizatorum denegauerat, & quòd propterea incumberet onus M. Odoardo probandi veritatem dictæ fidei, tolli visum fuit ex his, quæ
16 scripsit *Ofasc. decis. 16. num.* 10. Dùm firmat eò loci, quòd aùt scriptura producta habet aliquod vitium apparens, *&* eo casù illam producens tenetur eam iustificare, ad tradit. *per Glos. in l. fin. C. ad l. Corn. de fals. & in l. iubemus Cod. de probat.* Aùt scriptura, & Instrumentum
17 productum nullum habet vitium apparens, sed tantùm Iudex, vel pars Aduersa suspicatur, illud esse falsum, & tùnc incumbit ei, qui falsitatis intrinsecæ, & nõ apparentis suspicionem habeteam pro-
18 bate; Cúm ad probandam falsitatem non sufficiat suspicio otiens ex capriccio hominis, vt dicit *Farinac. cons.* 108. *num.* 36. *& Bertazol. cons.* 251. *num.* 52. Et nulla ratione potuit cogi M.
19 Odoardus ad exibendum, seù exhiberl faciendum librum originalem Baptizatum loci N; Cúm dictus liber non esset in sua potestate, sed debuit M. Rota, prout fecit, litteras, requisitorias scribere Illustrissimo Episcopo Dertonensi, vt permitteret, dictam collationem fieri, quam collationem si Illustrissimus Episcopus proptér timorem Irregularitatis incurrendæ denegauerit, nihil est adscribendum M. Odoardo, sed debuit starl dictæ fidei ab eo productæ, legitimè extractæ, & omnibus adminiculis fulcitæ ad tradit. per *Ofasc. d. decis. 16. num.* 7. *&* 8.
20 Quartum tandèm, & vltimum obiectum ex ijs, quæ per Fiscum fiebant contrà dictã fidem Baptismatis, penitùs tolli visum fuit per legalitatem Vicarij Dertonen. existentem sùb dicta fide, in qua Vicarius attestatur, Vice Curatum esse talem, qualem se facit in dicta fide; Ideoq; extractio dictæ fidei potuit per dictũ Vice Curatum fieri, lite pendente, & sine litteris compulsorialibus, & absq; partis citatione, & plené probat, ad tradit. *per Rot. in Vrbeuetan. censut* 23. *Ianuarij* 1634. *coràm Motmanno num.* 15. *&* 16. *inter impressas per Rub anno* 1631. *vsq; ad annum* 1634. *decis.* 260. Inducendo dictas decisiones á contrario sensú *in fin.*

Ex quibus resolutum fuit, iterùm M. Odoardum esse constituendum cum Curatore, proùt exequutum fuit;

VOTVM DECIMVMQVINTVM.

SVMMARIVM.

Reus debet constitui, & examinari, aliàs processus est nullus, num. 1.

Confessus, & conuictus, an dicatur ex vi Statuti ille, qui post fugam posteà carceratus fuit.

Causa odij, & priuilegij finita, finitum dicitur odium, & priuilegium, num. 3.

Conuictus ex dispositione Statuti Genuæ attenta fuga è carceribus, quando dicatur num. 4.

Pœna duplicata quandò quis afficiatur, n 5.

Fuga ianuis apertis non est punibilis nu. 6.

Accusator de falso non inquiritur, num. 7.

Accusator calumniosus quandò quis dicatur num. 8

Calumniam qualibet contraria præsumptio tollit, num. 9.

Fuga è carceribus est licita etiàm cum offẽsa custodit, si indebitè quis detineatur, num. 10. *& sub num.* 13.

Falsitatis indicia si cessant, processus factus est nullus, num. 11.

Falsitas vt euitetur, omnis est sumenda interpratatio, & coniectura in contrariũ debent esse concludentes, num. 12.

Testes quandò non dicantur falsum deponere, num. 13.

Testibus etiã in minori numero affirmantibus magis creditur, quàm mille negantibus, num. 14.

Testes Fiscales quando probant super coarctata, num. 15.

Testes si sibi contradicant, neutri creditur, & neuter punitur, num. 16.

Testes viles, & fœmina an probent, maximè si sint teneræ ætatis, num. 17.

Testium

Testium probata bona fama, & voce, indicia debilitantur, num. 18.

ARGVMENTVM.

Tabien. prætensæ falsitatis &c.

IN causa falsitatis criminalitèr agitata in Curia Tabiæ Rota reprobauit votum Prætoris tāquam iniustum, his mota fundmentis. Constat in dicto precessu secundúm sensum dicti Prætoris, quod Bartolomeus Varisius filius Antonij falsò, & calumniosé proposuerit quærelam contrà Antoninm Britium, nempè quod ipse euaginauerit gladium, induxeritq; in falsos testes Sebastianum Antossium q. Baptistæ, & Io. Baptistam Antossium filium Antonij, qui deposuerint falsum in iudicio, ex quo dixerunt in eorum examine vidisse dictum Antonium euaginasse gladium cōtrá dictū Bartolomeū, & tamen ex alijs testibus constantér dicitur probari contrarium.

Et primó quoad ipsum Bartolomeum

1 Rota dixit processum nullum, ex quo nō fuit dictus Varisius examinatus, nec constitutus contrà praxim vulgatam; Reus enim siué sponté cōpareat, siué sit captus, semper debet examinari, seù constitui, *Iul. Clar. in §. final. quæst. 45. num. 8. & quæst. 6. num. 20. Ang. Aretin. in glos. hæc est quædam inquisitio col. 8. vers.* requiritur etiàm, *Foler. in praxi §. & si comparent ante inquisitionem num. 13. Boss. in tit. de exam. reor. in prin. Cartar. in pract. interr. reoru lib. 1. cap. 1. num. 3. & 4.* qui ait hanc practicam comunitér obseruari, *Ambros. de process. inform lib. 2 c 2. n 2 & 3. Guazzin. ad defens. Reor. defens. 20 per tot.* & de hoc nemó est qui dubitet, nàm statim quod Reus est captus, & ductus in carceribus, Iudex debet illum constituère, seú examinare, vt si delinquens sit, puniatur, si veró innocēs absoluatur *l. 1. C. de custod. reor. Cart. vbi supra in pract. interr. reor. lib. 1. cap. 1. num. 4.* Cúm interrogatio, seù constitutum ipsum fiat; vt magis ex responsionibus, aut interrogationibus Iudex possit considerare, & cognoscere veritatem *Cartar. vbi supra num. 10. & 11.*

Eòq; magis d. Bartolomeus erat examinādus, seú cōstituendus quia reperiebatur in carceribus; & nō solū antè inquisitionē, & cōstitutū, seù examen aliorum prætensorū Reorū per spatiū antè nouem mensium, ac etiám antè sententiam ipsam, ex quo illa ficta confessio inducta per statutum, nempé quod Reus habeatur prò confesso, & conuicto, per constitutionē in carceribus dicti Bartolomei, fuit resoluta in vim simplicis citationis, & sic ipse Bartolomeus debebat examinari, seù constitui, *Clar. in §. fin. quæst. 44. vers. quæro nunc. num. 10. Baiard. ad Clar. d. quæst. 44. num. 73. & 74. Farinac. in tit. de inquisit. quæst. 11. num. 3. vers. præmitto 4. & in tit. de carcer. quæst. 30. num. 43. 44. & 45. in fin.* sicq; cum dictus Bartolomeus fuerit captus, & ductus

in carceribus ante sententiam, vt supra 2
actum fuit, non solúm cessauit contumacia, ex qua non potuit dici amplius absens, sed etiàm cessauit illa tacita confessio resultans ex statuto, *l. contumacia ff. de re iud. Cepoll.* in terminis *cons. 39. vers.*

cum ergò post captus fuerit. Nám finita 3
causa odij, cessat odium, & finita causa priuilegij, cessat priuilegium *l. Titia §. vsuras. ff. de leg. 2.* Ad prædicta circà constitutum faciendum, dum Iudex habebat carceratum reum, possunt videri *Mascar. de probat. concl. 820. num. 20.* per doctrinam *Ias. in l. admonendi num. 90. ff. de iure iurand. Bartol. in l. raptores n. 1. C. de Epis. & Cler. Duen. reg. 392. limit. 3. Boer. decis. 315. num. 20.* & hæc sunt etiàm de iure Diuino, vt tenet *Fran. Cassion. pract. crim. tit. de torm. cap. 6. num. 5. Cart. vbi supra num. 13.* exemplo *Danielis* in testibus contrà *Susannam*; & *Deus* Omnipotens interrogauit *Adam vbi es? Gen. cap. 3.* proút etiám interrogauit *Cain*, qui *Abel* Fratrem suum occidit, *vbi est Abel Frater tuus Gen. 4.* & *Abimelec* dixit *ad Isac perspicuum est, quod vxor sua sit, cur mentitus es Sororem tuam*

esse Gen. cap. 26. *Caiphas, & Pilatus* In- 3
terrogauerunt IESVM CHRISTVM Sal-

ſatorem Noſtrum à Scribis, & Phariſeis
declaratum,& accuſatum *Matth. cap. 27.*
Marc. 14. Luc cap. 22. & Ioann. cap. 18.
4 Non obſtat illud, quod dicitur, quod
ex diſpoſitione *ſtatu. in tit. de effractor. §.*
Qui verò, d. Bartolomeus debeat haberi
pro cōfeſſo,& cōuicto,& ſic nō debebat
ampliùs examinari,ſeù conſtitui,ſed im-
mediaté deuenire ad ſententiā, tanquám
Veré cōfeſſum, ſeú conuictum criminis,
de quo imputatur, ſi é carceribus aufu-
gias, quiá captus adhuc non poteſt con-
demnari, niſi ſeruatis de iure, & ad for-
mam ſtatuti ſeruandis.
Et talis etiám fuit ſenſus Rotæ, vt ex
proceſſu videre eſt, dùm primo loco in
eius voto proptér fugam dicti Bartolo-
mei é carceribus, mandauit illum eſſe
inquirendū de dicta fuga, cui reſolutioni
non fuiſſet locus, ſi non debuiſſet, ipſo
5 comparente, poſteá examinari, & con-
ſtitui; aliàs ſuccederet, quod dictus Bar-
tolomeus pró dicta fuga carceris ianuis
apertis, ſubiret duplicem pœnam, nempè
confeſſi, & conuicti criminis; & aliam
pœnam, quę reſultaret ex inquiſitione
propter dictam fugam; quod eſſet non
ſolùm contrá iuſtitiam, ſed etiám con-
trá omnes iuris regulas, quod pró vno,
& eodem delicto quis non debet dupli-
cem pati pœnam *l. Senatus ff. de accuſ.*
& inſcript. l. licet §. fin. ff. naut. caup. ſta-
bul. Gramm. cons. 63. num. 6. Dio. de mu-
gel. *inter conſ.* Ziler. *cons. 4. num. 18. Fa-*
rin. quæſt. 22. per tot.
Quodq; magis demonſtratur ex alio
voto dictæ Rotæ poſtrá ſubſecuto, dùm
mandauit conſtrui proceſſum contrà
omnes, nullo ſuppreſſo nomine alicuius;
ſi enim Rota cognouiſſet dictū Bartolo-
meum, qui reperiebatur in carceribus
eſſe confeſſum, & conuictum, non ſolū
non mandaſſet conſtrui proceſſum con-
trá omnes, ſed excluſiſſet dictū Bartolo-
meum tamquàm confeſſum, & conuictū;
quæ omnia clare patent ad ſenſum, & ſic
cùm dictus Bartolomeus non fuerit con-
ſtitutus, ſeù examinatus, accedit quod di-
ctus proceſſus eſt nullus.
6 Nec etiàm ex alio capite eſt facien-
da aliqua vis, aut fundamentū in fuga di-
cti Bartolomei, qui exiuit de carceribus
ianuis apertis; nam exire ſibi licuit, quiá
indebité detinebatur, maximé in cōpedi-
bus, & ſic cum deſertus fuerit abſq;
delicto, & ſine cauſa, potuit iure meritò
ab illis exire, & maximè Ianuis apertis
l. non omnes §. à Barbaris. ff. de re milit.
Paris. de put. in tract. de ſindic. in verb.
carcerem Mars. in §. diligenter nu. 50.
verſ. nam hoc noto & in §. attingam num.
38. vers. item intellige, Boer. deciſ. 215.
nu. 30 Duen in reg. 393. n. 4. vers. 4. limi-
ta, Marscar. de prob concl. 820. num. 56.
Viu. opin. 343. num. 14. Nam quandó
quis indebité, & ſine cauſa detinetur in
carceribus, & maximè in compedibus,
vt in caſu noſtro, non ſolùm licitum eſt
fugere, ſed etiam Cuſtodes reſiſtentes
offendere, & occidere, *Bart. in l. prohi-*
bitum C. de iur. Fiſc. Caſſon. intèr tract.
Ziles in tit. de carcerat. & Carcer cap. 9. n.
22. Pariſ. de put. tract. de ſindic. verſ. reſi-
ſtentia in 5. col. Gramm. cons. 51. num.
7. Carrer. in l. obſeruare curabis n. 116. &
117. Mascard. de prob. concl. 820.
num. 57.
Præter quám quod quandò quis exit
de carcere, ianuis apertis, non debet
haberi prò confeſſo, & conuicto, tenet
Duen. in reg. 302. & 303. limit. 1. Mascar.
de prob. d. concl. 820. num. 5.
Accedat prędictis, quod circá delictū
falſitatis, prò quo detinebatur in carce-
ribus Bartolomeus, aperté conſtat de in- 7
debità carceratione; nàm cum fuerit tā-
tum accuſator, ſeù quærelans, non potuit
vllo modo contrá ipſum procedi de cri-
mine falſi, quia ipſe vti quærelans, ſeù
accuſator non poterat dici falſarius, licet
eſſet falſus, & calumnioſus accuſator
August. ad Ang. in verb. & ad quarelā
num. 92. Bal. in l. quicunq; in fin. Cod.
de ſeru. fugit. Baiard. ad Clar. quæſt. 62.
num. 31. 32. & 33. Cauale. de brac. reg.
par. 4. num. 37. in fin. lit. H. Boſſ. tit. de
accuſat. nu. 17 & 27. Gandin. in tit. de
falſ. num. 23. qui ais hunc caſum de fa-
cto ſibi occurriſſe Bononię, dum eſſet Au-
ditor, & cum quinq; Aſſeſſoribus ſta-
tuiſſe, necnon deliberaſſe, tali caſu de
falſo nullo modo agi poſſe, & hanc cōcluſio-
nem

nem inconcusse tenet *Bald. vbi sup. in d.*
l. quicunq; quo in loco reprahendit *Bar-*
dum eos simode tenentem.

Eoquè magis quià per dictam pro-
8 bationem non solùm excusatur, sed nec
etiam potest considerari aliqua calumnia
in dictum Bartolomeum, latè *per Felin.*
cap. 2. de calum. num. 1. & 2. Bal. in l.
qui crimen. n. 23. vers. sed per experientiam,
& per practicam C. qui accus. non poss. qui
ait ità in praxi, & communi vsu esse re-
ceptum *Farinac. de accus. quæst. 16. num.*
12. & 13. Abb. cons. 78. num. 1. vers.
venio nunc. qui firmat hanc esse commu-
nem opinionem, *Guidopap. decis. 446.*
vox publica num. 1. Diaz. pract. crim.
Canon. cap. 59. Clar. in §. fin. quæst. 62.
num. 6. vers. sed numquid & num. 8. vers.
sed pone; Quæ iura loquuntur, quandò
adsunt tantùmmodò indicia, & præsūp-
tiones; quod tali casu excusatur á calum-
nia, eoq; magis in casu nostro, vbi appa-
ret de probatione perfecta, & concludē-
ti per dictos duos Testes.

Vltimò apparet, quod dictus Bartolo-
meus licitè exiuit de dictis carceribus
ianuis apertis, quàmuis etiám esset præ-
sumptus calumniator, cum de consuetu-
dine totius Orbis non possit aliqua pœna
9 puniri, minùsq; in expensis condemna-
ri, cum ad excusandū aliquē de calumnia
quodlibet indicium, seù præsūptio suffi-
ciat, & sic cū d. Bartolom. habeat nō solū
præsūptiones, & indicia prò se, sed proba-
10 tiones perfectas, apparet dictū Bartolo-
meū indebitè detentū in dictis carceribus
& sic sine causa licitum sibi fuisse ex illis
exire, vt supra dictum fuit, quibus adde
Clarum quæst. 62. vers. nūquid in istis
num. 4. Bal. in l. qui crimen. post. num.
23. vers. sed per experientiam & practicā
Cod. qui accus. non poss. qui ait ità in prā-
xi vsu communi receptum fuisse, *Gramm.*
decis. 39. in fin. Farinac. latè quæst. 16.
de accus. num. 12. & 13.

Processus etiā prædictus nullus, ac in-
11 debitus pronunciatus fuit quoad dictos
Sebastianum, & Ioannem Baptistam de
Ansossijs Testes prò Fisco examinatos;
eò quià ex toto dicto processu nō con-
stat per indicium quàmuis minimum,
seù remorum de aliqua falsitate, tám di-
cti quærelantis, quám dictorum Testium
Farinac. de inquis. quæst. 1. num. 40. qui
ait hoc assumptum non solùm intrepidè
DD. omnes tenere, sed etiám totum
Mundum seruare hanc conclusionem
valdè tritam, & in omnem casum faciē- 12
da est omnis interpretatio, licet simus
in claris ad excludendam falsitatem, &
quantùm fieri possit, vt non sit falsitas,
nam possibili veritate in esse posita, nulla
sequitur necessariò falsitas, *Bald. in cap. 1.*
§. notandum de not. feud. glos. & Bal. in
l. iuris gentium §. quod ferè de pact. &
in l. imperator. ff. de stat. hom. Alex. cons.
70. num. 1. & cons. 74. num. 11. vol.
1. Gramm cons. 19. num. 2. & cons. 30.
num. 2. Boss. in tit. de defen. reor. num. 70.
& in tit. de falsis num. 133. vnde sufficit
habere aliquam præsumptionem pró se
ad excusandum aliquem à falso, *Bal. in l.*
fin. col. 12. circa med. Cod. de edi. D. And.
toll. Boss. in tit. de fals num. 134. falsitas
enim debet de necessitate concludere
Bal. in d. l. iuris gentium §. quod ferè ff.
de pact. Boss. in tit. de fals. num. 49. &
134. Alex. cons. 70. & 74. num. 11. vol.
2. Ias. cons. 133. num. 5. vers. decimo
corroborādo vol 2. & cōs. 13. vol 3. Grām.
in terminis *cons. 19. num 3. & cons. 30.*
num. 2. & 5. Vermigliol. cons. 240. nu. 9.
Immò in causa falsi requiritur magis stri-
cta, & concludens probatio, quàm in alijs
causis *cap. in præsentia & ibi Bal. extrà de*
probat. & in d. l. Imperator. ff. de stat.
hom. Dec. cons. 179. nu. 4. qui ait, quod
si probationes in criminalibus requirun-
tur, clariores debere esse in causa falsi-
tatis, & necessariæ; idem tenet *Anchar.*
cons. 23. n. 5. Fulg. cons. 173. Grām. d. cons.
30. n. 4. Vermigliol. nouissimè cōs. 198. n. 1.
in cons. 256. numer. 1. & cons. 430.
num. 2.

Vndè cum ex Testibus prò Fisco exa- 13
minatis tàm contrà dictum Bartolomē-
um quærelantem, quám contrà dictos
Sebastianum, & Io. Baptistam, nullum
prorsùs resultet indiciū, minusq; etiā con-
cludens, & necessaria probatio, ex quo in
eorū depositione, ac examine dicunt sim-
pliciter, quod nō videtur dictū Anto-
nium

nium Britium euaginasse gladium contrà dictum Bartolomeum, & potest esse quod euaginauerit gladium, licèt ipsi Testes præsentes non viderint, seù non animaduerterint, certum est non subiacere alicui pœnæ, nec tractari posse de falsitatis delicto *l. 1. § fin. & ibi not. Bart. ff. de auctor. Tut. glos. & Bart. in l. 2. § fin. ff. sol. matrim. Alex. cons. 179. n. 2. lib. 2. Grām. cons. 19. num. 2.*

14 Vlteriùs magis credendum est in omnem casum dicto Sebastiano, & Ioanni Baptistæ affirmantibus dictum Antoniū Britium in actu rixæ, & contentionis euaginasse gladium contrà dictum Bartolomeum, quàm mille negantibus, *glos. in l diem proferre § si plures ff de arbit. glos. allegat in cap. Clerici* 81. *dist.* quam reputat singularem *Bald. in l. data opera C. qui accus non poss. Abb. in cap. ad nostrā de prob. & in cap cum P. Mancinella de accus.* vbi pulchrè ad intellectum istius *glos. Gramm. in terminis cons. 69. num.* 10. 11. *&* 12. *Fran. Aln. inter cons. Zilet. tom. 2. cons. 67. num. 32. & Iacob. de Zoc. ibid cons. 69. num. 25.* & præcipuè cum Testes Fiscales non deponant negatiuam coarctatam, vt in casu nostro, nempè quod dictus Antonius non habebat arma tempore insultus, ac contentionis, & rixæ, nec illa deferri potuisse, quin ipsi vidissent, ac sciuissent; vndè magis credendum est dictis Testibus inquisitis affirmantibus, quàm mille negantibus, qui deponunt de credulitate, *Grām. d. cons. 69. num. 12. Vermiglol cons. 28. n. 18. & cons. 244. nu. 5. & cons. 332. n. 4.*

15 Accedit etiàm, quod quandò dicti Testes Fiscales deponerent super negatiua coarctata, nihilominùs non probarent contrà dictos Reos inquisitos, nàm quā-

16 dò Testes ad inuicem se contradicunt, neutri est credendum, prout est in casu nostro, *l. eos vbi Bar. & ibi latè Hipol. ff. de fal. Dec. in cap. licet causam nu. 25. de prob. Crot. in tract. de testib. num. 327. Alex. cons. 351. num. 1. & 2. vol. 5. cons. 53. num. 10. & cons. 127. num. 8. vol. 7. Hipol. de Mars. cons. 34. num. 8. cons. 69. numer. 9. cons. 70. numer. 26. vol. 1. Cran. cons. 171.* & quandò Testes sibi ipsis inuicem contradicunt, non solùm neutri est credendum, sed neuter potest puniri de falso *Bart. in l. 1. § 1. ff. de bon. poss. sec. tab. Alex. cons. 65. col. 3. vol. 2. vers. & per hoc patet, Boss. in terminis tit. de fals. num. 29. vsq: ad 42.*

Præter quàm quod dicti asserti Testes Fiscales in numero quatuor, inter quos duæ fœminæ patiuntur quamplures defectus, cum omnes sint personæ vilissimę ac pauperrimæ, quæ non probāt *Bart. in l. illicitas §. fin. de off. Præsi.* latè *Vermigliol. cons. 15. n. 31.* Vltimus Petrus Anfossius non est sine euidenti exceptione, ex quo ex eius depositione apparet ipsū esse furem, raptorem oliuarum, & sic nō probat, quatenùs aliquid contrà deponeret *cap. ex parte* Adæ extra *de Testib. l. nemò ff. de furt. Nep. de mont. Alban. in tit. de Testib. num. 22.* ac etiàm dictæ duæ mulieres repelluntur de iure Canonico à testificando in causa criminali *Farinac. cons. 19. nu. 20. & cons. 38. num. 11: Zilet. cons. 78. num. 18. tom. 1.* & tantò magis repelluntur à testificando, quiá vna ex ipsis est minor, eo quià est in duodecimo anno, vt ex eius testimonio, vndè quat? esset habilis, quę non est, repelleretur à testificando *l. inuit. & in in l. testimonium ff. de Testib. Zilet. cons. 15. num. 2. tom. 2. Mars. in prax. in § diligenter num.* 80. vndè quatenùs aliquid contrà dictos inquisitos esset testificatū, quod non fuit; illud minimè habendum esset in aliqua consideratione, ex quò dd. Testes nihil probant.

17 Deniq; cum concludentèr probatum fuerit tám per Testes Fiscales nemine discrepāte, quám etiā per Testes productos per dictū Bartolomeū quærelantē, & dictos Sebastianum, & Io. Baptistam Testes processatos inquisitos fuisse, & esse nō solum probos viros, & sic probatam fuisse eorū bonā vocē cōditionem & famā, verùmetiàm ipsos fuisse, & esse veridicos, qui cū eorū iuramento nō dicerent falsū, sequitur, quod attenta bona fama, & cōditione, quatenùs cōtrà ipsos adesset aliquod indiciū, illud remanerę extinctum, & nullius momenti, & efficaciæ *Mars. in pract. § diligentèr, n. 196. & 297.*

Quaré Itá fuit decisum. VO-

VOTVM DECIMVMSEXTVM.

SVMMARIVM.



Actum causæ decisionis, & quarela, num. 1.

Rota Criminalis Genuæ motiua circa prætensum homicidium exploduntur, num. 2.

Primo an attenta desistentia, & remissione esset ad vlteriora procedendum pro parte Fisci contrà Reos, num. 3.

Secundo àn esset admittenda noua quarela coràm M. Rota vltimo loco instituta, num. 4.

Tertio àn ad quarelandum admitti deberet soror interfecti, num 5.

Rota quoad omnia motiua respondet negatiuè num. 6.

Fundamenta quibus Rota mota fuit ad respondendum negatiuè, incipiunt, nu. 7.

Statutorum Genuæ tàm antiquorum, quàm nouorũ dispositio, & verba exploduntur num. 8.

Desistentia partis non videtur impedire quin Iudex non obstante desistentia Accusatoris possit suum processum terminare num. 9.

Præcipuè in delictis, quæ in committendo consistunt, num. 10.

Maximè si agatur de homicidio deliberato, & præmeditato, num. 11

Delinquens vbiq; locorum poterit puniri pro homicidio deliberato, & præmeditato, etiàm quod Statutum disponat, quod nõ procedatur super delicto extra territorium commisso, num. 12.

Rotæ sensus in prætenso homicidio, & quarela, num. 13.

Delictorum quædam sunt publica, quædam priuata, num. 14.

Delicta publica quæ sint, num. 15.

Delicta inter publica cõnumerantur, crimen Lesæ Maiestatis, Adulterij, homicidij, parricidij, peculatus, falsi testamenti, vis publicæ, vel priuatæ, ambitus, repetundarum, & annona, & alia remissiuè num. 16.

Delicta priuata quæ sint, num. 17.

Statuto, vel consuetudini adhærendum est; quidquid sit deiure cõmuni, àn aliquod delictum sit publicum, vel priuatum, num. 18.

Delicta quandò sint publica, vel priuata, num. 19.

Clarus in §. 1. num. 6. in fin. expenditur, num. 20.

Regno in Neapolitano nemo admittitur ad accusandum, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, num. 21.

Francia in Regno nullus admittitur ad accusandum, etiàm, quod suam, vel suorũ iniuriam prosequatur, num. 22.

Statutum potest delictum publicum facere priuatum, & è conuersò, num. 23.

Vbi expenditur Farinac. in quæst. 18. n. 17. ibidem.

Delictum commissum à Ciue Genuense extrà Dominium contrà alium Ciuem Genuensem vel districtualem, àn sit secundùm ius commune reputandum. nu. 24.

Homicidiũ, Adulteriũ, & simile secundùm Statuta Genuensia est priuatum, nu. 25.

Delictis in priuatis nocet desistentia post accusationem facta ab offenso, num. 26.

Fisco impeditur processus ad vlteriora, & quarela, si in delictis priuatis fiat desistentia, num. 27.

Statuti ex forma in Ciuitate non potest in furtis procedi ex officio, num. 28.

Vbi expenditur Boss. tit. de furt. nu. 58. in fin. ibidem.

Furtum de iure communi connumeratur inter delicta priuata, num. 29.

Iudex in delicto furti saltèm ex generali cõsuetudine potest etiàm ex officio procedere, num. 30.

Consuetudo generalis circà delicta in procedendo locum habet tàm in delictis publicis. quàm priuatis, num. 31.

Inquisitio ex officio contrà fures in Statu Mediolani prohibetur, num. 32.

Iudex pro delicto commisso à Ciue Genuensi extrà Dominium contrà alium Ciuẽ, vel districtualem Genuensem, non potest ex officio procedere, num. 33.

Et quomodò & ad cuius instantiã sit procedendum ibidem.

Iudex non valet ad vlteriora procedere, accusatore desistente, num. 34.

Ratio est, num. 35.

Accusatore quandocunq; ante sententiam desi-

desistente, nec ipse accusator ampliùs ad mittitur ad accusandū, nec Iudex ex officio procedere potest prò eodem delicto, num. 36.

Iudex accusatore desistente, an possit ad vlteriora procedere, num. 37.

Clarus qui mouet hanc quæstionem in quæst. 51. num. 11. in § fin. adducitur ibidem.

Iudex potest procedere in illis casibus in quibus ab initio potuisset, num. 38.

Pace non obstante, Iudex potest procedere ad vlteriora, num. 39.

Dummodò delictū sit tale, in quo ab initio potuisset Iudex ex officio procedere, n. 40.

Pax superueniens quandò tollat omnem processum, & Reus sit absoluendus, nu. 41.

Statuto stante, quod in aliquibus casibus nō possit procedi, nisi ad partis quærelam, pax, seù remissio habita à parte, nedum accusatori, sed etiàm Fisco nocebit, n. 42.

Remissio sufficit, quod superueniat quandocumq; antè sententiam, num. 43.

Et ità est communis DD. opinio, num. 44.

Sententia absolutoria ad fauorem Rei lata si accusator appellet, postmodum renunciet appellationi, Fiscus non potest appellationem prosequi, num. 45.

Sanf lic. decis. 22. n. 22. expenditur ibid.

Iudex ex sensu Rotæ, quandò possit procedere in delictis etiàm post desistentiam, n. 46.

Et quandò non possit procedere, nu. 47.

GuaZZin. ad defens. Reor. defens. 3. cap. 6. num. 10. refertur, & tuetur, num. 48. declaratur, num. 49.

Homicidio secuto non potest procedi ex officio, nisi ad quærelam partis, num. 50.

Delictum an sit cōmissum in commitendo, vel in omittendo distinguitur, num. 51.

Delictum quodlibet etiàm de sui natura publicum, potest ex dispositione statuti effici priuatum, num. 52.

Verbum, deliquerit, *in statuto appositū quomodo sit intelligendum, num. 53.*

Desistentia accusatoris nocet parti, & Fisco num. 54.

Ad consilium Ploti 133. nu. 44. respondetur, ibidem.

Soror an possit quærelare pro Fratre interfecto, proponitur. num. 55.

Quærela Sororis non admittitur contrà Reos, num. 56.

Pax àn sit habenda à fœminis remissiuè, nu. 57. affirmatiue num. 59 & 65.

Fœminæ non sunt habiles ad vindictam nu. 58. contra num. 61.

Pax etiàm à fœminis est habenda, num. 59. etiamsi non sit hæres bonorū interfecti, n. 63. & communis est opinio, num. 60.

Iuuenalis satir. 16. verba, num. 62.

Proximioribus sanguinis etiamsi non sint hæredes bonorum, competit hoc ius vindictæ, num. 64.

Verbum, hæredibus *quomodo intelligatur si statutum dicat, quod homicida non possint ad patriam redire, nisi habita pace ab hæredibus occisi, nu. 66.*

Filij etiàm non hæredes Patris præferuntur quibusuis alijs in accusando, num. 67.

Iniuriæ prosecutio hæreditario iure non defertur, num. 68.

Leges Sereniss. Reipublicæ quid disponant circà pacem obtinendam, & à quibus, num. 69. & 70.

Verba statuti sub rub. de gratijs, & forma in illis concedend. cap. 45. ponuntur, & dispositio statutaria. num. 71.

Pax ex legibus Genuensibus obtinenda est ab hæredibus sanguinis, & bonorū, n. 72.

Regno in Neapolitano quid obseruetur in pace obtinenda, num. 73.

Sanfelic. decis. 378. per tot. expenditur, num. 74.

Vidua Soror non potest quærelare de nece Fratris si renunciauit, & non est hæres, num. 75.

Ius faciendi pacem, & accusandi pari passu ambulant, num. 76.

Pax obtinenda est à Matre, & Fratre sanguinis, & bonorum hæredibus, non à Sorore, num. 77.

Statuto Genuæ de dotand. & de succession. ab intest. in Ciuilibus, fœminæ extantibus masculis non succedunt, n. 78.

Paul. de Cast. in l. Titio centum § Titio genero ff. de cond. & demonst. expenditur, num. 79.

Quærela Matris, & Fratris porrecta vltima loco àn sit prosequenda, num. 80.

Accusator non admittitur ampliùs ad accusandū, si semèl accusauit, & posteà quærelæ renūciauit vel ab ea destitit nu. 81

Verba

Verba Text. in l. Senatus consult §. idem in accusatione vers. nam cum ff. ad Turpilian. adducuntur, num. 82.

Accusatio repeti potest solùm in illis casibus, in quibus non est licita transactio super crimine, num. 83.

Et hodie de generali consuetudine quomodò fiant paces ibidem.

Regressus non est dandus remittentibus iura, & actiones suas, num. 84.

Text. in l. destitisse ff. ad Sen. cons. Turpil enodatur num. 85. 88. & 89.

Statutum Criminale lib. 2. ad terminandũ causas Criminales, quantũ temporis praescribat, num. 86.

Ab accusatione destitisse videtur, qui causam intrà instantiam à iure, vel statuto praefixam ad finem non perduxit, num. 87.

Quarelam qui non prosequitur, destitit à quarela, num. 90.

Textus in l. ab accusatione §. Item qui ff. ad Turpil. allegatur, num. 91.

Alloquutione secuta inter partes, an deponant animum quarelam prosequendi, num. 92.

Odium, & rancor ex corde, & animo contrà inculpatos de homicidio, quodnam signum accidens sit, vt videantur deposuisse, num. 93.

Rota reiecit motiua Fisci, num. 94.

Processus dicitur optimus modus probandi negatiuam, num. 95.

Tractatus homicidij debet concludentèr probari, non autem praesumptiuè num. 96. 98. & 99.

Homicidium praesumitur rixosum, & casu, tractatu non probato, num. 97.

Carceratio Reorum consideratur ad sublenandum Reum, num. 100.

Rotae votum in praetenso homicidio, n. 101.

Inquisititionis titulus solus non sufficit ad carcerandum Reum, siuè ad eum in carceribus detinendum, num. 102.



A R G V M E N T V M.

Ianuen. Homicidij á Ciue Genuensi in Genuensem Ciuem patrati extrà Dominium.



DE Anno 1656. die 4. Iunij in Phaeudo Francauillae, extrà Dominium huius Serenissimae Reipublicae, (cloporum ictibus interfectus fuit Gabriel Ponciglionus, & vulneratus remansit Ioannes Franciscus Gambarinus ambò Subditi huius Serenis. Dominij, & de dictis explosionibus quaerelati fuerunt in Oppido Nouarum sub die septima Iunij, & 15. Iulij eiusdem anni 1656. Hercules, & Vincentius Fratres Sprinuli Incolae dicti Oppidi Nouarom. Verùm post propositam quaerelam Caesar dicti Gabrielis Frater tam, proprio nomine quàm nomine Catherinae eius Matris, eiusque Sororum, prò quibus de rato promisit, conuenit cum dictis Fratribus Spinulis sub die 28. Octobris eiusdẽ anni 1656. de se se inuicem non offendendo, nec factis, nec verbis directè, nec indirectè, prò vt dictae partes ad inuicẽ praesentes obseruare promiserunt, dictamq; promissionem, & Instrumentum Catherina dicti Gabrielis, & Caesaris Mater in valida Iuris forma ratificauit; Post cuius quidém Instrumenti, & promissionis, vt suprá de se se non offendendo, stipulationem, dictus Caesar, & Catherina ampliùs corám D. Capitaneo Nouarum occasione dictae Necis Fratris, & filij respectiuè non cõparuerunt, nec prò prosecutione quaerelae, & expeditione causae insteterunt; comparuit solummodó corã M. Rota de praesenti anno sub die 19. Iulij Ioannes Franciscus Gambarinus, & quaerelam proposuit contrá dictos Fratres de Spinulis prò vulneribus sibi illatis; ex dictis explosionibus, vt suprá, institetitq contrá dictos Fratres de Spinulis, vt dictorum explosionum Reos procedi, &i de Iustitia sibi prouideri; verùm sub die 17. Augusti á quaerela proposita destitit, pacẽq; dedit dictis Spinulis, rogando M. Rotam

Rotam ad vlteriora contrá dictos præ-
tensos Reos non procedi.

Harum quærelarũ, & desistentiæ occa-
2 sione de pluribus dubitatam fuit coram
M. Rota, Primó an attenta desistentia,
3 & remissione á Gambarino facta, esset
ad vlteriora procedendum pró parte Fi-
4 sci contrá dictos Fratres de Spinulis; Se-
cundó an esset admittenda noua quære-
la á dictis Cæsare, & Catherina de Pon-
gilionibus vltimo loco de præsenti anno
corám M. Rota instituta pró nece di-
5 cti Gabrielis; Tertió Denique án ad
quærelandum admitti deberet de Nece
dicti Gabrielis Magdalena Soror dicti
Gabrielis, quæ die 3. Septembris proxi-
me elapsi quærelam paritèr propo-
suit contrá dictos Fratres de Spinulis pró
homicidio dicti Gabrielis, etiam negati-
6 ue quoad omnia, Rota respondit.

Et vt á quærela, & desistentia Gamba-
rini exordiũ faciamus, vt appareant fun-
7 damenta, ex quibus Rota mota fuit ad
dicendum non licere Fisco ad vlteriora
procedere post illius desistentiam, præ-
mittendum est, quod.

*Statuto huius Serenissimæ Reipublicæ
Criminalis lib. 2. cap. 96. in antiq. & in
nouis cap 54. eod. lib 2. cauetur quod, si
8 Ciuis Genuensis deliquerit extra Domi-
nium Serenissimæ Reipublicæ in Ciuem Ge-
nuensem, vel districtualem, aut quemuis al-
ium Genuæ, vel in Genuensi Dominio ha-
bitantem, agatur in eum, tám Genuæ, quám
vbiq; locorum Genuensis Dominij ad il-
lius dumtaxat petitionem, qui suam vel suo-
rum iniuriam prosequitur, etiam si vbi de-
liquit eo de crimine exilio mulctatus foret;*
Quà statutaria dispositione attenta, li-
9 cèt in contrarium diceretur, quod Partis
desistentia nõ videtur impedire, quin Iu-
dex cui per accusationẽ offensi fuit aper-
ta via de delicto inquirendi, possit nõ ob-
stante desistentia Accusatoris, suum pro-
cessum terminare, & pro vt Iuris fuerit
Reum punire, *Guazz. ad deffens. Reor de-
fens 3. cap. 6. num 8. 9. Bajard. ad Clar.
qu. 10. nu. 5.,* & Rursús *qu 58. nu. 11.*
10 præcipué in delictis, quæ in committen-
do consistunt, *Farinac qu. 4. num. 32.*,
11 & maxime si, vt in casù nostro, agatur
de homicidio deliberato, & præmedita-
to, tunc etiám de huiusmodi homicidio, 12
poterit vbiq; locorum delinquens pu-
niri, etiám, quod Statutum disponat,
quod non procedatur super delicto ex-
trá Territorium commisso, firmat *Plot.
inter cons. Crim. lib. 1 caus. 133. nu. 44.*

Attamẽ his, & alijs nõ obstantibus Rota
cõtrariũ censuit ex pluribus rationibus, & 13
fundamẽtis, pró quorũ resolutione prius
pręmittendũ est, delictorũ quædã esse pu- 14
blica, quædam veró priuata, & publica re- 15
putantur illa, in quibus quilibet de Po-
pulo, qui expresse prohibitus non repe-
ritur, ad accusandum admittitur, *l. qui
accusare vbi Bartol. ff de accusat. l. qui
cætu §. finali ff. ad l. Iul. de vi publica* &
pluribus relatis firmat *Farinac. quæst. 12.
n 8. & quæst. 18. eod num. Clar. in §. 1.
num. 1. Boss tit quomod proced. per actio-
nem in delict num. 3 & seq. Guazzin. de
caut. de non offend quæst. 47: num. 2. Do-
cian. lib. 3. cap. 6. numer 1. & seqq.*
& omnes passim; inter quæ delicta pu-
blica connumeratur crimen Læsę Maie- 16
statis, Adulterij, Homicidij, Parricidij, Pe-
culatus, falsi testamenti, vis publicæ,
vel priuatæ, ambitus, repetundarum, &
annonæ, ac alia, vt videre est in *l 1. ff. de
publicis iudicijs Farinac. quæst 18. nu. 12.
& Clar. in d. § 1. n. 1. in fin.* Delicta veró 17
priuata dicuntur illa, in quibus ad ac-
cusandum non admittitur, nisi ille, cuius
interest, & qui suam, vel suorum iniuriã
prosequitur *Farinac. d. quæst 12. num.
7 & quæst. 18: num. 15. Clar. d. §. 1.
vers. priuata autem delicta.*

Quidquid autèm sit de Iure commu-
ni, án aliquod delictum sit publicum,
vel priuatum, illud certum est in hoc 18
adhærendum esse dispositioni Statutorũ,
vel Consuetudini, quæ viget in aliquo lo-
co, secundum quas delicta vel erunt pri- 19
uata, vel publica, vt egregiè admonet
Clar in d. §. 1. num. 6. in fin. vbi dicit, 20
quod hæc materia delictorum, est adeó
immutata á Statutis, & consuetudinibus
locorum, vt vix distingui possit, quę de-
licta dicantur publica, & quæ priuata;
Siquidém in Regno Neapolitano non
admittitur ad accusandum, nisi qui suã,
vel

vel suorum iniuriam prosequatur, & sic
22 ibi omnia delicta videntur priuata; Dùm é contrá in Regno Franciæ nullus admittitur ad accusandum, etiàm quod suam, vel suorum iniuriam prosequatur, & sic ibi nullum Crimen est publicum,
23 vel priuatum, & idem *firmat Farinac. qu. 18. n. 17.* vbi quod Statutum potest delictum publicum facere priuatum, & è conuersò ex priuato facere publicum.

His itá præmissis, clara, & euidens resultat conclusio in casù nostro, quod sci-
24 licèt delictum commissum á Ciue Genuensi extrá Dominium huius Serenis. Reipublicæ contrá alium Ciuem, vel districtualem Genuensem, licèt illud sit Homicidium, Adulterium, vel quod aliod simile ex publicis, non est tale, qua-
25 le de sui natura à Iure communi reputatur, sed est delictum priuatum, dùm ad accusandum de illo nullus aliùs admittitur, nisi is, qui suam, vel suorum iniuriam prosequitur, vt probat *Text. & Glos. ordinar. & ibi Bartol. in l. final ff. de priuat. delictis, & in l. manifestissimi,* vbi etiàm communitér Scribentes *C. de furtis,* & late *Anton Gomez. tit. de delict. cap. 1. num. 9.* & alij *per Farinac. quæst. 12. num. 7. & quæst. 18. num. 15.*

26 Porrò in delictis priuatis si post accusationem ab offenso porrectá superuenerit illius desistentia, nulli dubium, quin talis désistentia noceat, nè dùm quærelanti,
27 verùm etiàm Fisco, itá vt processus ad vlteriora impediatur, sic punctualitèt decidit *Boss. in tit. de furt. num. 58. in*
28 *fin.* ibi, *& adde quod in furtis in hac Ciuitate ex forma Statuti, non potest procedi ex officio, & itá pax superueniens impedit absolutè omnem vlteriorē processum, & itá seruatur.* Pró cuius Doctrinæ clarioris intelligentia illud est supponendum,
29 quod licèt furtum de Iure communi inter delicta priuata connumeretur, vt
30 probatur *ex l. fin. ff. de furt.* Tamen in hoc delicto saltèm ex generali cõsuetudine Iudex potest etiàm ex officio pro-
31 cedere; quæ generalis consuetudo locom habet tám in delictis publicis, quã priuatis, vt *Testatur Farinac. quæst. 1 nu. 10.* cum infinitis alijs per eum relatis *Clar. in §. final. quæst. 3. nu. 6. Boss. tit. de inquisit. num. 8.* & omnes Criminalistæ; Verùm quia in Statu Mediolani 32
prohibetur hæc inquisitio ex officio contrá fures; ideò nihil mirum, si desistente Accusatore, Iudex ad vlteriorem processum procedere nequeat, quiá deficit eius Iurisdictio, quam non nisi parte Accusante habet; vndè pariformitèr in casu nostro, cum Iudex pró delicto commisso 33
á Ciue Genuensi extrá Dominium contrá alium Ciuem, vel districtualem Ianuensem nõ possit ex officio procedere, sed solùm ad instantiam illius, qui suam, vel suorum iniuriam prosequitur, est dicendum, quod desistente Accusatore, 34
non valeat Iudex ad vlteriora procedere, quia hoc est speciale in Criminibus pri- 35
uatis, & in quibus non admittitur quilibet de Populo ad accusandum; Nec 36
Iudex potest ex officio procedere, & Accusatore quandocumq; ante sententiam desistente, nec ipse Accusator amplius admittitur ad accusandum, nec Iudex ex officio procedere possit pró eodem delicto, ita *Boss. d. tit. de furt. num. 58. in princip. vers. & hæc quod alius possit iterū accusare;* Quod etiàm clarissimis verbis firmat *Clar. in §. final quæst. 51. nu. 11.* vbi excitata quæstione, án Iudex, Accu- 37
satore desistente possit ad vlteriora procedere; respondet affirmatiuè quod ex quacumq; causa Accusator desistat, Iudex poterit prosequi processum, & finire *ex Bartol. in l. libellum §. final. num. 5. ff.* 38
de accusat. & ex alys, sed hoc limitat procedere solùm in illis casibus, in quibus Iudex ab initio potuisset procedere, aliàs secùs; & Rursùs idem autumat, *quæst. 58. num. 3* vbi post firmatam conclusionem, quod post cæptum Iudicium, non 39
obstante pace obtenta ab Accusatore, Iudex potest ad vlteriora procedere, se extrigit, dumodò delictum sit tale, pró 40
quo ab initio potuisset Iudex ex officio procedere, & idem determinat infrà *eodem nu. vers. & ideò in casibus,* vbi quod 41
in casibus, in quibus non potest procedi nisi ad quærelam partis, dicit sè credere, quod pax superueniens tollat omnem processum, & quod Accusatus sit omni-

no abſoluendus , & cum *Boſſ. & Clar.*
concordat, *Farinac. quæſt.* 4. *num.* 35.
vbi quod ſi in aliqua Ciuitate adſit Sta-
42 tutum , quod in aliquibus caſibus non
poſſit procedi, niſi ad partis quærelam ,
pax ſeú remiſſio habita à parte, nedùm
43 cuilibet Accuſatori , ſed etiám Fiſco no-
cebit ; Et quod ſufficit quod remiſſio ſu-
perueniat quandocumq; ante ſenten-
tiam,& cum horum opinione tranſit etiã
Bayard. in addit. ad Clar. d. quæſt. 58.
num. 17. quam refert, & ſequitur *Guaz-
zin. ad deffenſ. reor. defens.* 3. *cap.* 6. *nu-*
10. *& ſeq. & de pac. quæſt.* 9. *num.* 25.
Bonifac. vitalin. in tract. Crimin. rubrica
44 *de pac. num.* 19. vbi diſpùtato articulo,
concludit hanc eſſe communem opinio-
45 nem , & veriorem, Immò quod ſi ſequa-
tur ſententia abſolutoria ad fauorem
Rei, & Accuſator appellet , & poſtmo-
dùm appellationi renunciet, quód Fiſcus
non poſſit appellationem proſequi , ſed
teneatur deſiſtere, deciſum refert in Sa-
cro Conſ. Neapolitano *Sanfelic. deciſ.*
22 *num.* 22.
Quibus non obſtant ſuperius in con-
trarium adducta, ſi intelligantur de deli-
46 ctis publicis, nequeenim Nos negamus,
quod in delictis publicis , & in qoibus
quilibet de Populo admittitur ad accu-
ſandum , Iudex poſſit etiám poſt deſi-
ſtentiam quærelantis ad vlteriora proce-
47 dere, & Reum punire; Negamus autém
expreſſé hoc ei licere in delictis priua-
tis, & in quibus ex diſpoſitione Statuti
non poteſt, niſi ad partis quærelam pro-
cedere; & ſi benè aduertatur *ad Guaz-
zin. d. deffen.* 3. *cap.* 6. *num.* 10. quem
Nos pro comprobatione noſtræ opi-
48 nionis ſuprá retulimus , Ipſe rem extrá
difficultatem ponit. poſt firmatam enim
concluſionem, quod Iudex ex conſuetu-
dine poſſit etiám poſt Accuſatoris deſi-
ſtentiam ad vlteriora procedere,ſe decla-
rat his verbis, *quod intellige verum in ca-*
49 *ſibus, in quibus poterat procedi ex officio ;
Secùs in alijs, in quibus non poſſet procedi
niſi ad quærelam partis* , & cum hac di-
ſtinctione loquutur omnes Doctores
in contrarium allegari, & quotquot alle-
50 gari poſſunt ; Qua proptér , cum pró
delicto, de quo inquiruntur dicti Fratres
Spinuli, non poſſit procedi,niſi ad quæ-
relam partis, non autem ex officio, me-
rito poſt deſiſtentiam Accuſatoris non
eſt ad vlteriora procedendum ex aucto-
ritatibus ſuprà citatis, quæ cum loquan-
tur in punctualibus terminis, non poſ-
ſunt generalibus regulis, & concluſioni-
bus euerti .
Et inanis viſa fuit illa diſtinctio , an
delictum ſit commiſſum in committen-
do, vel in ommittendo,quià præſuppoſi- 51
ta illa diſtinctione, quod quodlibet deli- 52
ctum etiám de ſui natura publicum, poſ-
ſit ex Statuti Diſpoſitione effici priua-
tum, clara reſultat concluſio , quod Sta- 53
tutum ſub rubrica 54. in Nouis loquitur
per verbum , *deliquerit* , quod verbum
tamquám Generale, compræhendit ſub
ſe vti ſpecies crimen, & maleficium,quę
tàm in committendo, quàm in ommit-
tendo perpetrantur,& ſiue Quis vno, vel
altero modo delinquat extrá Dominium
in Ciuem,vel Diſtrictualem Ianuenſem,
ſempèr erit verum dicere quòd hoc de-
lictum eſt priuatum, & quod pró illo nõ
poteſt procedi, niſi ad partis inſtantiam,
non autèm ex officio , & ſic deſiſtentia 54
Accuſatoris nocebit parti, & Fiſco , vt
ſuprá fuit demonſtratum ,
Tandèm non obſtat *Plot. conſiliũ* 133.
num. 44. Quiá prætér quám quod *Plo-
tus* loquitur contrà communem praxim,
quod Homicida delinquens in vno Do-
minio,poſſit capi,& puniri in altero Do-
minio ſub diuerſo Principe; Nec pró
hoc allegat aliquem Doctorem,ſicq; eius
Doctrina ſub *d. num.* 44. in qua videtur
firmare, quod Statutum loquens de ho-
micidio, non habet locum in homicidio
ex inſidijs, & appoſtaté commiſſo, non
eſt applicabilis caſui noſtro , in quo Sta-
tutum non loquitur dè Homicidio, ſed
ſimpliciter de delicto extrà Territorium
Serëniſs. Reipublicæ commiſſo; Quod
Verbum *Delictum*, vti Genus, vt plené
ſuperiùs fuit dictum , compræhendit ſub
ſe omnes ſpecies delictorum ſiuè ex pro-
poſito , & deliberaté, ſiuè per inſidias
ſiuè in Rixa, ſiuè dolo, ſiuè culpa , com-
miſſorum, vbi enim Lex non diſtinguit,
neq;

neq; Nos diſtinguere debemus. Prætèr
quàm quod Ratio allegata per *Plotum*,
quod; videlicét, ſi tale Satutum intelli-
geretur de Homicidio per inſidias com-
miſſo, daretur occaſio delinquendi, neq;
paritèr militat in Statuto noſtro, quod
non relinquit impunitum delictum cō-
miſſum extrà Dominium, ſed tantumo-
dò illud facit ex publico priuatum, neo
vult puniri, niſi ad inſtantiam Illorum,
qui ſuam, vel ſuorum proſequuntur Iniu-
riam, Quod per Statuentes fieri poteſt,
vt ſuprá fuit firmatum ex *Clar. & Fari-
nac.* dùm firmauimus poſſe Delicta
publica per Statuta fieri priuata.

55 Verùm quiá ex exploſionibus, quibus
Gambarinus vulneratus fuit, ijſdem in-
terfectus remanſit Gabriel de Pongilioni-
bus; ideò de Menſe Auguſti proximè
elapſi compatuit Magdalena eius Soror,
& Vxor q. Ioan. Guidi quæ eoſdem
Fratres de Spinulis, vti dicti eius Fratris
interfectores quærelauit, cuius quærelæ
vigore, vti intrá legitima tempora á Iure
communi Statuta propoſitæ, & á per-
ſona, quæ Fratris iniuriam proſequeba-
tur, inſtabat M. Fiſcus contrà dictos Fra-
tres de Spinulis ad vlteriora procedi in
cauſa dicti homicidij.

56 Cæterùm dictam quærelam etiám nō
eſſe admittendam cenſuimus, nec eius
intuitu dictos Fratres Spinulos vlteriùs
in carceribus retinendos.

Omiſſa etenim pió nunc quæſtione il-
57 la, àn pax habenda ſit à fœminis, in qua
negátiuam opinionem tenuit *Gloſ.* ad hoc
ſingularis *in cap.* 1. §. *hoc autem de his*
58 *qui Feudum dare poſſunt*; ea ratione, quiá
non ſunt habiles ad vindictam, & faidā
leuare non poſſunt, nempè inimicitias,
cum qua *Gloſ.* opinione tranſiuit *Rimi-
nald. Iun. conſ.* 307. *num.* 1. *& ſeqq. &
num.* 8. *vol.* 3. & plures alij per *Guazzin.
de pac. quæſt.* 15. *nu.* 1. *& ſeqq. De Ponte
de poteſtat. Proreg. de prouiſion. fier. ſo-
lit.* §. 4. *nu.* 18. *& Molfes. conſ.* 10. *po-
ſito poſt conſuet. Neapol.*, & retenta
59 opinione, quod pax etiám á fœminis ſit
60 habenda, cùm hæc opinio Magis comu-
nitér recipiatur, vt teſtantur *Clar.* §. *fin.
quæſt.* 58. *num.* 34. *verſ. ſed contrarium
Vulpell. de pac. quæſt.* 14. *nu.* 2. *Farinac.
quæſt.* 107. *num.* 381. *in fin. Guazzin.
d. tractat. de pac. d. quæſt.* 15. *n.* 4. vbi
alios concordātes adducit, *Caualcan de
Brach reg par.* 2. *nu.* 261. *litt D.* cúm 61
Immó fœminæ ſint ad vindictam prōp-
tiores, quàm maſculi, iuxta illud *Iuuena-* 62
nalis ſatir. 16. *vendicata Nemo gaudet
magis, quàm fœmina, & quod ferro aſſe
qui nequeunt, veneno perficiunt*; quod
procedit etiám quandó fœmina non eſt 63
hæres bonorū interfecti, cum Iure com-
muni cautum ſit, ius accuſandi de nece
defuncti Iure ſanguinis, non autèm Iure
hæreditario deferri, itá vt proximioribus 64
ſanguinis, etiàm quod non ſint hære-
des bonorum, ius hoc vindictæ com-
petat, vt latiſſimè comprobat *Fari-
nac. quæſt* 14. *num.* 19. *&* 20 cum mul-
tis *seqq* qui *num.* 25. probat hanc com-
munem ſententiam procedere etiám in
fœminis proximioribus occiſi, quæ ſicút
& ipſæ accuſare poſſunt, itá, & ab eis 65
pax eſt habenda. vt probatur *ex l quæſi-
tum ff. de ſepulchro violato, Bartol. per il-
lum Text. in l. probarede* §. *final. ff. de
acquirend. hæreditate*, *Paris de ſindicat.
in verbo compoſitio. cap.* 8 & videtur de-
cidi ex traditis per *Bartol. in ſi filius qui
Patri in fin. ff. de vulgar.* cum quo ma-
gis communitèr Doctores ibi pertran-
ſeunt *Vulpell. de pac. quæſt.* 11. *nu.* 1. *&
ſeqq.* vbi quod, & ſi Statutum dicat, quod 66
Homicidæ ad Patriā redire non poſſint,
niſi pace habita ab hæredibus occiſi, ver-
bum illud, *hæredibus*, debet intelligi de
hæredibus ſanguinis, non autém bono-
rum, & propterea filij, etiám non hære- 67
des bonorū Patris præferuntur quibuſ-
uis alijs in accuſando de nece Patris, &
in faciendo pacem, quià iniuriæ proſe- 68
cutio hæreditario Iure non defertur, *De
Franch. decſ.* 100. *num.* 9. *&* 10. *& de-
ciſ.* 611; *Boer. deciſ.* 121. *num.* 4. *in fine
Iulius Ferret. tit. de ferijs nu.* 66. *Guaz-
zin. de pàc. quæſt.* 13. *num.* 4. *& quæſt.*
15. *num.* 17.

Attamen quidquid ſit de Iure com-
muni, res extrá difficultatem verſatur 69
attentis legibus huius Sereniſſimę Rei-
publicæ, in quibus contrarium cauetur;
nem-

70 nempé, quod pax sit habenda ab illis,
qui nè dùm sunt hæredes sanguinis of-
fensi, verùm etiàm, & bonorum, vt vi-
dere est in volumine nouatum legum
cap. 45. sub rubr. de gratijs, & forma in
71 *illis concedenda*, vbi dicitur, Principem
non debere suam exercere liberalitatem
in concedendis gratijs delictorum abſq;
legitima partis offensæ remissione in his
casibus, in quibus requiritur, aut ea ex-
tincta, *haredis sanguinis, & bonorum*;
72 per quæ verba clarè Legislatores volue-
runt, quod ad faciendam pacem, seù re-
missionem admittantur solùm illi, in
quibus concurrat vtraq; qualitas, quod
videlicèt sint hæredes sanguinis, & bo-
norum, *l. si haredes plures ff. de condit.
instit. §. si plures institutionibus de hare-
dibus instituendis &* in puncto decidit
Sanfelic. decis. 27. num. 35. & 36. vbi
in terminis *pragmatica Regni Neapolit.
extantis sub rubr. de compositionibus rubr.*
73 8. quæ iubet, quod remissio obtineatur
à proximioribus defuncti, quibus illius
hæreditas defertur, *decidit*, quod fœmi-
na, quæ ab hæreditate Fratris est exclu-
sa proptér renunciationem ab illa factá
tempore contractarum nuptiarum, non
admittatur ad faciendam pacem, neq;
ad quærelandum de nece Fratris, & plu-
res adducit rationes, & auctoritates, qui-
bus hanc opinionem comprobat, ad quē
Lectorem remittere libet, nè per eum
74 Doctissimè de more scripta transcribere
videamur, & idem firmat *decis. 378. per
tot.* vndé cum dicta Magdalena vidua
75 non sit, nec possit esse hæres bonorum
Fratris interfecti, non potest neq; pacē
facere, neq; accusationem, aut quærelam
76 de illiùs nece proponere, cum ius facien-
di pacem, & accusandi pari passu proce-
dant, & qui ad vnum non admittitur,
neq; etiàm ad alterum admittatur *ad
tradita per Clar. in §. final. quaest. 58.*
77 *Farinac. quaest. 14. num* 1. vndè si duri ad
obtinendam remissionem Fratres de Spi-
nulis non indigerent pace, seú remissio-
ne istiùs Sororis, sed sufficeret, quod il-
lam haberet à Matre, & Fratre *sangui-
nis, & bonorum haredibus*, itá pari formi-
tér nō debet ipsa ad accusādū admitti,

Quod autem dicta Soror excludatur
à successione dicti eius Fratris interfecti
clarè resultat ex dispositione *Statuti Ci-* 78
*uilis lib. 5. cap. 2. de fæminis dotandis & ex
cap. 23. eod. lib. 5. de success. ab intestato*,
qua cauetur, quod fœminæ extantibus,
masculis non succedant, sed si non fue-
rint dotatę dotentur, & sic fœminæ,
exclusæ ob solam existētiam masculorū,
etiā si dotatæ nō essent remanent exclu- 79
sæ secundū singularem Doctrinam *Pauli
de Cast. in l. Titio Centū § Titio Genero ff de
condit. & demonstrat. n. 7* quā cōmunitèr
sequuntur, Doctores *vt refert Molphes.
ad consuetud. Neapol. par. 4 quaest. 17 in fin.
Sanfelic. d. decis. 27. n. 7.* & consequen
tèr etiàm fuer exclusæ á Iure vindictæ.

Tertiá Tandém sese obtulit difficul- 80
tas, án quærela Matris, & Fratris dicti
Gabrielis vltimò loco contrá eosdem
Fratres de Spinulis in actis huius Curiæ
porrecta, esset per Fiscum prosequenda,
quam etiám non esse prosequendam
Rota iudicauit.

Trita enim non minùs, quám Com-
muniter á DD. recepta est Iuris con-
clusio, quod qui semèl accusat, & po- 81
steá quærelæ renunciauit, vel ab ea de-
stitit, non admittatur ampliús ad accu-
sandum, vt est *Text.* Clar. *in l. Senatus
Consulto §. idem in accusat vers. nam eum
ff. ad Turpillian.* vbi dicitur, *nam eum* 82
*qui semel destitit, si posteà accusare paratus
est, non esse audiendum, Diui Seuer. &
Antonin. statuerunt* & idem deciditur *in
l qui destitit*, quæ est secunda *ff. eod.
& in l. accusatorem Cod. qui accusare
non possunt*, & latè firmat *Decian. in tra-
ctat. Crim. lib. 3. cap. 29. num. 1. Bayar.
ad Clar. §. final. quaest.* 10. *num.* 1. latè
Guazzin. ad deffens. Reor. deffens. 3. capi
11. *numer.* 1. vbi alios adducit, *& in
tractat. de pace quaest.* 10. *num.* 22. vbi
quod solúm in illis casibus, in quibus nō
est licita transactio supér, Crimine, potest 83
repeti accusatio, sed cum hodié de Ge-
nerali cōsuetudine fiāt paces supèr quo-
libet delicto, dicit numquā vidisse, quod
Accusator iterúm ad accusandū admit-
tatur, & idem refert *Bayard. ad Clar.
quaest. 58. n. 22.* remittentibus enim Iu-
ra

ra,& actiones ſuas, nõ eſt dandus regreſ-
ſus *leg. quaritur §. ſi venditor ff. de adi-
litio edicta* & probat *Text. in l. abſolutio-
nem Cod. de adult. Decian. d. cap. 29. nu.
1. Guazzin. d. deffenſ. 3. cap. 11. num: 1:
Cavalcan. de Brachio reg. par. 5. nu. 48.
Sforz. Odd. de reſtit. in integrum quaſt.
85. per tot.*

Quòd verò dicti Cæſar, & Catherina
Mater & Frater Gabrielis occiſi deſtite-
tint, ab accuſatione ſeù quærela ab eis
porrecta in Curia Nouarum de anno
1656. contrà dictos Fratres de Spinulis,
probat *Text.* ad literam *in l. ab accuſat. §.*
85 *deſtitiſſe, ff. ad Sen. conſult. Turpillian.* nõ
ſolùm quia animum accuſandi, ſeù quæ-
relam proſequendi videntur depoſuiſſe,
dùm poſt illam propoſitam quadriennio,
& vltrà tacuerunt, nec ampliùs illius oc-
caſione quidquam fecerunt, verùm etiã
86 quiá intrá legitima tempora *à Statuto
Criminali lib.* 2. ad terminandum *cauſas
Criminales videlicèt intrà nouem Menſes
præfixa cauſam propoſita quarela termina-
ri non curauerunt.*

87 At qui cauſam intra inſtantiam à iure
vel Statuto præfixam ad finem non per-
duxit, ab accuſatione deſtitiſſe videtur,
ſic probat *Text. in d. §. deſtitiſſe ff. ad*
88 *Turpillian.* vbi claris verbis dicitur, *quod
qui intrà præfinitum accuſationis à Præſi-
de tempus Reum ſuum non peregerit, ab ac-
cuſatione deſtitiſſe videtur,* vbi *Gloſ.* ad hoc
notabilis in dicto verb. *peregerit* inquit,
hoc eſt *cauſã nõ terminauerit,* Quà prop-
89 tèr cum in hoc habeamus punctualem
Doctrinã *Textus, & Gloſa* fruſtratorium,
eſt vlterius mendicara Doctorum ſuffra-
gia quærere, quæ tamèn non deſunt.
Siquidèm ex *d. Text.* ſic punctualitèr do-
cent *Decian. d. lib. 3. cap. 29. num. 1,
Guazzin, d. deffens. 3. num. 1. Foller. in
Prax. Criminal. in verbo audiant excep-
tiones num. 28. & 29. Cavalcan. de Brac.
reg. par. 5. num. 48. verſ. & quarelator,*
90 *& num. 252.* vbi quod ille, qui non pro-
ſequitur quærelam, deſtitit à quærela;
*argumento l. quod ait §. lex ait ff. de di-
uerſ.* & ante eos hoc docuit *Speculator
tit. de accuſat. §. 5. ante mediam Placent.
tit. 4. d. accuſat. num. 6.*

Et Deniq; quiá tàm Catherina Mater
quàm Cæſar Frater interfecti cum præ-
dictis Hercule, & Vincentio Fratribus
Spinulis, & prætẽſis occiſoribus Gabrie-
lis de compoſitione dicti Criminis lo-
quuti fuerunt; Siquidèm poſt porrectã
nouam quærelam á dicta Catherina ſub
die 15. Iulij in loco Nouarum contrá di-
ctos Fratres Spinulos, in qua eoſdem vti
eius filij interfectores nominauit, & cõ-
trà eos ſibi de Iuſtitia prouideri inſtetit,
poſteá ſub die 28. Octobris eiuſdem an-
ni 1656. prædicta Catherina, & Cæſar
eius filius, & DD. Hercules, & Vincen-
tius Spinula ſibi ad Inuicem mediante
publico Inſtrumento, in quo narratur
quod dictus Cæſar habebat prò ſuſpectis
de nece eius Fratris prædictos Fratres de
Spinulis promiſſerunt, ſe ſe non offen-
dere, nec oftendi facere, nec in Domi-
nio Sereniſſimæ Reipublicæ, nec extrà,
nec directè, nec indirectè, factis, aut ver-
bis, aut alio quouis modo, & ita de cõ- 91
poſitione dicti homicidij prætenſi loquu-
ti fuere, per quam alloquutionem, deſi-
ſtentiám induci, probat dictus *Text. in l.
ab accuſatione §. item qui ff. ad Turpill.*
& eatenùs dictus Cæſar, & Catherina
mediante dicta alloqutione in dicto In-
ſtrumento ſequuta, videntur depoſuiſſe 92
animum inſtitutam quærelam proſe-
quendi, quod Immò integro elapſo qua-
driennio poſt cælebrationem dicti inſtru-
menti tacuerunt, nec ampliùs quidq;
fecerunt, nec in Curia Nouarum, nec al-
bi, prò cauſæ, & proceſſus proſequutio-
ne, aut expeditione inſteterunt; manife-
ſtiſſimum, & euidens ſignum, quod ex 93
corde, & animo odiũ, & rancorẽ cõtrá in-
culpatos de dicto homicidio depoſuerũt;
nec promiſſioni de eos non offendendo
factæ cõtrauenire vllo pacto voluerunt.

Cætera autém, quæ in medium affe-
rebantur per Fiſcum, ſeù illiùs adheren-
tem, nempé dictum homicidium non eſſe
ſimplex ſed dolo, & ex inſidijs patra-
tum præcedente tractatũ ſequuto in Op-
pido Nouarum, poſtmodumquè per-
fectum extrá confines huius Sereniſ- 94
ſimi Dominij, & ſucceſiuè non eſſe
compræhenſum ſub Statutis ſuprá enun-
ciatis,

ciatis, non indigere responsione, dictum
95 fuit, dùm ex reuulutione totius processus qui dicitur optimus modus probandi negatiuam, *Dec conf* 483. *n. 6. Herculan. de negat. num.* 176. *Rot. apud Ludouis.*
96 *decis.* 416. *nu.* 8. nullum verbum legitur de prætenso tractatu, qui tamen debuisset concludentèr probari, non autèm præsumptiuè, *Giurb. cons. Crimin.* 63. *nu.* 25. *Farinac. quaſt.* 96. *num.* 73. *Vermi-*
97 *gliol. cons.* 79. *nu.* 8. Ideóq; illo per Fiscum non probato, Homicidium præsumitur rixosum, & casu, non autèm præuio præcedente tractatu commissum *ad tradita per Farinac. d. quaſt.* 96. *num.* 75. *idem Farinac. cons.* 167. *num.* 2. *lib.* 2. *Giurb. conf.* 87. *ex nu.* 13. *verſ. cum nec præsumatur tractatus, Vermigliol. conf.*
98 500. *num.* 8. Et ideò ab allegante debet probari, & plenè, *Mascar. de probationibus conclusione* 1386. *Farinac. d. quaſt.*
99 96. *num.* 77. & præsumptiuus non sufficit *Eugen. conf.* 76. *num.* 37. *lib.* 1. *Vermigliol. conf.* 43. *num.* 9.
100 Et propterea attenta carceratione passa per spatium quatuor Mensium, & vltrá prætensorum Reorum; Rota dixit
101 dd. Fratres Spinulos, esse pró nùnc relaxandos, saluis Iuribus Fisco pró dicto prætenso tractatu, quatenús &c. cùm ad
102 carcerandum Reum, siué ad eum in carceribus retinendum, non sufficiat solus Titulus inquisitionis, sed priús debeant legitima præcedere inditia, ad laté tradita per *Farinac. quaſt.* 27 *nu.* 112. *& ſeqq. Vermigliol. cons* 358. *num.* 4.

Quare Ità fuit decisum, & Exequutum. &c.

VOTVM DECIMVMSEPTIMVM.

S V M M M A R I V M.



PAce nihil magis in benè instituta Republica neceſſarium eſt ad publicam libertatem tuendam, num. 1.

Sily Carmina in materia pacis num. 2.

Factum voti, & deciſionis ennarratur, num. 3.

Pœna ordinaria impoſita contrà rumpentes pacem in terminis Iuris communis tenetur, qui præbet auxilium alicui in occidendo aliquem ſub fœdere, num. 4.

Pax rumpitur per quãcumq; offẽſionem ad iram prouocantem, dumodò talis prouocatio ſit alege, à vel Statut. punibilis, n. 5.

Pax rupta dicitur ex inſultu cum armorum euaginatione, & admenatione, etiàm offenſione aliqua non ſequuta, num. 6.

Vulpell. conſ. 51. *per tot. & conſ.* 82. *nu.* 12. *& cons.* 88. *num* 6. *de admenatione etiàm quod offẽſio non ſequatur, expenditur, num.* 7.

Ità millies in Statu Vrbini fuit iudicatum, num. 8.

Statutũ Criminale Genuæ lib. 2. *rub.* 61. *quid requirat, ad hoc vt dicatur pax rupta, num.* 9.

Iniuria nedum perſonalis, sed in perſonam requiritur, num. 10.

Corpus quod tangatur pluries, vel percutiatur nõ ſufficit, ſed opus eſt quod cadatur, vel vulneretur ad rumpendam pacem, num. 11.

Teſtis vnicus non facit plenam probationem, ex qua ſequi poſſit condemnatio in pœnam ordinariam, num. 12.

Dictum vnius, dictum nullius, num. 13.

Teſtis vnici ex dicto oritur ſemiplena probatio, num. 14.

Teſtis vnicus iunctus cum alijs deponentibus de vulneribus illatis, plenam conſtituit probationem num. 15.

Teſtes dubitatiuè deponentes per verbum per quanto ſtima *regularitèr nihil probant, num.* 16. *&* 17.

Credulitas in Teſte quandò eſt cauſata à ſenſu inferente ità credi, debere tunc etiã quod Teſtes deponant per verba dubitatiua, vt puta videri, iuditio tuo, *vel ſimilia, eorum dictum probat, n.* 18. *&* 19.

Credulitas vbi eſt proxima ſenſui, per quem percipitur veritas, valebit teſtimonium, secùs ſi ſit remota à tali ſenſu, num. 20.

Teſtes teſtificãtes de actu à ſe viſo, licèt deponant per verbum ſtimo, *concludentem gradum probationis conſtituunt, nu* 21.

Verbum per quanto ſtimo, *eſt denotatiuũ de credulitate Teſtis, num.* 22.

Teſte

Teſti vnico in qualibet materia creditur concurrentibus circumſtantijs, & adminiculis; num. 23.

Condemnatio ſequi poteſt ex dicto vnius Teſtis adminiculati, num. 24.

Statutum Criminale Genuæ lib. 2. cap. 2. ſub. rub. de homicid. quid diſponat recenſetur, num. 25.

Auxiliator an, & quandò puniatur eadem pœna, qua Principalis delinquens, de qua eſt ardua quæſtio inter DD. vt teſtatur Clar. in §. fin. quæſt. 90. num. 26. & 37.

Verbum, opem, *quo vtitur Statutum Criminale, idem importat, quod auxilium, num. 27.*

Verbum, opes, *à verbo ops, opis deriuatur, & aliud ſignificat in ſingulari, aliud in plurali, num. 28.*

Verbum, opes, *in plurali idē eſt quod diuitia, ſed in ſingulari caret nominatiuo, & idem importat quod auxilium, n. 29.*

Ouidij carmina, num. 30.

Ciceronis dictum recenſetur, num. 31.

Homicidio opem præſtans tenetur eadem pœna, qua homicida, num. 32.

Agentes, & conſentientes, pari pœna puniuntur, num. 33.

Auxilium præſtitum antè, vel in eodem delicto punitur eadem pœna, qua principalis delinquens; poſt delictum verò pœna l. 1. & fin. C. de his qui latron, nu. 34.

Bartoli diſtinctio circà auxilium DD. viſa eſt nimis generalis, num. 35.

Auxilio in cooperatiuo ab aliquo præſtito communitèr recipitur doctrina Bartoli, num. 36.

Vbi diſtinguitur de auxilio intrinſeco, ſiuè adhærente perſonæ occiſæ.

Paria ſunt quem delinquere, vel delicto cauſam præbere, num. 38.

Delicto alicui qui cooperatur, nedū dat cauſam proximam delicto, ſed potius debet vocari criminis Author, quàm auxiliator, num. 39. & 41.

Delicto tunc dat cauſam proximam, quandò cum ſua manu auxilium cooperatiuū præbet, num. 40.

Pœna debet vnuſquiſq; teneri ſicut principalitèr de per ſe delinquit, num. 42.

Maleficia tot ſunt, quot delinquentium perſonæ, num. 43.

Actione furti in ſolidum tenentur plures rem eandem furto ſubtrahentes, nu: 44.

Idem de pluribus vnum occidentibus ibidem.

Ampliatur, num. 45.

In rixa nemo tenetur de facto alterius, ſed de eo tantùm, quod ipſe fecit, nu. 46.

Auxiliator ſine præcedenti tractatu homicidij interueniens, pœna extraordinaria, & non æquali cum principali debet puniri, num. 47.

Homicidium in rixa commiſſum, quomodò doloſum reputetur, num. 48.

Vbi verba Statuti recenſentur.

Homicidium dicitur doloſum, quod committitur ex animo, & voluntate occidentis, num. 49.

Homicidium in rixa commiſſum, quandò dicatur culpoſum, num. 50. 52. 53. & 70. diſtinguitur, num. 51.

Exemplum affertur in delicto doloſo, n. 54.

Author rixæ generaliter punitur pœna ordinaria pro homicidio in rixa commiſſo, num. 55.

Inimici capitales qui ſe prouocando, interficitur aliquis, àn homicidium dicatur culpoſum, num. 56.

Homicidium inter inimicos iamdiù in corde inimici Statutum eſt num. 57.

Prouocatio tàm ſeuera vindictæ cauſa Nox eſt, niſi malus animus, & odium capitale præceſſiſſent, num. 58.

Effectus cauſæ principali, non autem contingenti adſcribi ſolet, num. 59.

Giribal. opinio non placet Caball. num. 60.

Homicidiū quandò nō dicatur rixoſū n. 61.

Inimicū occidens nullis dictis verbis, dicitur homicidium in animo occiſoris eſſe præcogitatum, num. 62. & 69.

Caball. expenditur, num. 63.

Principalitas, & acceſſio reſpectu eiuſdem indiuidui, non cadunt in eodem, & eadem opinione, num. 64.

Vulnere de letali ſocij, & de occiſo tenetur, qui eum lethalitèr vulnerauit, & etiā contrà illum admenauit ſtricto mucrone num. 65.

Delicta omnia aut dolo, aut malo animo, aut impetu, & culpa, aut caſu committuntur, num. 66.

Homicidium dolosum, & culposum, & casuale differunt, num. 67.
Qualitas non potest considerari, vbi non est subiectum, num. 68.
Fiscus debet probare tractatum præcedentē ad hoc vt occisor teneatur pœna ordinaria Statuti, num. 71.
Tractatus præcedens probari plenè, & non præsūptiuè debet probari, num. 72.
Auxilium, & tempora distinguuntur, num. 73. & 74.
Auxiliator quandò puniatur eadem pœna, qua principalis delinquens secundum doctrinam Bartol. num. 75.
Subdistinguitur, num. 76. & 77.
Homicidio qui occasionem præbuit, etiàm non probato præcedenti tractatu, debet ordinariam pœnam subire, nu 78.
Pœna ordinaria habet locum in auxilio præstito in delicto, præcipuè si illud fuerit cooperatiuum, nō probato etiàm præcedenti tractatu, num. 79.
Auxiliator non tenetur pœna, qua principalis delinquens, non probato præcedenti tractatu, num. 80, contrarium, n. 83. Limitatur ibidem.
Farinacius quæst. 131. num. 31. expenditur. num 81.
Auxilium sibi præstare possunt homines in simul collecti in ipso rixandi actu, num. 82.
Auxilij pœna neminem teneri, nisi de tractatu, & colloquio præcedenti probetur, vulgaritèr dicitur, num. 84.
Auxilium præstans cooperatiuū delicto, & causam proximam præbens homicidio, punitur pœna ordinanaria delicti, etiàm non probato præcedenti tractatu, n. 85.
Tractatus præcedens præsumitur contrà eum, qui nullis dictis verbis aliquem aggreditur, num. 86.
Ratio, num. 87.
Tractatus præcedentes reputantur difficilis probationis, num 88.
Et sufficit illos præsumptiuè probari, n. 89.
Tractatus præcedentes quomodo, & ex quibus probatos esse dicatur, num. 90.
Tractatus præcedens, quandò præsumptiuè probatur, ordinar, am pœnam non meretur secundum aliquos, num. 91. contrarium. num. 94. distinguitur, num. 95 & 96. Ratio, num. 92.
Probationes ad pœnam ordinariam clariores requiruntur, num. 93.
Statuti Criminalis Genuæ dispositio expenditur, num. 97.
Statuto Criminali Genuæ disponitur, quod tractatus sine ope, & auxilium sine præcedenti tractatu pœna capitali puniantur, num. 98.
Etiàm quod Statutum loquatur per verba alternatiua, num. 99. quæ sufficit in vna parte verificari
Dictio vel *est alternatiua, num.* 100.
Pacis fractura est delictum enorme, & enormissimum num. 101.
Pacis violatio est res mali exempli, & Reipublicæ perniciosa, & damnosa, n. 102.
Iudicibus in fractura pacis multà permittitur in iudicando cōtrà iuris tramites, quæ aliàs non permitterentur. nn. 103.
Fœnore publico licèt iura trāsgredi, n. 104.
Pœna etiàm arbitraria valet extendi vsq; ad mortem, stantibus circumstantijs grauantibus delictum, num. 105.
Opinio ista procedit, maximè in Iudice Supremo, num. 106.
Resolutio causæ ponitur, num. 107. *& de ratione ibidem.*

ARGVMENTVM.

Ianuen. Auxilij ad homicidium, & Pacis ruptæ.



SANGVIS Nob. Viri Oderici de Acúnna crudelitèr interfecti de terra clamat ad vos *Serenissimi Patres*, ad hoc, vt qui sub fide, & securitate publica N. N. Fratrum Ladislai, & Rodulphi de Vargas mucronibus impiè effusus fuit, publico Iustitiæ gladio sanctè vindicet; Qui enim sub Regij verbi clypeó securum, nec talia pertimescentem ab humanis sustulerunt, Regij etiam gladij ictu interfici debent. Ego cui in tám graui causa Consultoris partes á DD. VV. Serenissimis demandatæ fuere, votum meum in scriptis profero, in quo Fisci iura, cui in concursú tot Aduoca-

uocatorum pro Reis, Aduocatus defuit, quantum mei ingenij patietur tenuitas tueri conabor.

Leuis quædam intercesserat inimicitiæ causa inter prædictum Nob. virum Odericum de Acunna, & Nob. Ladislaum de Vargas, sed quæ altiores habebat radices, cum prædictus Ladislaus de Acunna suspectum haberet d. Odoricū de explosione sclopi paucos antè dies iaculata contrà Armandum communi dictorum Rodulphi, & Ladislai Fratre, existimantes tàm d. Ladislaus, quàm Rodulphus facinus hoc, si non de consilio, saltē sciente Oderico perpetratum fuisse proptèr arctissimā amicitiā inter prædictos Odericū &c. & Armandū intercedentem; Cupiens autem Serenissimus Senatus discordiarum, & inimicitiarum nascentia semina è medio tolle-
1 re, perpetuamq; pacem in Ciuitate fouere, cùm nihil magis in bene instituta Republica necessarium ad publicam libertatem tuendam sit, quàm pax, iuxtà
2 illud (Silij) *pax vna triumphis.*

Innumeris potior, pax custodire salutem
Et Ciues æquare potens.

Ortam inter prædictos Odericum, & Ladislaum inimicitiam opera MM. Ciuium pró sedandis dissidijs præpositorum componi curauit, prout eorum opera firma, & perpetua pax inter prædictos inita, & Serenissimorum Colle-
3 giorum auctoritate roborata fuit. His ità peractis, cum quodā die Nob. Odericus de Acunna nihil tale metuens sub publico Bancorum fornice cum Nob. Vito Fausto de Veruiux. de quibusdam eius Negotijs Domesticis alloqueretur, pertransiuerunt prædicti Ladislaus, & Rodulphus de Vargas, & paucos antè passus prætergressi, nulla data rixæ causa prò parte Oderici, Rodulphus primū, deindè etiàm Ladislaus euaginatis mucronibus in eum irruerunt, plurimisq; vulneribus confossum Odericum vsq; ad apothecā Siluij Cauatorta insequuti fuerunt, ibiq; morti proximo vix Sacramēta licèt peccata confitendi cuidam Sacerdoti, tempus reliquerunt, & Ladislaus apothecam pluriès ingredi tentauit, in quâ semimortuus iacebat dictus Odericus, vt nullam viuendi spem relinqueret; Quod vtiq; perfecisset, nisi circūm adstantium partim verbis, partím etiàm factis perpeditus fuisset. Receperunt se tandem Nob. Fratres de Vargas ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ Vinearum, & quinq; vulneribus sauciatum Odericum, & animæ salutem consulentem reliquerunt, qui vix lapso triduo, ex vulneribus acceptis, vitàm cum morte commutauit; capto post duos ferè Menses Ladislao quæritur, qua pœna veniat puniendus; & cum si non ordinaria Statuti pœna contrà Rumpentes pacem imposita, saltèm ea contrà homicidas Statuta, iure meritò puniendum esse Fiscus prætendit.

Et si versamur in terminis Iuris communis, res vtiq; transiret sine difficultate, quod Nob. Ladislaus teneretur pœ-
na ordinaria imposita *contrà rumpentes* 4
pacem; Siquidèm cùm pax rumpatur 5
per quamcunq; offensionem ad iram prouocantem, dummodò talis prouocatio sit à Lege, vel Statuto punibilis, vt dicit *Valpell tract. de pac. quæst.* 90. *nu:* 1. *Farinac. quæst.* 107. *nu.* 142. *&* 144.
Nulli dubium, quin ex insultū cum ar- 6
morum euaginatione, & admenatione pax rupta dicatur, etiàm offensione aliqua non sequuta, *vt post Valpell. d. tract. quæst.* 102. *num.* 1. *&* 2. testantur *Addē. ad Farinac. cons.* 36. *in litt. B. Peguer. decis.* 21 *Guazzin. de pac. quæst* 50. *nu.* 1. *Grat. cons.* 3. *vol.* 2. & de admenatio-
no etiàm quòd offensio non sequatur, 7
tradit *Valpell. cons.* 51. *per tot. & cons* 82. *num.* 12. *& cons.* 88. *num.* 6. vbi testa-
tur; quod ità milliés in Statu Vrbini fuit 8
iudicatum, & in *tract. de pace quæst.* 9. *num.* 4. *& quæst.* 101. *num.* 7. vbi testatur, ita pluriés de facto respondisse, laté *Farinac. cons.* 36. *num.* 6. & ibi latiùs *Adden. litt. B. & quæst.* 107. *nu.* 165. *&* 166. *Guaz. d. tract. quæst.* 50. *num.* 9. Quapropter cùm Nob. Ladislaus sit conuictus de euaginatione mucronis, & illius admenatione contrà Nob. Odericum, pœnam ordinariam á Iure communi impositam *contrà rumpentes pacē*,

9 euadere non poterat: Verùm quià Sta-
tutum Criminale huius Serenissimæ Rei-
publicæ *lib. 2. rub. 61.* requirit, quòd
ad hoc, vt dicatur pax rupta, ille cum
quo pax, vel induciæ contractæ fuerint,
10 occidatur, vel vulneretur, & sic iniuriā,
nédùm personalem, sed in personam;
11 Ità quòd non sufficiat, quòd corpus tan-
gatur, pulsetur, vel percutiatur; sed
oportet, quód lædatur, vel vulneretur, vt
tradunt plures adducti per *Guazz. d.
tract. quæst. 52. num. 1. & seqq. & per
Farinac. d. quæst. 107. num. 166.*

Videndum est igitur, an ex processù
Fiscali resultet, Ladislaum aliquod vul-
nus intulisse Oderico in insultù contrà
eum facto.

Et de vulnere satis cōstare arbitror ex
depositionibus Testium prò Fisco exa-
minatorum; Siquidém Nob. Faustus de
Verrinis de vulnere deponit in suo exa-
mine ibi, dd. *Signore Ladislao, & Rodol-
fo Fratelli cacciorno mano à pugnale, &
12 assalirono, e ferirono il Sig. Oderico in
tempo che egli non si guardaua,* qui Testis
licét sit vnicus circa hoc vulnus illatum
Oderico per Fratres de Vargas sub tor-
nice Bancorum, & propterea non faciat
plenam probationem, ex quá sequi pos-
sit condemnatio in pœnam ordinariam,
13 ex vulgato dicto, quod dictum vnius,
dictum nullius *cap. licet vniuersis, cap.
veniens & cap. in omni negotio extr. de
Testib. l. Iusiurandi Cod. ead. cum alijs,
& plenissimè tradit. Farinac. quæst. 63.
num. 1.* vbi hoc pro regula firmatur; Ne-
gari tamen non potest, quin ex eius di-
14 ctu semiplena oriatur probatio, vt pro-
bat *Glos. ordinaria in l. admonendi de Iur.
Iur.* quàm communiter á DD. esse re-
ceptam, testatur *Afflict. de Iur. prælibem.
§. 4. num. 9. Mascard. de probat. in præ-
fat. quæst. 11. num. 2. & plures relatos per
Farinac. d. quæst 63. num. 52.* & propte-
15 reà iunctus hic Testis cum alijs deponē-
tibus de vulneribus illatis per Nob. La-
dislaum, plenam constituit probationē.

De alijs autém vulneribus deponunt
Nob. Gustauus Armoni ibi. *Gionti dd.
Nob. Fratelli de Vargas, & Oderico vicini
alla bottegha de Calderini di nuouo li tira-
rono, e lo colpirono,* & cum dicto ipsius
concordat Calderinus de Calderinis, qui
magis specificé deponit de persona Nob.
Ladislai ibi *gionto vicino alla mia botte-
ga il Nob. Oderico li fù tirato vn colpo di
Bramazzone da vn de SS. Fratelli Vargas,
quale è il più bruno, & è quello, che hà poco
di boffetta, ò sia barbetta, al qual colpo ac-
correndo il Sig. Oderico per riparar si, le
viddi subito la mano insanguinata;* Et li-
cét dictus Calderinus incontinenti sub-
dat, *Non sapere sicuro, se detto colpo le
fosse tirato da detto Fratello de Vargas più
bruno,* dicit tamèn, *che stima cosi,* Quód
paritér deponit Io. Bernardus de Podio
ibi, *che esso Sig. Oderico restò ferito in vn
braccio da vn colpo tiratoli, per quanto
stima dal Sig. Ladislao,*

Qui Testes Calderinus, & de Podio
licét dubitatiuè deponant per verbum;
per quanto stima. & propterea regulari- 16
tèr nihil probent ex tradit. per *Farinac.* 17
*quæst. 68. Lancellott. Gall. cons. 32. num.
24. Menoch. cons. 1111. num. 1. & 3.
Rot. apud Buratt. decis. 538. num. 10. &
12. & firmatum fuit per Rot. in Bononiē.
Fideicommissi de Vettorijs, 5. Maij 1655.
§. nullaq; vis coràm R. P. D. Zaratè.* 18
Nihilominùs, quandò credulitas in
Teste est causata à sensù inferente ità
credi debere, tunc etiàm quód Testes
deponant per verba dubitatiua, vt puta
videri, iudicio suo, vel *similia,* eorum di- 19
ctū probat, itá magistralitèr *probat Bald.
in l. solam q. 5. Cod. de Testib.* quē *sequi-
tur Ruin. cons. 46. n. 12 lib. 4.* & ad hoc
multum conferunt, quæ notat *Cyn. in
l. Testium Cod. de testib. & Abb. in cap.* 20
quoties eod. tit. dicentes, quod vbi cre-
dulitas est proxima sensui, per quem per-
cipitur veritas, valebit testimonium tale,
secùs si sit remota à tali sensú; Qua- 21
proptèr cùm hi Testes testificentur de
actù à se viso, licèt deponant per verbū
stimo, vtiq; concludentem probationis
gradum constituunt ex suprà deductis.

Pretér quám quòd Calderinus eùm
dixisset certitudinalitèr ictum inflictum
fuisse Nob. Odorico ab illo Fratre de
Vargas, *il quale è il più bruno, & è quello,
il quale hà vn poco di baffetta, ò sia bar-*

22 *betta*, licèt poſtmodùm dicat *per quanto*
ſtimo, & ſic de credulitate, nihilominùs
benè concludit, & probat, vt per *Aret.*
in cap. quotiès, & ibi Abb. in num. 9. Fe-
lin. num. 8. vers. ſed ſi aſſignaret bonam
cauſam extr. de teſtib. & docet Farinac.
quæſt. 68. num. 102 Maſcard. de probat.
conclus. 1363. num. 17.

Et in omnem caſum negari non po-
teſt, quin depoſitiones iſtorum Teſtium
de Calderinis, & de Podio magnum fa-
ciant adminiculum, itá quod ex eorum
dicto depoſitio Guſtaui de Armont ma-
gnum recipiat fomentum, quæ propte-
23 reá ſatis probat, cum in qualibet materia
credatur vnico Teſti, concurrentibus
circumſtantijs, & adminiculis, *Caſ. de*
Graff. deciſ. 49. aliàſ. 3. num. 6. de probat.
Seraph. deciſ. 676. num. 12. & deciſ.
1163. num. 6. Vermigliol. conſ. 411. nu.
5. Guaz. defenſ. 33. cap. 13. n. 12. Decian:
24 *reſp. 63. num. 8. vol. 2.* vbi quod ex di-
cto iſtius Teſtis ſic adminiculati, ſequi
poteſt condemnatio,

Verùm quatenùs dici poſſet prædi-
cta aliquam pati poſſe difficultatem,
quod tamen abſolutè negatur, qua ratio-
ne Ladislaus à pœna ordinaria homici-
dij ſe eximere valeat, ſanè non video;
25 Statutum enim Criminale huius Sere-
niſſimæ Reipublicæ *lib. 2. cap. 2. ſub. rubr.*
de homicid. decernit, *quòd qui dolo ho-*
micidium commiſſerit; quiuè ad com-
mittendum opem tulerit, dolumuè com-
miſſerit, aut quod committatur tracta-
uerit, vel ad committendum comitem
ſe homicidæ præbuerit, vltimo afficia-
tur ſupplicio.

Et quoniam in præſentiarum agendū
26 eſt de quæſtione valdè à DD. exagitatà,
videlicèt, án, & quandò Auxiliator te-
neatur eadem pœna, qua Principalis de-
linquens, quam quæſtionem arduam vo-
cat *Clar. in §. fin. quæſt. 90.* Et in qua
paucos ſine periculo nauigaoiſſe dicit
Plac. tom. 1. de delict. Prælat. & Peguer.
deciſ. 63. num. 2. In princ. operè pretiū
27 erit præmittere priùs, quod verbum,
opem, quo vtitur Statutum ſupradictum,
idem importat, quod auxilium, *Salycet.*
28 *in l. 1. num. 14. Cod. de rapt. Virgin.* vbi
quod verbum *opes* à verbo, *ops, opis*,
quod ex terra deriuatur, & aliud ſigni-
ficat in ſingulari, quàm in plurali, in
hoc namq; idē eſt quod diuitiæ, ſed in 29
ſingulari ſecundúm cōmunē vſum caret
nominatiuo, & idem importat, quod
auxilium, & tutela, vnde *Ouid. lib. 1.* 30
de remed. Amor. cecinit.

Carminis, & Medicæ Phœbe reper-
tor opis.

& *Cicero lib. 3. Tuſculan.* opis egens di- 31
xit, ideſt auxilij indiga, ſicùt enim terra
auxiliatur frugibus, itá qui opem præ-
bet, auxiliatur ei, cui eam præbet.

His itá præmiſſis firmo in primis re-
gulam, quod præſtans opem homicidio, 32
tenetur eadem pœna, qua homicida,
tex eſt in cap. ſicut dignum §. illi autèm
de homicid. & in cap. 1. de offic. delegat.
vbi Sacræ paginæ teſtimonio habetur,
quod Agentes, & Conſentientes pari 33
pœna puniantur, & fuit magiſtralis do-
ctrina *Bartol. in l. is qui opem num. 5. ff.*
de furt. quam ſequuti fuere plures ma-
gni nominis DD. relat. per *Farinac.*
quæſt. 130. num. 1. per Clar. d. quæſt. 90.
num. 1. Caball. caſ. 192. num. 2. Guazz:
defenſ. 33. cap. 10. num. 1. Giurb. conſ.
2. num. 50. & conſ. 4. num. 1. Marc.
Anton. Maceraten. var. lib. 3. reſolut.
10. num. 1. Sanfelic. deciſ. 30. num. 1.
& ſeqq. & per tot. par. 1. Maſcard. de
probat. conclus. 159. & concluſ. 1144.
per tot. & præcipuè num. 10. & plures
Alij, quos hic referre ſuperuacuùm
opus foret, & licèt hanc quæſtionē ma-
gis dubitabilem reddiderit diſtinctio
per eundem *Bartol. allata in l. in furti §.*
ope 2. ff. de furt. vt dicit Guazz. d. defen.
33. cap. 10. num. 1. dum voluit, quod
auxilium præſtitum antè, vel in eodem 34
delicto, puniatur eadem pœna, qua prin-
cipalis delinquens, poſt delictum verò
pœna *l. 1. & fin. Cod. de his, qui latron*;
Cum hæc diſtinctio plurimis DD. viſa 35
fuerit nimis generalis, eamq; indiſtin-
ctè receptam in quolibet ſimplici auxi-
lio, Corpus, & animam Iudicum occi-
dere dixerit *Gandin. in tit. de homicid.*
num. 7. & latiùs num. 17. quem refert,
& ſequitur *Auguſtin. ad Angel. de maleſic.*

in

in verb. dicto maleficio semper astitit. nu. 17. Farinac. d. quaest. 130. *n.* 2. *&* 42. *& Sperell. decis.* 108. *num.* 3. *par.* 2.

36 Nihilominùs dicta *Bart.* doctrina communitèr recipitur in auxilio Cooperatiuo ab aliquo præstito, siuè illud sit intrinsecum ad homicidiû, vt puta vulnerando occisum, siuè adhærens personæ occisæ, vt inferendo ictus aduersus occisû, quemadmodum declarat *Cepoll. cons.* 2. *per tot. & cons.* 34. *num.* 22. *& Marscard. de probat. conclus.* 1144. *num.* 9. quià
37 tunc Auxiliator punitur eadem pœna, qua principalis delinquens, & illum sequitur de communi testando, antiquioribus ommissis, *Farinac. qui innumeros congerit, d. quaest.* 130 *num.* 42. *&* 45. *iuncto num.* 50. *& quaest.* 131. *num.* 1. *Clar. d. quaest.* 90. *nu.* 1. *&* 2. *Guazzin. d. cap.* 10. *num.* 4. *Giurb. cons.* 2. *num.* 50. *& cons.* 41. *num.* 12. *Menoch de arbitr. cas.* 349. *num.* 3. *Regen. de Pont. de potest Proreg. tit.* 1. §. 3. *num.* 54. *Carpan. ad Nouas. Constit. Mediolanen. cap.* 1. *de homicid. num.* 1156. *Sperell. d. decis.* 108. *num* 3. *vers. verissima tamèn est, Caball. cas.* 192. *num.* 2. *Thesaur. lib.* 1. *quaest. forens. quaest* 46. *nu.* 4. *vers. Ego tamen, Mascard. de probat. conclus.* 159. *num.* 19. *& conclus.* 1144. *nu.* 10. *Sanfelic. decis.* 30. *nu.* 6. *par.* 1. *& plures Alij per suprà citatos DD. in locis suprà allegatis relati,* quos hic singillatim
38 referre non curaui: Paria enim sunt, quem delinquere, vel delicto causam præbere. *Gandin. tit. de furib. & latron. n.* 15. *Bertazol cons crim.* 35. *n.* 17. atqui
39 qui cooperatur alicui delicto, rè dùm dat causâ, & quidê proximâ delicto
40 *Cyn. in l.* 1. *sub n.* 4. *Cod. de Nil. agger. non rumpen.* vbi inquit, quòd tunc dat causam delicto proximam, quandó cû sua manû auxilium cooperatiuum præbet; In hoc idem sentit *Cepoll cons.* 27. *num.* 11. neq. habere difficultatem, dixit *Farinac. d. quaest.* 130. *num.* 50.
41 *Sanfelic. decis.* 276. *num.* 2. *par.* 2. sed debet vocari, & reputari potiús criminis Authore, quàm auxiliator, vt tradit *Couarr. de irregularit. par.* 1. §. 2. *nu.* 2. quem refert, & sequitur *Sperell. d. decis.*

108. *num.* 26. *vers. & certè si diligentèr*
& optimâ ad dic. rationem *Gomez tom.* 42
3. *var. resolut. de delict. cap.* 1. *num.* 88.
quòd sicuti vnusquisq; principaliter, de
per se delinquit, itá sua pœna teneri de- 43
bet; Tot enim sunt maleficia, quot
delinquentium personę, vt *in l. si plures*
ff. de iniur: & famos. libell: l. 1. *Cod.* 44
de condit. furtiu. vbi dicitur, quod plures eandem rem furto subtrahentes, actione furti singuli insolidum tenentur; Et de pluribus vnum occidentibus *est tex. in l. itèm si Mela §. sed si plures Seruum & ibi Glos. & DD. ff. ad l. Aquil.* & dixit *Gandin. in rubr. de pan. Reor. num.* 31. *& de homicid. & eor. pæn. nu.* 12. *&* 13. *vers. posse, Caball. cas.* 198. *num.* 8. *Giurb. cons.* 2. *num.* 51. *Cartar. de exec. sent. capt. bann. cap. fin. num.* 240. *& seqq.* vbi latè, & hanc opinionê adeò veram existimauit *Caball. d. cas.*
198. *per tot.* vt ibi firmauerit eam pro- 45
cedere, etiàm quòd quis fuerit occisus vnico vulnere in facto, in quo plures vnum aggressi fuerant.

Aduersús prædicta duo Obijciuntur per Aduocatos Ladislai, ex quibus eum pœna extraordinaria plectendum esse dicebant; Et Primùm, quod homicidiû
prædictum fuerat commissum in rixa, 46
& quod propterea cùm in rixa nemo teneatur de facto alterius, sed de eo tãtùm, quod ipse fecit. *l. si in rixa vbi Marsil. num* 27. *ff de Sycar. Bald. in l. non. ideò minus num* 26. *Cod. de accusat. Farinac. quaest.* 96. *nu* 29. *& cons.* 181. *num.* 14. *Guazzin. ad defens. Reor. defens.* 33. *cap.* 22. *num.* 5. & cum in processu nullibi constet Ladislaum vulnerauisse Odericum; sed tantummodò contrà illum admenauisse; & e conuerso clarè liqueat, Nob Rodulphum cum duobus vulneribus læthalitèr percussisse, nô debet propterea Ladislaus teneri de facto, & vulneribus per Rodulphum illatis.

Secûdò verò adducût, quod Ladislaus interfuerat dictæ rixæ, & homicidio casualitèr, & non præuio, & præcedenti tra
ctatû, quo casû ex magis cõmuni DD. 47
sententia Auxiliator pœna extraordinaria, & non æquali cum ea principalis

lis debet puniri ad laté tradit. per *Guaz. d cap.* 10. *num.* 14. *cum per eum adductis*, qui tractatus eo non probato per Fiscum, vel per alium, non præsumitur. *Bursatt. cons.* 95. *num.* 7. *& 216. num.* 56. *Caualcan. de brach. Reg. par.* 4. *nu.* 186. *Giurb. cons.* 4. *num.* 6.

Verùm hæc minus obstare censeo quò minùs Ladislaus pœna ordinaria Statuti plecti debeat, ex eorumq; resolutione clariùs bonum Ius Fisci, vt arbitror, apparebit.

48 Et á primò exordiendò dico, quod homicidium huiusmodi quamùmuis dici posset in rixa commissum, adhúc dolosum reputetur, ideóq; cadat sub dispositione Statuti suprá memorati, qui loquitur de homicidio doloso ibi. *Qui dolo homicidium commisserit*, quod luce clariùs apparet ex doctrina *Farinac. quæst.* 126. *num.* 2. *iuncto nu.* 47.
49 *& seqq.* vbi dicit, quòd homicidium dolosum dicitur illud, quod committitur ex animo, & voluntate occidentis ex *Carrer. in pract. crimin. in tertio tract. de homicid. & assassin. in §. homicidij autèm species num.* 2. *& alijs & nu.* 47.
50 ponit quæstionem, numquid homicidiū in rixa commissum dicatur culposum, vel dolosum, & post relatas contrarias
51 DD. opiniones, easdem fœdere distinctionis conciliando distinguit, quod aut occisor fuit Author rixæ, & habuit animum occidendi, vel non; primo casu
52 homicidium, quamuis in rixa commis-
53 sum, dolosum reputari affirmat; Secundò verò casū nō; & secundùm hanc opinionem dicit, quòd tempore Xisti V. fuit obtruncatum Caput Virgilio de Manrica Nobili Romano, qui in rixa subitanea alium Nobilem occiderat,
54 eo quod in processú constabat, quod ex parte occisoris prouocatio ortum habuit, & quod animo occidendi illū vulnerauerat, & quod iuxtá secundum caput distinctintionis plures homicidas á morte liberauit tám iudicando, quàm consulendo, eò quiá in processú non constabat, vel eos esse prouocantes, vel non habuisse animum occidendi. Quapropiét cum in processú contrà Ladislaum fabricato constet, quod ipse, & Rodulphus Authores fuerint, eò quiá nulla prò parte Oderici data causa, illum aggressi fuerunt, & animo occidendi vulnerauerunt, nescio quo pacto, abordinaria Statuti pœna de *homicidio doloso*, se eximere valeat; & generalitér quod Author rixæ puniatur pœna ordinaria pró homicidio in rixa commisso 55
probat *text. in l. quoniam multa facinora vbi DD. Cod. ad l. Iul. de vi publ. Bonifac. Vitalin. in tract. malef. in rubr. de Insult: & percussion. col.* 7. *vers. sunt tamen. Marsil. singul.* 408. *& in practic. crimin. §. constante num.* 77. *& in l.* 1. *num.* 79. *Cod. de Rapt. Virg.* vbi dicit, hoc esse menti tenendum, quia sæpé contingit, & facit *Carrer. in sua pract. in ver. homicidium num.* 75. *vers.* 3. *limita, Guazzin. de pace quæst.* 9. *nu.* 23.

Quiá immò in fortioribus terminis voluit *Giribald. de omn. gen. homicid. tit de homicid. simpl. volunt. num.* 6 *& seqq.* quod si duo capitales Inimici sibi 56
mutuò in via obuiā facti, quorū vnus, vt sæpé accidit, alterum impingit, aut alio leui verbo, vel facto prouocat, alter verò illum stricto gladio interficit, homicidium hoc dolosum dici debere, ex ratione, quiá tale homicidium erat iám 57
diù in corde inimici statutum, præcogitatumq; vt primò verbo, vel facto inimici, quámuis leuissimo prouocatus illum interficeret; Vndè licét talis prouocatio causam delicto dedisse videatur; Attamén Réuerà malus animus præcedens, & odium capitale potissimùm causa homicidij fuerunt; Neq; 58
enim leuis illa prouocatio tám seueræ vindictæ, tantiq; facinoris causa fuisset, nisi malus animus, & odium capitale præcessissent; Vndé effectus causæ principali, non contingenti adscribi solet 59
l. penult. ff. ex quib. caus. maior. & cum hac opinione etiám transit *Boss. de homicid. num.* 65.

Et quamuis opinio Giribaldi non placeat *Caball. in eodem, tract. de omn. gen. homic. num.* 134. vbi eàm nimis 60
duram appellat, eamq; pluribus authoritatibus in contrarium adductis improbat

bat, nihilominùs rationes per *Garibald.*
allatę optimé adaptantur casui nostro,
in quo nulla néquidem leuis prouoca-
tio præcessit prò parte Oderici contrà
Fratres de Vargas, sed ipsi, eo viso, nul-
lis dictis verbis illum ex improuiso ag-
61 gressi fuere; Vndè homicidium hoc nō
potest vllo pacto rixosum appellari, sed
in animo Fratrum de Vargas præcogi-
tatum, & statutum, vt videlicèt statim
atq; Odericum obuiam haberent, illum
interficerent, vt experientia docuit, &
62 in terminis præcisis de inimico, qui ob-
uiam habens alium inimicum, nullis
dictis verbis, illum adoritur, & interfi-
cit, docet *Boss. d. tit. de homicid. num.*
65. Quapropter nullus ex prędictis Fra-
tribus potest dici, quod fuerit alterius
auxiliator in homicidio, cū ambo euagi-
natis mucronibus, illisq; admenatis, il-
lud commisserint, & fuerint proxima
causa homicidij, & propterea ambo
63 mortis pœna puniri debent, vt in punct.
dixit *Caball. d. cas.* 198. *num.* 7. *&* 8. *&*
num. 26. vbi firmat, quòd quandò per
duos, aut plures est commissum vnum
delictum numero, omnes debent puni-
ri, vti Principales, non vnus vti Princi-
palis, & Cæteri vti Accessorij; quià vt
64 ipse dicit, Principalitas, & accessio re-
spectù eiusdem indiuidui nō cadunt in
eodem; & eādem opinionem, quod hoc
casù omnes vti Aggressores, & Princi-
pales teneantur de homicidio, tenuerūt
Eugen. cons. 45. *num.* 19. *Landerch.*
cons. 194. *num.* 5. *Farinac. quæst.* 121.
num. 41. & plures alij relati per *Giurb.*
cons. 2. *num.* 52. & quatenús dici posset
non probari in processù, Ladislaum ali-
quo vulnere Odericū percussisse; Ni-
hilominús quiá est cōuictus, quòd eo tē-
65 pore, quo Rodulphus Eū lætbalitér vul-
nerauit, ipse etiám contrá illum admè
nauit strictomucrone, tenetur de vulne-
re læthali Socij, & de occiso, vt docet
Mascard. d. cōclus. 144. *n.* 3. *Chartar. de*
execut sent. cap. bānit § fin n. 240. *& seqq.*
Et si non dolosum hoc homicidium,
& præmeditatum dici post, quod nàm
quæso? *Serenisś. Patres* dolosi nomen
66 merebitur? Sanè cum omnia delicta
aùt dolo, aùt malo animo, aùt impetù,
& culpa, aùt casú committantur, vt di-
cit *text in l. respiciendum § delinquunt*
in prin. ff. de pæn. tres homicidiorū spe-
cies iuxtá hanc distinctionem á DD. as- 67
signantur, quod aliud sit homicidium
dolosum, aliud culposum, & aliud ca-
suale, vt docet *Farinac. quæst.* 126. *nu.*
1 *& seqq* homicidium in personam
Oderici cōmissum ex sufficiēti specierū
homicidij enumeratione, non potest
cadere, nisi sub specie homicidij dolosi,
& ex proposito commissi, quiá nequa-
quám potest dici in rixa, & impetú nę
commissum, cum qualitas non possit 68
considerari, vbi non est subiectum, vt
notatur *in l. si arbiter in fin ff. de probat:*
& ideò cùm nulla in casú nostro adfue-
rit rixa præcedens inter Nob. Fratres
de Vargas, & Odericum, quæ causam
saltèm leuissimam homicidij præbue-
rit, cúm nulla inter eos intercesserit cō-
tentio, *l. fin ff. de vi bonor. rapt. & not.*
in l fin. ff. ad l. Cornel de Sycar. Iusté me-
ritò debet hoc homicidium reputari 69
dolosum, & ex proposito commissum.
Et quatenús etiam in rixa commissū
dici posset, quod tamèn omninó falsum
est, adhúc cùm Fratres de Vargas rixæ
Authores fuerint, dolosi nomē meretur, 70
& pœnæ ordinariæ Statuti subiacet, ex
Farinac. d. quæst. 126. *nu.* 47. *&* ex alijs
supracitatis, quibus addo *Antonium de*
Ball. lib. 3 *cap.* 1. *num.* 13.
Minusq; suffragari arbitror Ladislao,
quod probatus non fuerit præcedens 71
tractatus inter ipsum, & Rodulphum,
eius Fratrem de occidendo Odericum,
quem debere per Fiscum probari, ad
hoc vt intret pœna ordinaria Statutti,
tradunt post *Bald. in l. non ideo minus*
num. 26. *Cod. de accusat Clar. in §. ho-*
micidium num. 37. *vers. puto tamèn, &*
plures relati per *Giurb. cons* 2. *num.*
30. *& cons.* 4. *nu.* 6. *Sperell. decis.* 106. 72
num 33. vbi quod plené, & non præ-
sumptiué probari debet.
Siquidèm prò resolutione obiecti di- 73
stinguenda sunt tempora, & auxilia;
Vel enim auxilium præstatur ante deli-
ctum, vel in delicto, vel post delictum,
vt

vt per *Clar in §. fin quæst 90. num 2. & per Farinac. quæst. 130. & seqq. Menoch. de arbitrar cas. 349 num. 2.* modò
74 vel præcessit tractatus inter delinquentem, & Auxiliatorem de delicto committendo, vel nō, si delictum fuit cōmissum præuio tractatū, túnc indistinctè procedit distinctio *Bart. in d. l. is, qui opem num. 5. ff. de furt.* quod Auxiliator
75 puniatur eadem pœna, qua Principalis delinquens, siué Auxilium fuerit antè, siué post delictum, siué in delicto; vel nō præcessit tractatus, & túnc subdistinguitur
76 quod aut Auxiliū præbuit causā delicto,
77 & tunc punitur eadem pœna, Si verò non præbuit, punitur minori, Itá magistralitèr distinguendo docet *Clar. in d. quæst. 90. num. 1. vers. aut delictum commissum est præuio tractatū*, vbi dicit, quod in hoc omnes DD. conueniunt, & idem affirmat *Grat. cons. 52. nu. 3. lib. 2.* vbi quod omnes DD. hoc concludunt, nemine discrepante in *cap. 1. de offic. delegat. & in l. 1. Cod. de raptor Virgin. & per Cepoll. cons. 34.* & cum hac distinctione *Clari*, transit etiàm *Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 159. num. 25. vers. quapropter*; Quare Ladislaus, qui occasionem homicidio Oderici præbuit,
78 etiàm non probato præcedenti tractatū, debet ordinariam pœnam subire secundùm opinionem *Clar. supr. relat.* iuxtá omnium DD. sententiam, & sané ex DD. quot quot viderim, nullus dubitat,
79 quin in Auxilio præstito in delicto, præcipuè si illud fuerit cooperatiuum, non habeat locum pœna ordinaria, etiám nō probato præcedenti, & præuio tractatū, & repetio, quod *Farinac quæst. 131. nu. 131. ex Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1144.* licèt *Farinac.* citet *conclus. 1139. num. 7.* firmatam conclusionem, quòd
80 Auxiliator non teneatur eadem pœna, qua Principalis delinquens, non probato præcedenti tractatū, illam limitat, non procedere, quādò claré cōstat, Auxiliatorem dedisse causam homicidio, quod semper verificatur in Auxilio cooperatiuo, & hæc fuit doctrina originalis *Alber. in l. fin. ff. ad L. Cornel. de Sycar.* cum qua transit *Ancheran. cons. 216. Boss. tit. de homicid. num 22. & Anton. de Ball. lib. 3. cas. 1. nu. 86. & seqq. & cas. 1. quæst. 2. nu 8.* vbi clariùs hoc firmat, & exemplum adductum per *Mascard.* & relat. *per Farinac. d. quæst. 131. num. 31.* valdè conuenit casui, de quo quæritur; Di- 81
cit enim *Farinac.* quod si Titius cum Seio rixetur, & superueniat Frater Sei, qui *Titium* apprehendat, & causam præbeat, vt á Seio vulneretur, túnc de ope præstito Frater tenebitur, etiamsi tractatus non probetur, cùm, & in ipso rixandi 82
actū possint homines simul collecti, sibi auxilium præstare; Quapropter Ladislaus, qui rixæ non superuenit, immò illius Coauthor fuit cum Rodulpho, licèt Odericum non apprehenderit, eumq; detinuerit, & causam præbuerit, vt á Rodulpho vulneraretur, stricto tamē mucrone, & contrà Odericum admenando, proximius cooperatus fuit illius homicidio, quám si illum apprehendisset, & prop- 83
tereá de hoc auxilio cooperatiuo, & pœna ordinaria homicidij cōdēnari, debet etiā nō probato præcedēti tractatū, Itá post suprá citatos docuit *Vulpell. consl. 37 per tot.* vbi dicit non videri perpetuum, quod vulgò dicitur, auxilij pœna 84
neminem teneri, nisi de tractatu, & colloquio præcedenti probetur, quià, & in ipso rixandi actū possunt homines simùl collecti, sibi ad inuicém auxilium præstare, & recenset exemplum Seij cum *Titio* rixantis suprá adductū; & cū adducatur in terminis præcisis, quod præ- 85
stans auxilium cooperatiuum delicto, & causam proximam præbens homicidio puniatur pœna ordinaria delicti, etiàm non probato præcedenti tractatū, authoritas *Clar. in d quæst. 90. nu. 1. Farinac. d. quæst. 131. num. 31. Mascard. d. conclus. 1144. de Ball. d. cas. 1. num. 86. & cas. 1. quæst. 2. num 8 Boss in d. tit. de homicid num. 22. Vulpell. d cōs. 27. Ancharan. cons. 217. & Alberic. in d. l. fin ff ad L. Corn. de Sycar.* Nec prò contraria opinione afferatur aliqua authoritas loquens in auxilio præstito in delicto, & cooperatiuo, nescio sané quó pacto pœnam ordinariam euadere possit iste Reus.

Sed estò citrà veri præiudicium, quod tractatus præcedens de cõmittendo homicidio in personam Oderici de Vargas inter Fratres probandus esset per Fiscũ, adhùc illũ probatum remanere, Iure meritó dici potest; Siquidém præter quám
86 quod tractatus præcedens præsumitur contrá eos, qui nullis dictis verbis aliquẽ aggrediuntur, vt fecere de Vargas Fratres *Blanc. in l. fin. n. 234 ff de quæst. Ancheran. cons. 216. Vulpell cõs. 115. in prin. Mascard. de proba. conclus.* 1392. *n.* 11. *Giurb. cons.*
87 2. *n.* 11. Vtiq; cùm tractatus huiusmodi secretè fiant. *Cranett cons.* 220 *n.* 15. *Menoch' cons.* 789. *n.* 1. *& de arbitr. cas.* 116. *n.* 15. *Calà de mod. articulan.* §. 2' *glos.* 1 *n.*
88 1432. *Giurb. cons.* 91. *n.* 4. Difficilis probationis reputantur, vt dicit *Mascard,*
89 *d. conclus.* 1392. *n.* 4. *Honded. cons.* 87. *n.* 1. *Farinac. cõs.* 55. *n.* 54, *& q.* 18. *n.* 105. Ideóq; præsumptiuè illos probari sufficit. *Clar. in* §. *homicidium n.* 36. ibi certé, vel præsumptiuè, *Guazz. deffens.* 33, *cap.* 10. *n.* 14. & plures Alij relat. *per Giurb cons.* 2. *nn.* 46. *&* 47. Quapropter cùm omnes præsumptiones, & indicia á DD. considerata in hac materia probandi tractatum præcedentem ad committendũ delictum
90 concurrant in hoc homicidio, nempè præcedens alloquutio sequuta inter Rodulphum, & Odericum in domo ipsius Rodulphi, de qua deponit Ladislaus in suo examine, discessus ab ea de societate insultus cũ armis nullis dictis verbis factus contrá Odericũ, Cooperatio ad delictum, associatio Rodulphi post perpetratum delictũ ad Ecclesiã Diuæ Mariæ Vinearum, & ex ea ad illam S. Io. de Prè; Nescio quomodò dici nequeat, hunc præcedentem tractatum non remanere probatũ pró parte Fisci co modo, quo probari potest.

Et quámuis *Farinac. q.* 86. *n.* 34. *&* 38. *& cons.* 61. *n.* 21. cum Alijs relat. *per Giurb.*
91 *d. cons.* 2. *n.* 30. videantur tenere, quód quandó tractatus præcedens præsumptiuè probatur, ordinariam pœnã non me-
92 reatur, quià ex præsumptionibus nemo
93 in pœnam ordinariam damnatur, cũ clariores ad hoc requirãtur probationes ad vulgat. *l sciant cuncti C. de probat. l. absentem, & l. qui sententiam C. de pæn.* cum simil. Atramén esse verius, quod scilicèt 94
etiám probato præsumptiuè tractatũ, locũ habeat pœna ordinaria, fatetur *Giurb. cons.* 2. *n.* 60. *&* 61. *ex Clar. Cepoll. Cranett Cartar. Guazzin.* & Alijs ibi allegat. inquiens bené ad casum nostrum, quod si 95
agatur de puniendo solo tractatũ facto ad occidendũ, & tùnc verum est dicere, quod non nisi eo concludentér probato locum habeat pœna ordinaria; verùm si 96
agatur de puniendo homicidio, & auxilio illi præstito, & tùnc etiám probato præsumptiuè tractatũ locum habet quò ad omnes pœna ordinaria, & ità dicit esse intelligendum *Farinac d. q.* 86. *nu.* 29. & laté etiám hoc firmat in tractatũ præsumptiuè probato *Chartar. de execut: sentẽ cap. bann.* § *fin. n.* 240. *vbi n.* 242. respondet opinioni *Plaza* dicentis esse torquẽdos omnes supér præcedẽti tractatũ.

Verùm extrá omnem dubitandi ansã Nos versari arbitror, attenta dispositione 97
Statuti suprá memorati de *homicid* in quo Statuentes discretiuè loquuti fuere de homicida, & de eo, qui ad committẽdum homicidium opem tulerit, aut quò committatur tractauerit, vel ad committendum comitem sé homicidæ præbuerit, ex quo Statuti contextũ lucè clariùs meridiana apparet, quod Statuentes vol- 98
uerunt, quod tractatus sine ope, & auxilium sine præcedenti tractatũ pœna capitali puniantur; Itaq; probato auxilio per Ladislaum præstito homicidio Oderici, etiám quod tractatus præcedens non fuisset probatus, adhùc pœnæ ordinariæ prædicti Statuti locus esse debet, 99
cũ sufficiat, dispositionẽ Statuti loquentis per verba alternatiua, vt est dictio, *vel,* 100
in vna parte verificari *cap. in alternatiuis de reg. Iur. in 6. l. si haredi plures ff. de cõdit. in Hit. Bart. in l. si is, qui ducenta* § *eũ ità ff. de reb. dub. Gabr. cons.* 118. *n.* 4. *vol.* 2. *Rot. decis.* 611: *n.* 3. *par.* 3. *recent. Herculã, de caut. de non offenden. cap.* 41. *n.* 25. *Farinac. cons.* 136. *num.* 5.

Postremó illud DD. VV. Serenissimis 101
superaddam, quod agitur de delicto nédùm enormi, sed atrocissimo, nempè de fractura pacis *Cirill. in prax. crimin. tit.*

tit. de fideiuss. §. 7. n. 5. qui allegat. *text. in cap. nouit. vers. licèt autèm de Iudic. Bero. cons. 798. n. vol. 3. Mascard. de proba. conclus. 1162. n. 123. Vulpell. in tract. de pac. q. 51.* & quidèm pacis authoritate Principi initæ & roboratæ; & propte-
102 reá illius violatio cúm sit res mali exemplis, & Reipublicæ perniciosa, & dam-
103 nosa, multa permittuntur Iudicibus etiám in Iudicando contrà Iuris tramites, quæ aliás non permitterentur *Adden. ad Farinac. cons. 30. litter. A. vers. àn autè* laté *Caball. cos. 149. n. 10. vsq; ad 15.* & in
104 punct. *Sonfelic. decis. 275.* in fin. cum liceat fauore publico Iura transgredi, *Roman. cons. 310 per tot.* Itá vt pœna etiám
105 arbitraria valeat extendi vsq; ad mortē stantibus circumstantijs grauantibus delictum, *Clar. qu 38. vers. sed quaero. Riminald. Iun. cons. 328. n. 16. Farinac q. 17. n. 35. & q. 18 n. 63. & seqq. Caualcan. de*
106 *Brach. Reg. par. 4. n. 26.* qui dicit, talem opinionem absq; dubio procedere in Iudice Supremo.

Et itá &c. saluo saniori Iudicio DD. VV Serenissimarum.

107 *Hac fuere benignæ Serenissimorū Collegiorum Censuræ supposita Inclinando in mitiorem partem, prò vt proprium Principis est, fuit dictum eundem; Ladislaum esse damnandum in perpetuis carceribus, & ista exequutum, cum carceris perpetuæ pœna sit peior morte, vt latè dixi in § 4. operis n. 19 fol 24. Capyc. Latr. consultat. 6. ex n. 184. centur. 1.*

VOTVM DECIMVMOCTAVVM.

SVMMARIVM:

FActum decisionis, 1.
Iudicis potes contrà confessū non sunt, nisi in condemnādo, num. 2.
Probatio nulla maior est, quā proprij oris confessio, num. 3.
Facit rem manifestam, & notoriam, & habet vim res iudicata, num. 4.
Ampliatur etiā si emanauerit in tormētis, n. 5
Ratio ponitur, num. 6.
Ampliatur sequuta ratificatione, num. 7.
Ratificatio facta metu tormentorū in nulla est habenda consideratione, num. 8.
Ampliatur etiam si iurata, num. 9.
Amoris causa qui deliquit, non punitur, pœna ordinaria, num. 10.
Amor priuat à deliberatione, num. 11.
Amans furiosus, & quasi demens reputatur num. 12.
Lex commiseratur ebrijs, furiosis & alijs delinquentibus aliqua subiti animi perturbatione, ad effectum, vt minori pœna puniantùr, num. 13.
Amoris ardore nil vehementius est aliquē intrà debitos limites coercere, num. 14. vbi dictum Philosophicum &c.
Occidens Seium, volens occidere caium, àn puniatur pœna ordinaria, vel extraordinario, num. 15.
Pœna extraordinaria, est puniendus secundū communiorem opinionem, n. 16. & 48
Rota in pœnam ordinariam damnorē een, fuit in præsenti casu, num. 17
Confessio, vel ratificatio Rei, àn dicatur facta, vel extorta metu tormentorum ex solis minis per Iudicem illatis, num. 18.
Indicia legitimè quandò non adsunt sufficientia ad inferendum torturam, vel quid simile reo quid sequatur, num. 19.
Et quid quandò adsunt legitima indicia num. 20.
Vbi pulchrè distinguitur ad dignoscendum, àn confessio, vel ratificatio dicatur extorta metu tormentorum ibidem.
Comminatio tormentorum verbalis, & ratificatio, non operatur, vt dicatur confessio extorta metu tormētorū, n. 21.
Iudex dum comminatur tormento in loco tormentorum, tunc confessio dicitur extorta metu tormentorum, num, 22.
Cōtrà usq; si extrà locū tormētorū n. 23.
Territio verbalis, extrà locum tormentorum per Iudicem si fiat confessio dicitur spontanea, & sine tormentis, num. 24.
Paria sunt tortura, & terror, vel comminatio eius, num. 25,
Et quādò hoc intelligatur procedere, n. 26.
Verbo text. in l. item apud labeonē § quæsitum ff de iniur. enarrantur, num. 27.
Interrogatio nuda, vel leuis territio non sufficit, num. 28.
Cōfessio an dicatur extorta metu tormētorū,

residet in arbitrio Iudicis, n. 29. & 31.
Et in nō hoc potest dari certa doctrina, n. 32
Persona torquendæ qualitas inspicitur, num. 30.
Rota in hoc casu censuit confessionem non posse dici extortam metu tormentorum, & quare num. 33. & 34.
Ratificatio confessionis debet fieri, vt tutius procedatur, num. 35.
Delinquenti ex subito, & improuiso amoris impetu, solet in aliqua parte indulgeri, num. 36. & 39.
Ratio est, num. 37.
Furore cessante, delictum præmeditatè, & ex animi deliberatione committi dicitur, vt distinguitur, num. 38.
Pœna mitiori cum delinquentibus, est agēdum iuxtà temporis paritatem, & animi turbationem, num. 40.
Rotæ sensus in crimine veneni atrocissimo, num, 41.
Statuti Criminalis Genuæ lib. 2. cap. 58. in nouis verba exponuntur, num. 42.
Impunitas à Sereniss. Senatu Genuæ, quid operetur, num. 43.
Venenum deferens, illudq; porrigens punitur pœna l. Cornel. de Sicar. num. 44.
Mandans debet puniri eadem pœna, qua mandatarius, num. 45.
Mandans in plus delinquit quàm mandatarius, num. 46.
Et grauius est puniendus mandans, quā mandatarius, num. 47.
Rota āplectitur opinionē DD. quod puniatur in hoc casu pœna ordinaria, nu. 49.
Ratio ponitur, num. 50.
Homicida verus est, dum hominem occidit vnum prò alio, dando operam rei illicitæ, num. 51.
Verba decalogi, non occides, *recensentur, num. 52.*
Homicidium animo, & re fecit, licèt aliū prò alio occiderit, num. 53.
Lex homicidium in quacumq; persona factum punit, num. 64.
Homicidij pœnam ad inferendam requiritur factum, & consilium, num. 55.
Pœna capitali punitur, dum cogitatum tendit ad finem sequutum, licèt alitèr fuerit sequutum, quam cogitauerat in his, quæ sunt de genere prohibitorum, dando operam rei illicitæ, num. 56.
Factum, & non intentio quandò puniatur, & è contrà, num. 57.
Delinquens tenetur de omni eo, quod sequitur, num. 58.
Bossij sententia tit. de homicidio num. 78. refertur, num. 59.
Homicidij in crimine sufficit dolus in genere, num. 60.
Delictum Homicidij est Res pessimi exempli, & Reipublicæ perniciosa, num. 61.
Fauore publico licitum est aliquandò iura transgredi, num. 62.
Pœna arbitraria imponi potest vsq; ad mortem concurrentibus circumstantijs delictum aggrauantibus, num. 63.
Delicti atrocitate stante, potest imponi pœna mortis, num. 64. & quandò ibid.
Veneni porrectio est res perniciosi exempli, num. 65.
Iudices in quibus casibus habent latissimū arbitrium. num. 66.
Pœna capitali Rota damnandum Reum venenum propinantem censuit num. 67.

ARGVMENTVM.

Ianuen. Veneni, & Homicidij in aliam personam indé sequuti præter voluntatem Venenantis.



COHIBVERAT tandèm sæuissimum suę
flagellum, teterrimāq;
pestē arcuerat, qua integro feré bienniò florentissimas Italiæ Ciuitates Romam, Neapolim, & Ianuam
Diuina Maiestas percusserat, cum vndequaq; ex remotis, nèdum Italiæ Ciuitatibus, verùm etiàm Europæ Prouincijs ad hanc Vrbem, tanquàm floridissimum totius Orbis Emporium homines confluebant, vt tàm opportunis Mercaturæ commoditatibus, quàm, vt nullo pretio æstimando, libertatis thesauro fruerentur, inter alios Hùc etiàm se recepit é Lucana Ciuitate miserrimus Iu-
uenis Dominicus Pastorinus, qui in do- 1
mo cuiusdam Nob. Viri famulatus occasionē nactus cum quadā consanula nomine

mine Izabella arctissimam contraxit amicitiam, & postmodùm formosissimæ cuiusdam puellæ amore captus, eam in sponsam ab illius Patre postulauit; Sed cum hoc á Patre assequi non posset fæuissimum facinus aggressus fuit, venenatam itaq; placentam á se confectam, opera dictæ Izabellæ Patri dictę puellæ nomine Marentiò Columbano, mendicato quodam prætextu dono transmisit, quam cum triduo in sua apotheca dictus Marentius retinuisset, nec (Diuina sicEum adiuuante clementia,) vt instantèr postulauerat Izabella, dum adhuc recens esset, comedisset, quarto tandem die eám eius famulo dono dedit, qui dictæ placentæ extremitatibus vix degustatis, reliquum quibusdam Iuuenibus de Cannonerijs iuxtá apothecam dicti Marentij sutorum artem pariter exercētibus modico quorumdam obolorum precio vendidit; Hi postquàm magnã placetæ partem comedissent, improuiso morbo correpti, vnus elapsis vix vigintiquatuor horis vitam cum morte commutauit, nil prodeuntibus adhibitis medicamentibus; alter verò in extremo vitæ periculo positus vix incolumis euasit, huius facti notitia ad Curiam delata, illicò carceribus mancipatus fuit dictus Marentius Columbanus, á quo eius famulus ætatis annorum nouem circitèr placentã habuisse confitebatur, nec eius Dominus negabat, cum tamen Mulieris nomen, & qualitates ignorare diceret, á qua placentam sibi traditam fuisse affirmabat, & cum quædam etiám inimicitiæ causa inter Marentium, & Iuuenes de Cannonerijs, licèt á Marentiò in eius constituto denegata, à Fisco tamen probata, intercederet, præter inuerisimilitudinem, quod Marentius integro triduò, quo dictam placentam in apotheca retinuit, ex ea non comedisset, vel ad domum eam non detulisset, vt ex ea eius filij comederent, cum tamē Bellarijs confecta esset; instabat Fiscus contrà eum deueniri ad Iuris, & facti remedia prò veritate eruenda; Sed oh? Magnum Diuinæ Misericordiæ Miraculum, cum nulla Marentiò superesset spes, rigorosissima euadendi tormenta, vt impleretur dictum Sacræ paginæ, ***nunquã vidi Iustum derelictum***, ex improuiso Izabella obtenta priùs à Serenissimis Collegijs impunitate, cum clausula solita, ***dummodò delictũ in claris poneret***, Curiæ se præsentauit, venenatãq; placentã á se, & Dominico Pastorino confectã, & ad apothecam dicti Marentij á se fuisse delatam sic iubente Pastorino affirmauit, vt ab humanis sublato dicto Marentiò amasiæ Patre, eam in sponsam dictus Pastorinus consequi posset; submi nistratisq; pluribus indicijs, illisq; per Fisci verificatis in carceres trusus fuit d. Pastorinus, pluriesq; cõstitutus, licèt atrocissimum hoc delictum fateri recusasset, pluribus tamen indicijs grauatus fuit, de mandato Rotæ tormento funis per horã interpollatis Vicibus, & duodecim vigiliæ horis suppositus, & cum primò, & secundo die funis tormentum substinuisset, vix tormento vigiliç suppositus delictum fassus fuit cum omnibus eius circumstantijs, ciusq; confessionem postmodùm ratificauit iuxtà stilum, qua attenta Rota contrá eum sententiam vltimi supplicii protulit.

Comperti enim Iuris est, quod contrà confessum nullæ sunt partes Iudicis, nisi in condemnando, *Text. in l. 1. Cod. de cõfessis ff l. cõfes. C. de custodia reor. l. proindè ad l. Aquil. Farinac. cons. 55. n. 66. Clar. §. final. quæst 65. vers. 1. Farinac. quæst. 81. num. 3. & 4.* nulla enim maior probatio reperitur, quám propria oris confessio, quæ facit rem manifestã, & notoriam, habetq; vim rei iudicatæ secundùm ***Abbat. Bartol. & Bald*** citatos à dicto *Farinac. d. num. 4. Pater Philippus de Bictis in sua praxi Crim quæst. 83. num. 2.* etiám si Rei confessio emanauerit in tormentis, quiá tortus, delicti veritatem dixisse præsumitur *ex Glos & ibi Alberic. num. 2. in l. adictum ff. de quæst. Gramm. decis. 8. num. 9. Bursat. cons. 314. nu 8.* Ad eam namq; eruendã inferuntur *d. l. adictum* & ibi *Bartol. l. 1. ad finem ff de iuramento calumnia, Boss. tit. de indicijs antè torturam nu. 129. Caball. resolut. Crimin. cas. 29 num. 5.*

Guaz.

Guazzin. ad deffens. Reor. deffens. 30:
7 *cap.* 2: *num.* 1. atiēta maximé ratifica-
tione dicti Pastorini sequuta post vigin-
ti quatuor horas extrà locum tormen-
torum, *Guido Pap. desis.* 339. *Clar. quæst.*
64. *vers. debet quoq; & vers. & circà. Fa-*
rinac. quæst. 83. *num.* 71. *Guazzin. ad*
deffens. deffens. 30. *cap.* 35. *post num.* 2.
cum aliis latissimé cumulatis *per Ange-*
lum Scyalò in praxi torquendi Reos cap. 11.
num. 4. & 5.

Neq; prædictis obstare censuit Mag.
Rota ea quę prò parte MM. Aduocato-
rum dicti Pastorini obycicbantur.

Primùm, quod nulla, habenda esset
8 ratio ratificationis dicti Pastorini vtiquę
facta fuerat metù tormentorum, eidem
per M. causæ Commissarium cōmina-
torum, vt sentire videtur *Gandin. in rubr.*
de quæst column 3 *Bartol. in l.* 1. *§ Diuus*
Seuerus ff de quæst Angel. in l. item apud
Labeonem §. quæstion. ff. de iniurÿs;
9 Quod procedit etiám si ratificatio esset
iurata; *Alexand. cons.* 48. & *cons.* 184.
lib. 2.

Secundò dicebatur dictum Pastori-
num non posse ordinaria pœna puniri,
10 eò quiá deliquerat amoris causa, cùm
certissimum sit amoris vehementiam
homines á Recto rationis tramite alie-
11 nare, cúm amor priuet á deliberatione,
12 *Ricc. in prax decis.* 682. *nu* 7. & Amans
furiosus, & quasi demens reputatur,
Clar. § fin. quæst. 60. *num* 7. & probat
Text. in cap cum in Iuuentute extrà de
præsumpt. & in §. illud authent. quibus
mod. efficiant. legit. Giurb. cons. 47. *nu.*
8. & 9. *Farinac. quæst.* 98. *num.* 79. &
13 sicuti Lex commiseratur ebrijs, furiosis,
alijsq; delinquentibus aliqua subiti ani-
mi turbatione, ira, vel impetu, sic etiám,
& ignoscendum esse ei, saltém ad effe-
ctum, vt miriori pœna puniatur, scripse-
runt post alios *Clar. in §. fin. quæst.* 60.
num. 7. *versic. extet amor, Menoch. de*
arbitrar. lib 2 *cas.* 328. *num.* 1. & *seqq.*
Peguera decis. Crim. 7. *num.* 18 & *seqq.*
Farinac. cum aliis per eum relatis *d. qu.*
98. *num.* 80. *Caball. cas.* 223. *num.* 28.
Ricc. in prax. decis. 672. *Giurb. d. cons.*
14 47. *num.* 8. & *seqq.* Amoris enim ardo-
re nil vehementius est, quem intrá debi-
tos limites coercere potius Philosophi-
cum est, quám muliebre, vt scripsit *Bald.*
in l. Impuberum, col. 5. *num.* 21. *antè*
med. Cod de Impub. & alÿs substit.

Tertiò adducebatur in medium cele-
bris illá quæstio, àn occidens Seium, 15
volens occidere Caium, puniatur pœna
ordinaria, vel extraordinaria; in qua cō-
munior videtur opinio, quod extraordi- 16
naria pœna veniat puniendus, quam la-
tè firmat *Farinac. quæst.* 125. *num.* 152.
cum infinitis per eum relatis, *Gomez.*
variar. resolut. tom. 3. *cap.* 3. *rubr. de*
homicid num. 35. vbi testatur se itá in
causa magna sibi cōmissa practicauisse,
& dicit ab hac opinione in iudicando
non esse recedendum, *Vermigliol. cons.*
28. *num.* 17. & *cons.* 31. *num.* 23 *Caball.*
resolut. Crimin. 31. *per tot.*

Quibus tamen non obstantibus Rota 17
cēsuit prædictum Pastorinum in pęnam
ordinariam esse damnandum.

Ad primum enim fuit responsum,
quod licèt controuersa videatur opinio. 18
an confessio, vel ratificatio Rei dicatur
facta, vel extorta metu tormentorum,
ex solis minis per Iudicem illatis in car-
ceratum, seú Reum de illo torquendo,
nisi fateatur, vel confessionem ratificet,
& multos pró vtraq; opinione adducat 19
Farinac quæst. 83 *num.* 45. & 46. atta-
men illa procedunt, & sunt intelligen-
da, quandò nulla adsunt indicia legiti-
ma sufficientia ad inferendam torturam,
vel aliud genus tormentorum Reo; Si 20
enim legitima indicia pręcessetint, vtiq;
nulli dubium, quòd Iudex nedùm potest
Reo tormenta cōminari, Verùm etiám,
& ea inferre; Nec túnc confessio, seù
ratificatio dicuntur extortæ metú tor-
mentorum, itá distinguit *Farinac. d. qu.*
83. *num.* 47. vbi hoc prò Indubitabili
concludit, & priùs firmauerat *quæst.* 37.
num. 101. Quá proptèr cum Pastorinus
non modò esset Indiciatus prò territio-
ne torturæ, verúm etiàm ad tormentū
vigiliæ vltrà horam torturæ; meritó po-
tuit Iudex ei verbalitèr tormenta com-
minari, quatenús confessionem ratifica-
re recusaret, nec talis comminatio ope- 21
ratur

tatur

ratur, vt ratificatio dicatur sequuta metū tormentorum; Immò ad effectū, quod confessio dicatur emanata metū tormētorum, non sufficit, quod simpliciter Iu-
22 dex Reo tormenta comminetur, sed opus est, quod ducatur ad locum tormentorum, ibiq; Iudex tormenta cōminatus, fuerit hoc enim casū confessio dicitur extorta metū tormētorū, vt firmat *Farinac. d. quæst. 83. num. 53.* vbi dicit in hoc casū nullum adesse contradicto-
23 rem; verùm si Iudex extrà locum tormentorum Reo torturam comminetur, hoc casū confessio non diceretur metū tormentorum extorta, *Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 13. num. 4. vers.*
24 *quod tamen intelligo*, vbi quod territio verbalis, & extrá locum tormentorum potest fieri per Iudicem Reo, & quod si túnc prætextú eius confiteatur, valebit talis confessio, tamquàm spontanea,
25 & sine tormentis adhibita; quiá Iura, quę dicunt, & probant, quod paria sunt tortura, & terror, vel comminatio eius, debent intelligi, quandó est propinqua
26 actui, & tormento; secùs verò si remota, quiá reputatur leuis, & non nocet; quòd probat *Text in l. item. apud Labeo-*
27 *nem § quæstionem ff de iniur.* in illis verbis *quæstionem intelligere debemus, & tormenta, & corporis dolorem ad eruendā*
28 *veritatem*; Nuda ergó interrogatio, vel leuis territio non pertinet ad hoc ædictum, *Candin in tract. de quæst. verb. quæ confessio dicatur facta metū tormētorum*, & cum hac opinione residet *Clar. quæst. 64. vers. nam de gradibus* vbi dicit itá seruari Mediolani, *Guazzin. deffens. 30. cap. 27. num. 1. vers. qua contraria opinio est*, vbi sub *num. 2. vers. sed ego pu-*
29 *to*, dicit resideri in arbitrio Iudicis, an confessio extorta fuerit metū tormentorum, vel nè, etiàm per solam spoliationem, conductionem ad locum torturæ, & ligaturam, ac per funi applicationem, inspecta qualitate personæ tor-
30 quendæ; Si enim sint personæ Robustæ, Iuuenes, & feroces, Confessio non diceretur extorta metu tormentorum; Quicquid esset, si torquendus esset per-
31 sona timida, debilis, & pusillanimus,

& ob id *Canalcan. de Brac. reg. par. 3. n. 200.* dicit, quod ipse semper arbitratus 32
fuit, in arbitrio Iudicis positum esse, án confessio dicatur spontanea, án metù tormentorum facta, *& Boss. tit. de confess. per torturam* dicit, quod in hoc non potest dari certa doctrina; Quapropter cum Pastorinus esset Iuuenis annorum vigintiquatuor, & robustus, qui integram horam torturæ sustinuerat interpollatis vicibus diebus antecedentibus, Rota censuit, eius con- 33
fessionem non potuisse dici extortam metū tormentorum ex sola verbali cōminatione de tormentis continuandis, eidem extrá locum tormentorum facta præcipué cum eius confessio coincideret, & verificaretur cum omnibus circūstantijs in processú apparentibus, & resultantibus.

Præter quàm quod, cum dictus Pastorinus fuerit tortus ex præsumptioni- 34
bus, & Indiciis vrgentissimis, potuit in pœnam ordinariam condemnari etiā absquè alia ratificatione; Licèt tutiùs 35
sit, si ista confessio ratificata sit, prò vt asserit *Angel. Scyalà in sua praxi torquendi reos cap. 11. num. 12.* vbi citat *Carrer. in praxi Crim. tit. de indit. & tortur. vers. in text.* ibi, *Formid. nu. 18.*

Ad Secundū fuit responsum, quod li- 36
cèt delinquenti ex subitò, & improuisò amoris impetu soleat in aliqua parte indulgeri, cum talis subitus furor, & im- 37
petus ipsum excusare videantur; Sicúti excusat eum, qui subita ira, vel dolore cōmotus, aliquod delictum committit; Secùs tamen videtur, quandó prædi- 38
cto impetu, & furore cessante, delictum aliquod præmeditatè, & animi deliberatione fuerit commissum, itá egregié distinguendó, videtur sentire *Farinac. d. quæst. 98. num. 91.* qui licèt in fine dicat semper mitiùs agendum cum ijs, qui 39
sine deliberatione delinquunt, quàm cū alijs, qui deliberatè; cùm amoris impetus, & furor semper Amantes obcæcet, licèt magis vno tempore, quàm alio, & ideó sic semper iuxtà temporis paritatē, 40
& animi perturbationem miserendum, & mitiús agendum esse; Placuit tamen

Rotæ

41 Rotæ in hoc casù, & crimine atrocissimo commisso ex animi deliberatione & pessimo exemplo, & eo tempore, quo non comperta dictorum Fratrum de Canoncrijs mortis causa, maximum imminebat Ciuitati periculum prohibitionis iterū cōmercij proptér vehementissimā suspicionem renouationis pestis, à qua pauló ante, (Diuina fauente Clemētia,) immunis fuerat effecta, illorum DD. opinionem sequi, qui voluerunt Delinquentem ex interuallo, & præmeditaté, licèt amotis intuitu, ordinaria pœna puniendum esse iuxtá rationē per *Farinac. quæst. 98 nu. 91.* qui licèt *nu. 92.* dicat mitius agendum cum ijs, qui sine deliberatione delinquunt, quàm cum ijs qui deliberatè delinquunt; tamen Rotæ cùm constiterit de causa ratiocinatiua delicti iam sequuti, qualis requiritur in omnibus delictis deliberatè commissis *Cason. de Indit. tract. 2. cap. 2. num. 1. & seqq. & cap. 3. num. 3. Farinac. quæst. 52. num. 145. & cons. 192. num. 1. & seqq. Vermigliol. cons. 32. nu. 9. & prius cons. 15. num 6.* placuit sequi opinionem magis rigorosam ex causis suprà deductis.

42 Ad quam pœnam indicendā eò facilius deuenit Rota ex dispositione *Statuti Criminalis lib. 2. cap 58.* in nouis, qua cauetur, *quod si quis extrà rixam quid homicidij, aut maleficij committendum mandauerit, quàmuis deindè ab eo cui mādauit, nihil horum admissum fuerit, vel attentatum, ea tamen pœna, is qui mandatum suscepit si delictum consumasset, plectendus foret. eademq; afficiatur qui eitrá rixam siuè pretio siuè alio quouis modo id mandatum gladio, vel veneno, aut alio quocumque modo perpetrādum susceperit, quàmuis horum exindè nil perpetrauerit: vel attentauerit*; Cuius *Statuti* dispositione attenta dictus Reus Pastorinus ordinariā mortis pœnam euadere non poterat, cum confessus fuerit in suo examine se placentā venenatā Izabellæ tradidisse, vt Marentio eam deferret, ad effectum eum venenandi, & interimendi,

43 cum certum sit in Iure, Izabellam capitali pœna puniendam fuisse, nisi impunitatem á Serenis. Senatu, vt suprà dictum est, obtinuisset, si vt erat sciens æsù dictæ placentæ Marentium intermisset; 44
cum deferens venenum, illudq; porrigens, pœna *leg. Cornelia de Syca.* puniatur *l. eiusdem ff. ad leg. Cornel. de Sycar. & in l. 1. in fin.* vbi *Bartol. ff. ad l. Pōp. de Parricidijs, Ioānes Faber in§ alia instit. de public. Iudicijs, Decian. tract. Crimin. lib. 9. cap. 22. num. 7.* & regulare sit, qoud Mandans debeat puniri eadem 45
pęna, qua puniri debet Mandatarius, vt *in l non ideò minus Cod. de accusat.* & ibi *Glos. in verb. ignotum non est, Decian. in tract. Crim. lib. 9. cap. 39. num. 1. Gamez de de delictis lib. 3. rubr. de homicidio num. 39* & pluribus relatis firmat *Farinac. quæst. 135 num. 1.* qui *num 6.* firmat Mandantem in plus delinquere, 46
quám Mandatarium, cum prius delinquat in se, secundò in Mandatarium, tertiò in occisum; dum è conuersó Mādatarius non delinquat, nisi in se, & interfectum; & ideo grauius esse puniendum Mandantem, dixit *Gandinus rubr.* 47
de transactionibus in vlt. quæst. num 26. Decian. in tract Crim. lib 9. cap. 32.

Ad tertium denique obiectum fuit responsum, quod licèt non desint plures authoritates Doctorum, qui voluerunt occidentem vnum, volendo alterū occidere, puniri pęna extraordinaria, 48
etiám quod ipse non sit insultatus, sed Aggressor, á qua in iudicando non esse recedendum, dixit vltrá *Farinac. quæst. 125. num. 153. Cepolla consilio 84. per tot. Hyppolytus de Marsilijs, consil. 7. per tot. Carer. in suo praxi in l. obseruare eurobis num, 56. 57. & 59. vers. Cepolla, & vers. tenendum est ergo.*

Nihilominus contrariæ opinioni in hoc atrocissimo delicto adhærere Rotæ 49
magis placuit, quæ suis etiám est fulcita authoritatibus, & rationibus, nempè dictum Pastorinum teneri pœna ordinaria homicidij, ex quo licèt non fuerit in do- 50
lo occidendi Cānonerium, fuit tamen in dolo occidendi Marentium, & homicicidium, de quo cogitauerat, fuit perfectum, videlicét factum, licèt non in personа, contrá quam cogitauerat, & ratio-

ne

ne doli à principio in animo concepti, punitur sequuto facto *l. 1. §. Diuus ff.*
51 *de Syear.* ex quò operam dedit Rei illicitæ, cum negari non possit, quin sit verus homicida, cum hominem occiderit,
52 vt habetur in præcepto *Decalog. Non Occides*, ideoq; vt talis, pœna capitis puniendus veniebat *l. is qui cum telo ff. ad l. Cornel. de Sycarijs*; cum Rei veritate homicidium fecerit re, & ani-
53 mo; Re, non est dubitandum; Animo probatur; Certum est enim, quod habuit animum homicidium faciendi, & licèt noluerit Canonerium Occidere, sed Marentium, nihilominùs occidere voluit, & id quod euenit non est curan-
54 dum, cum Lex homicidium in quacumque persona factum puniat; Vndé cúm re, & consilio esset factum homicidium, licét extrinsecùs fuisset erratum, id non impediebat pœnam homicidij, ad quam
55 inferendam Doctores omnes concordant, requiri factum, & consilium, vt in simili probatur *in l. 1. §. si legatarius ff. ad l. falcid. Bart. & omnes post Glos. ibi in l. si per errorem ff. de iurisdictio, omniũ Iudic. &* est text. expr. *in l. ei qui nocentẽ § pen. & fin ff. de Iniur.* & hanc opinionẽ existimat verissimã *Vasqu. contr Illust. cap. 96. col. fin. vers. in summa homicida num. 32.* vbi omnibus contrarijs respondet per originalem doctrinã *Bartol. in l. respiciendum §. delinquunt ad finem ff. de pœnis*, quem sequitur *Angel. Aretin. in tract. de maleficijs in verb. scientèr, & dolosè, Ioannes de Anania in cap. 2. de maleficijs, Claudius Aquen in l. vt vim lectura 1. num. 78. ff. de iust. & iure Curt. Iun. in l. in actionibus num. 13. ff. de in litem iuran Andreas de Isernia in constit. Neapol. lib. 1. rubr. 13. de homici. punien. nu. 50.* & ibidem *Matthæus de Afflict. nu. 23. Moderni Galli in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 30. quæst. 41. nu. 153. Couarru. in cap. Alma Mater de senten. excomun. in sexto parte 1. §. 10. nu. 14.* & latissimé hinc indè disputato articulo, hanc opinionem tenet *Petrus Aplaca lib. 1. epit. delict. cap. 27. per tot.* Vndè inferebatur, quod cum cogitatum tetendiderit ad finem sequutum dictus Pastorinus puniendus veniebat pęna capitali, licét aliter fuerit sequutũ, 56
quám cogitauerat in his, quæ sunt de genere prohibitorum, dando operã Rei illicitæ, vt habetur *in cap. fin. de homicid. in 6. l. 1. §. ex incendio ff. de incend. Ruin. l. si quis aliquem §. abortionis ff. de pæn. l. 3. §. adiectio ff.* de *Syearijs*, in quibus casibus attenditur factum, & euentus, & non animus, & cogitatio delinquendi, & ideò in eis punitur factum, & non 57
intentio, *ad doctrin. Bartol. & Doctor. in l. respiciendum §. delinquunt ff. de pœnis* sicqué in his casibus delinquens tenetur 58
de omni eo, quod sequitur, idem *Bartol. in l. Diuus ff. de Syc. & in leg. quoniam multa Cod. ad l. Iul. de vi publ. Bolognet. in rubr. si certum petat. vers. vnde ego Surd. cons. 12. in fin. lib. 1. Anton. de Ballis variar. quæst. lib. 3. cas. 1. num. 149.* & sic decisum refert in Curia Archiepiscop. Neapol. *Riccius decis. 371. per tot.* & hanc opinionẽ comẽdat præ cæteris *Iul. Clar. Maximus Criminalista in §. homicidium num. 6. vers. sed certè ego* facerem illi amputare caput; & *Baiardus in additionibus in d. §. homicidiũ num. 12.* relatis contrarijs, & concludit quod nunquám iudicaret contrá opinionem *Bartol.* qui præfatæ doctrinæ fuit Antesignanus, *Farinac. quæst. 126. num. 77. & 78. de homicidio, Caball. resolut. Crimin. casu 31. n. 8. & seqq. Hectorfelic. allegat. Crimin. 30. par. 1. num. 8.* vbi etiám concordantes refert, *Boss. tit. de homicidio num. 78.* vbi licét aliquid in fine deducat, in hac sẽtentia residere videtur, quandò occidens saltèm in gene- 59
re cogitasset occidere, licét postea vnũ prò alio occiderit, cum in homicidij cri- 60
mine sufficiat dolus in genere, & cum *Bossio* concordat *Clarus in d. §. homicidium num. 4.* Cum enim delictùm hu- 61
iusmodi sit res pessimi exempli, & Reipublicæ valdè perniciosa, & damnosa, multa permittuntur Iudicibus, etiám in iudicando contrá iuris tramites, quæ aliàs nõ permitterentur, *Addentes ad Farinac. cons. 30. littera A. vers. an autem lib. 1. latè Caball. casu 149. num. 10. vsque ad 15.* in puncto *Regens Sanfelicius decis. 275. in fine* O Tan-

62 Tantò magis quiá fauore publico eſt
licitũ aliquandò iura tranſgredi *ad text.*
in l.ſi ita vulneratus ãte finẽ ff ad l.Aquil:
63 *Roman.conſ.* 310.*per totum*, itaut pęna
etiám aibitraria in tali casu poſſit extẽdi
vſq; ad mortẽ, concurrentibus circum-
ſtant ijs delictum aggrauantibus, *Clar.*
quaſt. 38. *vers sed quaro, Riminald. Iun.*
cons. 328. *num* 16 *Tuscus conclus.* 217.
num. 2. 3. 5. 6. *&* 7. *& concluſ* 236. *nu.*
27. *& conclus.* 473. *num.* 13. *in littera*
A. Farinac. quaſt. 17. *num* 35. *& quaſt.*
18. *num.* 63. *& seqq. Caualcanus. de bra-*
64 *chio Regio parte* 4. *num.* 26. ita quod
ſtante delicti attocitate, conſidetatis
circumſtantijs loci, temporis, ac perſonæ
valèat pęna mortis imponi, & aibitrari
iuxtá tradita *per Couarnuiam variarum*
reſolut. cap. 9. *num.* 7. *lib.* 2. in puncto
Anton. de Ballis. lib. 4. *variarum tit. de*
quaſtionibus quaſtione 6. *à num.* 11. 12.
13. *&* 14. cum igitur portectio veneni 65
ſit perniciosi exempli, à quo Quiſqué in-
cautus offenditur, & quò magis homi-
nes abſtineant, ideò ſeruanda eſt legum
ſeueritas, ad in puncto tradita *per eundem*
de Ballis d. lib. 4. *quaſt.* 3. *num.* 43. &
propterea Iudices habent in dictis caſi- 66
bus latiſſimum arbitrium, *l.* 1. *Cod. de*
summa Trinit. Bald. in l. rescript. Cod:
precibus Imperat. offerendis, Menoch. de
arbitrarijs lib. 1. *quaſt.* 86. *nu.* 30. *Osa-*
scus decis. Pedemontana 80. *in fine, Gra-*
mat. decis. 86. *num.* 8. *&* 12.
Quarè His attentis DD. vnanimi- 67
tér concluſerunt dictum Paſtorinum
eſſe pœna capitali damnandum.

LECTORI.

NE mireris Lector, ſi Vota hæc perluſtrando Nomina planè ignota, & inaudita reperies; Fictitia etenim ſunt, & conſultò appoſita, nè Reorum familiæ delictis non minùs, quàm eorumdem apud exteros publicatione læderentur. Cæterùm ſi pauca ſunt, tempori parcas; illius namquè preſſus anguſtijs, manum ab opere ſuſpendi, breui tamen luculentiores accipies Lucubrationes (ſummo rerum omnium Conditore annuente.) Vale.

FINIS.

